

# COMMENTARII LUCIDISSIMI IN TEXTVM

PETRI HISPANI REVERENDI PATRIS

Thomæ de Mercado ordinis Prædicatorum artium, ac  
sacrae Theologiae professoris

PRIMA EDITIO CVM ARGVMENTORVM  
*selectissimorum Opusculo quod vice Enchyridij esse  
possit Dialecticis omnibus.*



CVM PRIVILEGIO.

HISPALI


EX OFFICINA FERDI-  
nandi diaz, in via Serpentina.

1571.

*Esta cassado en maranedis.*

ГІЯ А Т И Д І М О О  
М У Х В І М І М І З А К І Р І У І  
Л А Т А Н К О В А С Т А І Х К Р І В І Т А С Т І

У К Р А І Н С Ь К І М І С Т Р І Т Р А Н Ш Л І Т І  
В І Д П О Р І В К І М І С Т Р І Т Р А Н Ш Л І Т І  
В І Д П О Р І В К І М І С Т Р І Т Р А Н Ш Л І Т І



В І Д П О Р І В К І М І С Т Р І Т Р А Н Ш Л І Т І  
В І Д П О Р І В К І М І С Т Р І Т Р А Н Ш Л І Т І  
В І Д П О Р І В К І М І С Т Р І Т Р А Н Ш Л І Т І



# EL REY



**D**OR QUANTO POR PARTE DE vos fray Thomas de mercado de la orden de los predicadores, Maestro en sancta Theologia, nos fue fecha relacion diziendo, que vos auades compuesto vn libro intitulado Logica de Aristoteles magna y parua, en tres cuerpos. El qual era muy vtil y prouehoso: suplicado nos los madalesmos veer y daros licencia y privilegio para los poder imprimir por el tiempo que nuestra voluntad fuesse, o como la nuestra merced fuesse. Lo qual visto por los del nuestro consejo, se hizo en los dichos libros la diligencia que la pragmatica manda. Y fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra Carta para vos, en la dicha razon, y nos tuuimos lo por bien. Por la qual vos damos licencia, y facultad para que vos, o la persona que para ello vuestro poder ouiere, y no otra persona alguna, podays hazer imprimir y veder los dichos libros q̄ de suyo se haze mención en estos nuestros reynos, y señorios, por tiempo, y espacio de seys años, que corran y se cuéten desde el dia dela fecha desta nuestra cedula. So pena que qualquier persona, o personas que sin tener para ello vuestro poder los imprimiere, o vdiere, o hiziere imprimir, o vender: pierda toda la impresión que hizieren, y vendiere con los moldes, y aparejos della: y mas incurran en pena de cinquenta mil maravedis, por cada vez que lo contrario hizieren. La qual dicha pena sea la tercia parte para la persona que lo acusare: y la otra tercia parte. Para el luez que lo sentenciare, y la otra tercia parte para la nuestra camara y fisco: con tanto que todas las vezes que los ouieredes de hazer imprimir durante el dicho tiempo de los dichos seys años vengays al nuestro consejo à pedir licencia para ello, y enel sevea el original, por donde le ouieredes de imprimir, y se hagan las demas diligencias necesarias para ello. So pena de caer & incurrir en las penas contenidas en la dicha Pragmatica y leyes de nuestros reynos. Y mandamos a los del nuestro Consejo, & à otras qualesquier Justicias destos reynos y señorios, que guarden y cumplan, y executen y hagan guardar cumplir y executar esta nuestra cedula, y todo lo enella contenido. Dada en Madrid à diez y seys dias del mes de Março, de mil y quinientos y setenta y vn años.

# EL REY

Por mandado de su Magestad.  
Antonio de Erasso.

A 2



ELREY

IAC. DONII VELISII IN  
PHILOSOPHIA, AC VTROQUE  
iure Baccalauréati Epigramma in meritissi-  
mas Auctoris laudes.

HERCVLEIS fama est Hydram cecidisse lacertis,  
& face supposita deposuisse dolos:

Qua toties potuitq; mori, potuitq; renasci  
& potuit damnis auctior esse suis:

Truncarat caput Alcides huic forsitan vnum,  
Mox septemgeminum procreat illa caput.

Creuit in immensum sic insuperabile monstrum,  
Maius & humanis viribus vrget opus.

Ex templo poterat, quam vi, nec viribus vllis  
Frangere, consilio perdere, & arte parat.

Accumulat sylvamq; omnem, flamasq; ministrat,  
Exustum est monstrum sic furiæ regis.

\* Tu nouus Alcides consilio, & robore Thoma,  
Qui superas monstrum non minus arte pari.

Terruerat tentas iuuenim Dialectica mentes.  
Mille superuacuis inuia facta vijs.

Extulerat capita innumera exhalantia virus  
Pestiferum fædis exitiosa modis.

Sed tandem portentum ingens incendia pavit,  
Ex Hydra phœnix exoriturq; nouus.



ELREY

Por mandado de su Magestad  
Antonio de Franco  
A 2



# AD ILLVSTRISSIMVM ET REVERENDISSIMVM DOMI-

NVM CHRISTOPHORVM DE ROIAS ET

Sandoual Archiepiscopum Hispalensem, frater Thomas

de Mercado Ordinis Prædicatorum.

Pluri. Obser. Dicit.

(?)



ERISSIMAM OMNIUM ANTIQVORVM

sententiam experimento comperi: scilicet virtutem ex se inter omnes vbiq; nationes pulcherrimam, eõmendatissimamq; esse. Præsertim virtutes illas, quæ ad mores spectant, Iustitiam, Fortitudinem, Modestiam, Prudentiam omnium rerũ sagacissimam indagatricem. Quæ hominẽ ad moderanda scæptra quælibet, ad gerenda quæcumq; imperia, ad gubernandam omnem ciuitatem, belli, togæq; commode, ac tranquille idoneum, paratissimumq; reddunt. Demum (vt Seneca epistola centesima decima secunda docet) virtus regna, vrbes, prouincias temperat. Cuius speciem, ac decorem qua nam in re situs sit, tragœdia nona his verbis ostendit. Pulchrum est inter illustres eminere viros, consulere patriæ, se ab cæde abstinere, tempus iræ dare, orbi quietem, sæculo suo pacem. Et merito splendorem virtutis intuenda pace constituit. Nam si speciosissima est apta membrorum proportio, debita colorũ varietas cum venustate: si parui nostri corporis modulata compositio vsq; adeo arridet, quæ vna mente, eadem gubernatrice forma digeruntur? quãto venustior, ac gratior totius regni quies, & tranquillitas contẽplanti apparebit. Vbi quisq; tute pro sui conditione viuat, suis rebus pacifice vtatur, vbi tantus est hominum numerus, tanta linguarum diuersitas, deniq; tanta cupiditatum concertatio. Egregium proculdubio ac pæne diuinum est, hæc eo pacto moderari, ita societatis nexu, & vinculo connectere, vt per diuersa loca degentes ea serie ordinentur, vt ex illis corpus vnum coalescat politicum, & commode dispositum. Nihil hac admirabili reipublicæ dispositione, vel pulchrius excogitari potest. Quo fit, vt virtutem, ac honestatem præstantissimam esse nemo vnquam ambigat. Vt pote cuius hæc opera, effectaq; mentis oculis mirum in modum iocunda, & delectabilia videntur. Et quidem non poterat, non ita vsu venisse: cum ipsius summæ sapientia virtus proles censeatur: quæ cuncta creatura formæ nitore maximo intervallo antecedit (vt Salomon ille rex sapientissimus testatur.) Sobrietatẽ (inquit) & prudentiam docet, & fortitudinem, & iustitiam, quibus vtilius nihil est in vita hominibus. Quorum omnium, non futiles causas, nõ leuia argumenta apud auctores probatos tam nostrates, quam ethnicorum reperio: sed peculiaris cuiusdam virtutis, hoc mihi ob oculos figunt, quæ tuæ illustrissimæ dominationis efficit in me præstantissima virtus. Sane gaudia penitissima, & intima quædam voluptas tuæ vniuersæ felicitatis, quã in te Deus optimus maximus profusis manibus elargitus est, te in tã sublimi honoris fastigiũ, & ad tã p̄clarũ dignitatis apicẽ euehẽs. Quæ res clarissime arguit amorẽ in te meũ vehemẽtẽ cũ solus amor



gaudium creare possit, omnium affectionum, quæ nostro arbitrio geruntur, origo & certissima præcipue voluptatis, & lætitiæ causa. Cuius amoris tam peculiaris est felicitatis, qua fruimur, vel amatus fruitur, possessione lætari, quam absentis fortunæ, ac commodi desiderio moueri, & cupidine angî. Vnde quam voluptatem capio tot te cõtemplans, tamq; insignibus indies auctum dignitatibus titulis honorificijs, eximijsq; honoribus, mei in tuam excellentiã amoris symbolum compertissimum est. Qui tuæ maximæ præstantiæ, & prudentiæ singularissimæ, simul, & profundissimæ doctrinæ argumentum est non vulgare, vt pote quæ solæ potuerunt: me intui mihi incogniti amorem sola sui fama non modo alliceré, sed impellere etiam, atq; obtorto (quod aiunt) collo trahere. His namq; dumtaxat scilicet virtuti, atq; sapientiæ cœlitus concessum est, vt incognitæ ac nunquam visæ solo sui nominis nidore suauissimo vehemētes sui excitent amores. Hæc ab vltimis orbis regionibus reginã illam Sabba per ardua, ac prærupta itinera ad solymos vsq; perduxit, fœminam delicatam, diuitem, & omnium rerum vbertate refertam, vt Salomonē regem, cuius sapiētiæ fama afficiebatur, proprius cerneret. Cicero in eo libello, cui de amicitia nomen indidit, hæc digna christiano homine verba protulit. Nihil virtute amabilius, nihil, quod magis ad amicitiam alliciat. Quippe cum propter virtutes, & probitatem, & eos, quos nusquam vidimus, quodammodo diligimus. Et inde natura deorum, deos ipsos virtutis amore captos inducit. Nihil est virtute (inquiunt) præstantius, quã qui adeptus erit, vbicumq; gentium cõmoretur: à nobis diligetur. Quod verius nos de solo vero deo nostro cum scriptura asseremus: sane virtutis esse amantissimum, cuius est potentissimus conditor, ac lubēs largitor. In huius igitur vobis testimonium quodcumq; hoc munusculi est, tibi libentissime offero, benigne ac perhumane suscipiatur identidem orans: vt pote epuro, sincero, solidoque amore profectum. Etsi obsequia, quæ in referenda gratia aliquorum officiorū versantur, vultu principes accipiant sereno, & libenti animo æquum est, quanto hilariori pectore qui dignitate antecellunt, ab inferioribus sibi oblata sumere debent. Si exploratum habeant ab vltronea & propensissima voluntate emanasse. Si accepto muneri habere, & verbis agere amplissimas gratias, req; ipsa se cumulo beneficiorum obrutum fateri, ad noua sibi largienda officia inuitat, animumq; de se benemerentis assidua commemoratione, ad ampliora beneficia cõferenda delinire, & pellicere solet: nō minus grato animo capere quæ offeruntur, addecet: cum nulla præcesserunt munera, nulla astrinxerunt officia, quæ demereri possent obsequio prosequenti. Quamuis inficias ire nemo possit, maximopere omnes tuis & literis, & virtutibus astringi, vt vniuersi tibi obsequi, morigerariq; debeant: quodamq; genus esse gratitudinis monumenta atq; obsequia, quæ tui nominis eternitati theologi præstiterimus. Vt pote eiusdem tu literaturæ, atq; in ecclesia adeo eximius atque singularissimus princeps. Et quamquam hic res aliàs quam plures rara ac incredibili tuæ magnitudinis memoria dignas recensere possem, tum præclara tuorum maiorum gesta, tum etiam hæc tua facinora, quibus viri quiq; sapientes obstruescunt, deniq; lætitiã, & gaudium omnium huius ciuitatis maximæ ciuium, qui talem patronum & archiepiscopum sibi optigisse gloriantur: qui sua singulari doctrina animas recreet, & salutari disciplina pascat: nullas tamē volui hic causas communes, sed peculiarem tantum, quæ me excitauit, in medium aducere.



REVERENDI PATRIS  
THOMAE DE MERCADO OR-  
DINIS PRAEDICATORVM ARTIVM

ae sacrae Theologiae professoris in Summulas

Prologus.



NON PAUCOS DIES ILLA ME SVSPEN-

sium cogitatio tenuit, huius aggrediendi laboris, adeundiq; discriminis, quod plurimi ante me hanc facultatem tradiderunt, eius commento operam impendentes, quorum eruditioni, ac literaturae non modo re, verum neq; cogitatione conferendus essem: tantum abest illorum mihi multiplicem doctrinam arrogem, & ostentem. Verebar multum, ne otij, pigritiaeve notarer, si orbitam tot eruditiorum hominum quadrigis conculcatam sectari concupiscerem: vel audaciae suggillarer, si progredi altius tantisper contenderem, quam caeteri longe doctiores progressi sunt. Mecum vero identidem voluens, quam libenti animo viri illi grauissimi, alijs etiam amplioribus studijs intentissime addicti artem Dialecticam (qua summa potuere diligentia) suis lucubrationibus illustrare conati sunt: animos, & vires ad scribendum assumpsi: quae multorum dierum studio ex ipsius institutis exhausti. Quod sine obiurgationis formidine facere non licere modo, sed omnino expedire arbitror. Vtpote cum haec facultas caeterarum disciplinarum limem, ac vestibulum sit: inquam nobis primo incumbendum, & quae vellud in radice, ac fonte vniuersos scientiarum riuulos, ac vberes scaturigines complectatur. Quae proinde omnium principia, ac elementa retegere, resectaq; disponere, ac demum in disposita conclusiones redigere nos omnes erudit. Et duo iam diu ipso rerum vsu mihi explorata sunt. Alterum quauis in re ardua, ac praerupta plurimum referre, si optimum auspiciam, & destro (quod aiunt) genio initium summatur, alterum, quo praestantiora quaequam sunt, eo difficilius, ac laboriosius huiusce principia felicia homines indagare, atq; tenere. Humanorum vero operum laboriosissimum est perfectam, absolutamq; cognitionem vestigare: & summorum infimorumq; notitiam (quae totius tamen philosophiae (quam modo euoluimus, summa est) adipisci. Quae maxime proinde omnibus ante actis seculis habita est. Quare egomet mihi vehementer suadeo, semper fuisse perarduam huius philosophiae primordia, idest, artes liberales praesertim dialecticam sic literis collimare, vt vniuersis commodo, emolumentoq; esse possint. Et tunc mehercule prodesse valent: cum valuae, & aditus sunt specie & pulchritudine sua arcem sapientiae ingressuros hilariter excipientes: adeoq; late patent, vt neminem capere non queant, tam hilarem ingressum ostendendo, vt omnes ingredi certatim gestiant. Hoc genus est philosophiae genuinum principium, quae nostro captui & imbecillitati se se accommodat, satis cognoscens quam leui de causa soleant homines ab optimis quibusq; cogitatis pede referre, si in ipsis repagulis, ac carceribus curriculi difficultas animos inexpertos terruerit, aut rerum repugnata, & oblectatio horrorem incusserit: praesipue in his, quae animum concernunt: quibus (vt plurimum) mortales minores adhibent conatus. Quam ob rem sanctio est, constitutioq; antiquitate veneranda (quam



ab ipsamet sapientia emanasse non dubium est) ut institutores, ac illius præmō-  
stratores a notioribus quavis in arte primordia ducant. Ut dulcedo ipsa cogni-  
tionis & facilitas ad studia cæpta excolenda animos teneros arrigat, alliciatq;.  
Quo circa magnopere conducere puto, maxima perspicuitate dialecticæ facul-  
tas referetur. Ut quoniam in illa mirificis arcanis: atq; misterijs frui neutiquā  
valemus vellut in reliquis: vbi rerum maiestas: & præstantia tenet, ac reficit intel-  
lectum semper nouarum, carūdemq; magnarum rerum cupidum, saltem ipse fa-  
cilitatis, ac splendoris gustus delectaret, hocq; claritatis lacte tyrones nutriret:  
donec ad validiores cibos mandendos essent vegetiores, firmioresq; que. Lex, ac  
norma docendi adeo recta, ut si eius obseruantia postulet, quadam silentio in-  
uoluere, quæ obscure dicenda essent: sapientissime subiceantur. Nec breuitatis  
vitium incurremus, si breuitate & compendio conducibilius disciplina institui-  
tur. Hanc vero procedendi seriem concinniore, & aptiorem cæteris & nostri  
intellectus lumen aperte demonstrat, & ipsiusmet natura, & cōditio efflagitat.  
Quæ est recōdita, & abstrusa per comperta, & plana inuestigare. Quod nos dis-  
cursibus rem perquirere nuncupamus. Præterea experimur quanto detrimen-  
to iam diu afficiamur, quod maiores nostri hanc sapientiæ ianuam haud sum-  
ptuosam, alacrem ædificauerint, sed adeo arctam tenebrosamq; , ut nullum inge-  
nium nisi subtile, & sublime ad illam vsq; penetrare valeat: & tali picturarum  
genere cōformatam, ut omnes tam horribilium imaginū stupore attonitos  
fugent, exterminent, & expellant. Huiusmodi ingressus neminem profecto inui-  
tat, sed omnes fere ita abigit horrore, et formidine ingenti percussos, ut Hercu-  
laneus vigor accersendus sit, aut Atlanteū robur, ac terga vertant ingressuri.  
Virtus tam rara quam præclara, tanq; paucis diuinitus concessa, ut pleriq; scho-  
lasticorum in ipsis pæne dialecticæ incunabulis animo linguatur, & ad id litera-  
rum genus regrediantur, quæ nil nisi folia, & flosculos germinat: nempe lingua-  
rum peritiam, & rhetorices phalerata ornamenta. Nec audent ad arcem philo-  
sophiæ mirabilem transire vbi rerum naturas ac proprietates cominus contem-  
plentur diuinaque, & vtriusq; theologiæ arcana linceo melius intuspiciant, qua-  
rum alteram mysticam appellatam ab Mercurio trimegisto, & ab Horo Appolli-  
ne originem trahere memoriæ prodiderunt, alteram ab deo mentibus nostris  
infusam, qua ipsius vltra mundana cognitio comparatur, exploratissimum est.  
Quid aliud vero in re tantenū & exili ut artium materia tam ingens distinctio-  
num congeries, tam innumerabilis regularum multiplicitas, tantus tamq; va-  
stus opinionum cumulus, ut non quot capita, tot sententiæ, sed tot millia sen-  
tentiarum, nisi teneris, & inassuetis iuuenum mentibus spetra horribilia, laruas  
metuendas, lemures formidandos, ac deniq; phantasmata formidolosa obicere?  
quibus quemadmodum oculi corporci terrentur, ita mentis his præstigijs ex-  
cæcantur, & inanibus deliramentis retunduntur. Quid sunt machinationes illæ  
quas veris dialecticæ institutis commiscere sophistissimi solent? veluti hoc im-  
mensum chaos, quod excogitarūt cumulantes literarum commentitias Rapso-  
dias a a a. b b b, insolubilium, ac reflexiuarum laqueos in enodabiles, nisi cen-  
tauri, & centimani gyges, veri que cyclopes, & læstrigones, qui maiorem stragē  
in mentibus edunt, quam hæc portentosa monstra facerent damni, si natura illa  
procreasset. Quæ vniuersa mala etsi omnes lugeamus nemo haftenus illis tulit  
opem, nemo medicinam attulit. Nam licet quidam hoc Oestro perciti, hisque sti-  
mulis exagitati ad aliud extremum præcipitentur, nempe ut incompedes hanc  
disciplinam & pauca præcepta redigāt, nulla argumentorum & disputationum  
libella interposita: sed ut tantam sophismatum colluuiem distrahant, ac spar-  
gant



gant, stilo scholarum abstinentes vsitato, nullas quaestiones ventilantes, sed ieiunas definitiones, exanguesq; diuisiones prodentes. Haud id est tamen scopu attingere, publica via incedere: sed per diuerticula ad alia deflectere. Quod pythagorico symbolo, & choraulicæ arti tantopere refragatur. Sane quo tramite nusquam ad cacumē, & apicē philosophiæ peruenietur. Nā hæc facultas ad cæteras obtinēdas vnica est, & methodus, & via: cuius natura, & virtus eo sita est, vt media, modosq; adducat, quibus reliquæ parentur: quas tamē citra argumentorū stimulos, & obiectionum arietes haud conquies. Vnde qui dialecticam sepositis disceptationibus edisserit, feras extra cardines circumuoluit, & proprio fine frustratur. Siquidem cum tantā siccitate digesta, nec ad alias peruestigandas valet, nec ipsa addiscitur. Nulla enim sine exercitatione paratur, præsertim dialectica, quæ non tam in proprio penetrando obiecto (vt pote minimæ entitatis) posita est, quam in eius excutiendis erotematis: quæ regulas arguendi præmonstrant. Idcirco ille dialecticus apud omnes consumatus habetur, qui extemplo doctē, ac expedite argumentatur. Ad hæc isthæc facultas non tantum innumera regularum multitudine animum non onerat, sed maxime subleuat, & mucronē nostri intellectus acutiore, nitidioremq; reddit: vt ipsa arcana in naturæ magestate abdita scindat intacta, & facili momento profecet, vtq; Metaphysicæ subtilitates ac Theologiæ penetralia referet. Nam dum scicitamur, ac responsa præbimus, intellectus acuitur, dumq; obiectiones non modo specie apparentes, sed nonnunquam vrgentes infringere, ac dissoluere conatur: læuigatur, ac detergitur. Ita vt argumenta sint cotes, & aqua, ærugo qua intellectus expellitur. Vt tersus, ac micans, & tam acutus emergat, vt pilum prætenuem capitis incensum partes medium dissecet. Scilicet vt in exilibus, ac simplicissimis quidditatibus quingētas rationes formales absē inuicem differentes dialecticus adinueniat. Haud poterat tam exiguas atomos oculis minus quam linæis, aquilinisve cernere. Vnde summopere necessum est, plurimis disceptationibus dummodo grauibus hæc facultas tradatur. Quas dum extricat, mentis acumen promptius redatur. Quod etiam ad easdem præceptiones menti affigendas impendio conducit. Vt pote quas sine exercitatione vix memoria quantumuis labore, tam immenso dilatatur numero, vnquam apprehendet. Itaq; opus est hæc sapientiæ ianua, & lata, & spaciōsa simul & id genus lapidibus cōstruata sit, qui acuant, & instigent ingredienti, cum ad aliarum facultatum veritates dignoscendas omnis intellectus humanus in se consideratione excussus sit hebes, & omnis humana perspicuitas lippientibus oculis consimilis. Vnde responsionibus & obiectionibus exacuat, oportet. Sed quemadmodū, cum cotes non plana, vel grauis est tonsoris manus cultelli æs extenuatur, atq; comminuitur: vel ipsa acies retunditur: sic quoduis ingenium hebetatur, cum artes addiscendæ absq; splendore, & claritate rubiginose traduntur: vel redundantia argumenta præsertim sophistica accumulatur. Tanta enim caliginis densitate omnis mētis lux obnubilatur, ac obtenebre scit. Tam dextram vero habere dexteram ad acuendas initiantium philosophorum mentes, vt poliantur, scabanturq; :neminem latet quam arduum sit, atq; difficilimum. Quare homines multiiuga eruditione præditi, nusquam lassī destiterunt hanc facultatem omni arte disponere melius, & perpolire: totis viribus conantes ipsam perfectam literam studiosis exhibere, atq; præstare. Quam ob rem nemo nos merito temeritatis arguet si eodem animo, quo maiores nostri eandem molam rursus agitemus nostra manu ipsam læuigantes, si forsan periculum facientes eam perfectam & aptam educere valeamus. Nam neminem



hactenus illi suos numeros reddidisse: ipsum cunctorum tædium addiscentiū manifestissime ostendit. Philosophi igitur instructi consilio primo Metaphysicæ tradito, nempe vt non modo vere dictis, recteq; factis præcedētium se se quisq; iuuet: sed circumspecte aduertat, quibus nam in rebus illi cæcutientes prolapsi: vt eorum errores deprecetur, atq; effugiat: attente circumspeimus vbi nam huius artis priores defecerint, vt id nostro in opere corrigamus. Et ecce subito mille crepidines, mille saxa, in quibus illi impingentes non leui sui, & nostro detrimento allucinati sunt. Nam nostra errata atq; defectus ita propatula sunt, vt non illico appareant modo: sed, & dieterijs, ac scommatis irrideantur. Vt sæpe diligenti animo expenderim, cur viri adeo eruditi, ita prouidi, & cauti in rebus tam perspicuis cæspitarent. Et id solum causæ inueni. Nullum ante cētum annos ausum ex sententia stili scribere: & qua expediret methodo chartis scripta sua illinere: ne se sophistarum vulgo irridendum obijceret, maluisseq; ipsorum libidini assentiri, quam suam vel facultatem propugnare, vel doctrinā tanta sordium colluione defæcare, atq; expurgare: quantam illi adaugent: & ipsi (vt par erat) non exaugent. Nam nostri excessus, ita limites omnes excedunt, vt qui etiam illis infestamur, apprime nouerimus: & nunc nostras nugas irridemus: nunc dialecticos infertilibus senticetis irretitos, & pungentissimis præpeditos sophismatum vepretis collacrimemur. Et quis præceptorum, & interlegendum, cum discipulis dictata tribuit, non cachino suscipit tot literarū portenta, quæ ob nostram solum cogitationem terminorum suppositionem inuertunt, resolutionemq; perturbant. Et horum signorum vterq;, alter, neuter varai multiplicemq; acceptionem maximo risu non diffudit. Et quis vt intellectu hæc assequatur, non eget, illa penitus effingat, et comminiscatur: adeo nullo vero fundamento: sed nostra æstimatione veluti illi pensiles horti Semiramidis in aere pendent, & circumfuso librantur prorsus invento (quod ille ait) vt poëtarum figmentis magis affinia, quam nostræ Dialecticæ consentanea videantur. Quid de alijs dicam plurimis veritati tam aperte reclamantibus, & claritati tantopere inimicis: vt nemo eorum qui hoc tempore stilo indulgent, non ingenuè fateatur, male se similia non scribere, quam illa describere: & eo animo ealiteris mandare, vt stolidis faciāt satis. Quare quo scopum attingam, firmo animo constitui semel hunc rapidum intercidere, sistereq; torrentem, & stultis ac puerilibus sophistis displicere, vti prudentibus morem geram, qui sic edoceri ingenuas artes exoptant: vt earum, & fulgor, & lumen splendescat: & pulchritudinis mirifica species detegatur. Quæ quam nouercali odio res commentitias, atq; fictitias execrentur, atq; aduersentur: satis euidens est, ex quo vnicum instrumentum sunt omnis perquirendæ veritatis. Ni persuasum habeamus veritatem indagari sine falsitate non posse, aut lucem nisi in tenebris conspici. At qui cum etiam statuerim solummodo eius propriam, genuinamq; materiam pertractare, succindens, quæ vel apparenter hucusq;, aut inapparenter intromissa, vique intrusa sunt. Et credo non incompta apparitura, quamquam alienis & vestibus, & plumis vt cornicula illa Aesopica, non induatur. Ipsa enim sola dialectica sincera, defæcata, tersa & auro pustulato purior, vim, vires, & virtutem habet, operationes intellectus tum vt moderetur, atq; gubernet: tum vt perpoliat, atq; purificet. Primum quod etuellendū se se obtulit, mentalium conceptionum tractatus est in primo volumine in tempestiue digestus. Materies ex occultissimis, atq; abditissimis philosophiæ arcanis accersita. Cum indeceat ea in ipso exordio inculcare, quæ ad coronidem reuocanda



canda erant. Et quod non introitus, sed exitus cognitu difficilimus etiã his, qui in litteris plures fecere progressus, aditu demum metuendus, & omnibus formidabilis. Et eadem methodo vniuersas quæstiones huic rei pendulas subterfugimus. Nempe an in mente vltimata æquiucatio inueniatur? ibidemue actus dentur syncategorematici? vtrum vno, eodemq; cõceptu & obliquus & rectus casus percipiantur? sit ne mentalis propositio simplex, an composita qualitas, cum alijs innumeris perceptu difficillimis, nimium confusis, & parum etiam si intellexeris conducibilibus. Qua præcor dialecticæ parte ex tam profunda tamq; abstrusa doctrina primo volumine iam exacto percipit fructum dialecticus, quid emolumenti affert? nisi alas premere ac frangere: & sua caligine quem vis hebetare. Quis tyro nouellusq; non pauebit? si quod magni nominis philosophi in de Anima constituti, aut summi Theologi in primo sententiarum vix attingunt, conceptuum scilicet productionem, intellectualiumq; consistentiam specierum, sibi in ipso limine ingressuro proponantur, & intelligere discipuli cogantur, quod ipsi præceteriore etiã ætate magistri iã effecti vix agnoscunt. Tertium fuit, quod ad subleuandũ oneris molestiam & laboris discrimen obseruauimus non modo non sectari opiniones (quæ proprius errores appellentur) quarum non modicus est numerus, sed ne refutarem quidem. Quoniam idem labor nostros dialecticos infestabat in impugnandis quam sectandis. Præcipue quod vt sententiæ cui obuiam eas, oportet enodetur, & fundamenta quibus innititur, aperias, cuncta demũ innotescant. Vnde nullas tenebras effugit, qui hæc non sequitur errata, si obsistit illis oblectatus. Quarto delibero illum exponibilium labyrinthum his verbis incipit & desinit, construitur, funditus subcidere. Vt pote qui quantumlibet enucleatus nusquam iuuenibus pateat. Nam quis summularum vnquam in summulis naturam generationis & corruptionis intelligentia consequutus est? quam donec ad libros de Physica auscultatione perueniat, nemo cognoscet quantumuis laboris infumat. Quid de instantium & momentorum Oceano, doctrina sane per quam tenebricosa, et hisce in artibus nullius prorsus momenti, nisi per præruptas præcipitesq; rupes dialecticos iter facientes deducere. Eisdem etiam de causis sermonem dediffer, conticui: qui nihil eruditionis summularum vnquam contulit studiosis. Verum enimvero quantum curæ atq; studij in alienis & peregrinis ablegandis adhibui: tantum laboris & operis imposui in explicandis, ac enodandis latissime quæ artis peculiaria erant: non modo leges & præceptiones stabiliens, quæ obseruentur: sed plura obiciens argumenta, quibus veritas dignoscatur, & intellectus acies minus obtusa redderetur. Quare institutum nostrum est, sic hanc disciplinam proferre vt omnibus & vsu et fruge, omni illa quasi malorum lerna expurgata, & natiua luce & splendore induta futura sit. Faxit deus, vt tam integro animo is labor accipiat, quam sincerum nostrum desiderium fuit. Et moueat præfractos & obfirmatos sensus in suis erroribus: vt aliquando extra siluestres & montosas vias progredi delectentur, & per Topiaria & plana floribus variegata nostræ dialecticæ incedant.



IACOBI DONII VELI-  
SII ELEGEDION IN AV-  
toris encomium.

**C**ADMVS Agenorides Dircaea per oppida fertur,  
Cum fugeret patrias exsul, inopsq; minas,  
Inuenisse prius varijs elementa figuris,  
Non notisq; rudes erudysse notis:  
Anguis humi sternens sinuosa volumine terga  
Herculeas potuit, qui decuisse manus,  
Extractidentes, ac latis credidit aruis  
Palladis admonitu, consilioq; Deum.  
Inde fide maius, paullatim increfcere ferrum,  
Et tela, & clypeos, & videt arma virum.  
Ac subito moritura cohors collisa duello,  
Ipsa suis telis dilaniata cadit.  
Fœdera sed pacis, de tot modo fratribus ortis,  
Quinq; superstitiibus flaua Minerva dedit.  
Edocuit Cadmus musarum arcana: ferino  
Qui vetuit, priscos degere more viros:  
At sectatorum magno conaminctur mæ  
Pro placitis certetant nocte, dieq; suis.  
Hinc odia, & fratres inter discordia præceps,  
Hinc secta, hinc varijs dogmata secta modis  
Has tu pacasti furias, & iurgia Thoma,  
Hac tu Palladia disijcis arte mala.  
Ergo tuum vigeat decus immortale per orbem,  
Nec taceant nomen sacula longa tuum.  
Te sine Cimmericas tenebras Dialectica prorsus  
Ferret, & immensum tempus in omne Chaôs.



# S V M M V L Æ R E V E R E N D I P A -

tris Thomæ de Mercado ordinis predicatorum, ar-

tium ac sacrae Theologiae professoris

feliciter incipiunt.

## P R O L O G V S.



I A L E C T I

ca est ars artium

& scientia scien-

tiarum: omnibus

disciplinis, & scientijs adqui-  
rendis apta media submini-  
strans: ut pote quæ diffinitio-  
nem, diuisionem & argumē-  
tationē docet: quibus in vni-  
uersum scientiæ cōparantur.

Propter quod prima omnium  
iure iam diu apud quosq; do-  
ctos habita est. Sed terminus  
est à quo aptius ipsa principiū  
capessit.

### Lectio prima.

DE literis dialecticalibus præcepta traditu-  
ro id primo mihi oppido quam maximè  
studendum fuit, quibusnam forma, & metho-  
do celerius, ac vtilius in artem hanc tirones  
inducerem. Ennuero magna utilitas sita est  
(quod omnes vbiq; gentium sapientissimè  
atque scitissimè iudicarunt) ut negotiū quod  
libet prosperè cedat, si principium ritè sum-  
atur. Et eo pacto aggredientibus philosophiā  
perpetuò iudicavi per prospere futurum si  
rude foret atque de forme (ut ita dixerim)  
eorum principium, ut ex ipsa principij defici-  
entia futuræ sufficientiæ, et maximi incremen-  
ti, (si ego non fallor) & certissima spes, &  
quædam iam radix origoq; haberetur. Et

credo, me non falli, adeò multo rerum vsu,  
& diutina experientia temporum, quibus in-  
cessanter totius philosophiæ institutoris offi-  
cium exercui, & solerti satishuius artis, et no-  
stri ingenij naturæ consideratione id compe-  
ri. Primo animaduerto hanc logicā præfer-  
tim paruam (quam summulas neuterici ap-  
pellant) non esse captu admodum facilem,  
quim forsam non nihilum difficilem, tum re-  
gularum & diuisionū multitudine, quum ea  
rundem (ut liberè loquar) in certitudine: ut  
pote quarum pleræque communi modo con-  
cipiendi, atque loquendi dum taxat innitun-  
tur: qui non potest non esse anceps, & quan-  
doque varius: ac proinde titubare illas non  
nunquam, ac veluti ruinam minari. Qui ve-  
ro stabiles ac firmes eas redere ipsarum na-  
tura reclamante conantur (& conantur inde-  
fessè plurimi) necesse est, in disciplinam con-  
densas tenebras inducant: in numeris distin-  
ctionibus, futilibus ac lapsantibus ut edo, plu-  
rimas exceptiones admittendo, cum intra  
proprios artis cancellos tot regulæ, ac distin-  
ctiones traditæ sint ut conduceret plurimū  
in minorem numerum (si fieri posset) redige-  
rentur, & argumentis in regulas efficacibus  
obiectis, solutiones aggregando vix argumē-  
ta soluentes. Quæ omnia mea sententia ni-  
mium obsunt, debilem iuuenum intellectum  
sua subtilitate ne dicam obscuritate obnubi-  
lando: nō profunt. Simile principium magna  
doctrinarum copia refertum, foliaceū atq;  
ampulosum, quod vel sola specie terret, no-  
stri temporis hominibus per placet, cum mul-  
to cōmodius rei dialecticæ cōsuleret, qui ex  
ingēti regularum, ac diuisionum acerbo par-  
tem non modicam præcinderet. Nam etiā  
si maiorem iuccideret, nullam forsa necessa-  
riā auferret. Et que superessent vtilis, eate-  
nus exponeret, atque tueretur, ut rei natura  
fert, & necessitas exoptulat. Hanc docendi  
methodum, cum sit perinde venusta, ac eru-  
B dita,



## Liber primus

dita, voco ego difformem, adeo iam turgent  
ti elatoque docendi stilo omnes assueuimus.  
Præterea huius artis præcepta sunt valde vni  
uersalia, ad vniuersas scientias comparandas  
maxime conducetia. Quæ & in naturæ secre  
tis rimandis, & in methaphisicalibus abstra  
ctionibus dilucidandis, nec non & ad sacræ  
theologiæ arcana scrutanda magnopere iu  
nant. Et vt tironibus cõstet, quanta eis præ  
ceptis cognitæ facultas acquiratur, & proprijs  
cernant obtutibus quantum ad omnia prof  
sint, cæterarum disciplinarum materias scri  
ptores hic asciscunt: vbi summulares regulas  
exemplificent, ac sternant, & sapius easdem  
quantumcumque graues, arcanasq; obiter  
tractant. Quæ sicuti extra huius artis limites  
commorantur: ita erant silentio contegenda,  
vt iuuenes illas nec olfacerent quidẽ. In libro  
primo vtilant, an Deus sit terminus increa  
tus? & nunquid ens conceptum dicat com  
munem Deo & creaturis, sit ne Christus no  
biscum vniuoce homo? Quæstiones ex abdi  
tissimis theologiæ locis intempestiuẽ satis e  
rutæ. Ex Methaphisica has & similes mille  
discutiunt, nempe diuisio entis in decẽ præ  
dicamenta qualis sit, & in sensibus exterioribus  
si notitia formetur, dentur ne in rerum  
natura intentionales species, & in quo gene  
re ad elliciendas noticias cõcurrant, propte  
rea quod Augustinus dicat ex obiectione & po  
tentia pari notitiam. Quinimo libros de ani  
ma integros apud veteres philosophos diffi  
limos habitos hic cõmentantur: dum de om  
ni conceptu mentis atq; noticia disputant.  
Que tamen omnia ego cum formidine nomi  
no. Nam meo videri simile principium tãta  
quæstionum varietate expletum non erudi  
tione cõset, sed maximo rationum pondere  
mentem infirmam onerat, ac infringit, & cõ  
densa nimis veritatis luce lippientes oculos  
vel disgregat, vel omnino excæcat. Et ideo  
eam perpetuo sententiã dixi huius artis exor  
dium haud eius dignitati, & potestati respon  
deret, sed ingrædiētium facultati & ingenio  
morẽ gereret, sicq; mutilum formemus, vt  
nihil falsi traderetur, & multa vera sileretur  
alio loco & proprio & aptiori propalanda,  
vt in præsentiarum re & opere præstare om  
nẽ conatum Domino iuuante nauabo. No  
stratia enim fuisse prosequar, aliena & pere  
grina rescindã, Quãquam certo scio, etiam si  
in materijs proprijs exponendis spatiumur,  
plusquam Atticos dialecticos non summula

rũ cõmentatores, sed summatores vidẽdos  
adeo multo plura hæctenus in summulis ex  
tranea agitatur, quã ppria. Et hinc respõsio  
nẽ sibi sumãt, ne eandẽ repetere sæpe cogamur,  
qui in subsequētibus quæsierint, cur ma  
terias nõnullas subtiles (quæ inter viros do  
ctos magnis vtrò citroq; rationibus hic dis  
cutiuntur) omittamus, vel diuisiones consue  
tas aliquãdo, vel fileamus, vel aliquot mẽbris  
priuemus, vel demũ multa prætereamus quæ  
scite, & decore dici videretur. Quærimus e  
nim nõ vbi doctrina inseri possit, sed vbi nã  
traditam, & expositores facilius enucleet, &  
auditores clarius intelligant.

¶ Omne opus quod de re qualibet philoso  
phiæ hæctenus homines instituerunt in duas  
partes experiẽtia & Cicerone teste subleca  
runt, in proxiũ. s. atque tractatũ. Nã neces  
se est priusquã materiã assumptã aggrediaris  
& tui, & instituti operis rationẽ reddas: quo  
auditores quasi præparas, beneuolos, attẽtos  
atq; dociles facias. Quod quisq; assequitur  
dũ in operis vestibulo disciplinæ vtilitatẽ dig  
nitatẽue, materiã & ordinẽ procedẽdi, breui  
sime expandit: quod nos breui sermone, tri  
bus videlicet propositionibus, in textu prose  
quuti sumus. Nã illa octo quæ lib. i. phisi. tex.  
i. sentit cõmentator in principio illico ope  
ris differenda: nõ adeo cuncta requisita sunt,  
vt plura modo preterire immane iudicetur.  
Sed nostrarũ triũ propositionum prima est,  
quod dialectica est ars artiũ & scientia scien  
tiarũ: quia in diffinitionis, diuisionis, & argu  
mẽtationis natura exponenda occupata est.  
Quæ obiectionũ dialecticæ docet, & docẽdo do  
ciles auditores cõstituit. Obiectionũ enim cuius  
libet artis est id, circa quod ars versatur, vt  
Grãmaticæ obiectionũ est recta loquitio, docet  
enim quonã pacto homines recte & loquan  
tur, & scribãt, Rethoricæ vero ornata & ele  
gãs, vt pote in qua ediferenda per omnes suas  
partes intẽta est. Igitur quemadmodũ gram  
maticæ obiectionũ est cõgrua oratio, & retho  
ricæ facunda: ita Dialecticæ est argumenta  
tio, diffinitio, & diuisio, quia horũ omnium  
exactã notitiã nobis tradit. In prima parte  
prædicabilibus scilicet & predicamentis do  
cet diffinire, & diuidere: in secũda omnem ar  
guẽdi modũ fusissime per sex decẽ libros ex  
ponit. Sed interrogas quid nã sit diffinitio, di  
uisio, & argumẽtatio. Nõ est opus tã cito, do  
nec ad secundum librũ perueniatur exactius  
illa cognoscere, quam grãmatici vulgariter  
cognos-



conoscunt: dū desuis regulis altercāt: si argumentum est ratio, quæ ad aliquid probandū adducitur, Diuisio est quædā rei verbis partitio, vt figura nominū duplex alia primitiuæ alia deriuatiuæ speciei, & illa Ciceronis causarū generis, in turpe, honestū, deliberatiuū iudiciale, Diffinitio est oratio rei naturā exponēs, vt homo est animal rationale. His autē suppositis facile est propositionē efficaciter probare, nepe & artē artium, & scientiā scientiarū esse quoniā hæc tria docet. quod proinde priori loco statuendum est, primo quia cū ista discātur valde sit requisitum, & nulla sciētia præter dialecticā eā doctrinā exhibeat quod perpēdenti singulas euidenter patebit, sit vt hæc dialectica necessario ediscatur, & cōfirmatur quia inter omnes sola Dialectica omnium modus nuncupatur, modus autē acquirendi sciencias est diffinitio, diuisio, & argumētatio. siquidē in omni philosophiæ parte aut declaratur res obscura & implexa & hoc fit diffinitione, aut ampla in suas partes secatur, & hoc fit diuisione, aut probatur ambiguū, & id absoluitur argumentatione. Igitur de his quæ sunt media ea scientia merito existimāda est disputare, quæ disciplinarum omnium modus, & mediū omnium sententia existit & appellatur. Vnde philosophus in methaphisica scientiā cōmunem eā appellat, ob id quod cūctis disciplinis generale, est, huius facultatis vsum in sui acquisitionē exigere, ipsiusq; regulis & cōstitutionibus in se ipsis cōstare atque procedere. Qua in re quanti sit Dialectica viris sapientibus habenda patentissimē, cōstat cū earum nobis rerū notitiā tradat, sine quibus, nec philosophiæ, nec sapiētiae doctrinā cognoscere queūt, qua nihil sublimius nihil diuinius in rebus humanis inuenimus. Et nō tantū ad nomen & rē scilicet vt scientia cōmunis & modus sit ex proprio obiecto sibi vendicat, verum etiā vt quā optimo iure ars artium, & scientia scientiarū iā diu apud omnes habeatur obtinuit, siquidē regulas & documēta præbet quibus recto tramite & philosophiā adeamus, vt eā nobis facilius & citius cōparemus. Quid enim illius & singularū eius partium princeps intētio est, quā quod rerum omnium præstantissimū est, verum à falso discernere, & quid vnū quodque sit diffinire, & vtrumq; disputato cōvincere, aut si lateat detegere, vel si alijs cōmuni bus vocibus rem eādem explicare fas est, rerum naturas & causas conoscere, multitudine comprehendere, & proprietates callere

quod sine huius artis institutis nemo vmq̄ assequetur, nec nisi millies deficiendo sequetur, Necesse est enim veritatis appetitor (quā vniuersi naturaliter, & vehementer appetimus) simul & solertissimus inquisitor (quod per paucis contingit) veri inquisitionē, atq; indagationē, veritatis inquā viā p̄doceatur, ne in ipso progressu labari, aut ab errare contingat. Veri autē inquisitio est argumentatio vt Aristoteles sentit, quā dialectica exactissime docet vñ & diffiniendi formā abq; diuidendi. Qua ratione eā nomenclaturam, atq; titulū licet illustrissimū atq; sublimem circumspectè huic arti antiqui accommodarunt.

**I N O P O S I T V M** horū sunt nonnullæ obiectiones primo ars & scientia distinguuntur ab Aristot. 6. Ethic. ergo falso dialectica & ars asseritur & sciētia. Respōdetur duplicē esse artem mechanicā sane & liberalē. distinctio est adeo celebris, vt ruralibus hominibus inotescat, & ideo quo nā modo hæc mēbra differant, hic insinuare nec opus est, nec locus quidē. Sed dicimus artem liberalem ab scientia minime, sed mechanicā, & seruilem, differre ac proinde logicā quæ ars liberalis est, scientiā simul optime posse esse.

**S E C V N D O** vnius disciplinæ (quod omnes ingenue fatentur) vnicū debet, esse obiectū: male ergo nos tria huic arti assignamus. scilicet diffinitionē diuisionē, & argumentationē. respō. vnicū esse pariter in dialectica, sicut in cæteris obiectū, quod hæc omnia complectitur, nempe modus sciēdi. sed vt clarius loquremur tribus illis nominibus vsusumus. exemplum est appositū in rhetorica, quæ de exordio, narratione, diuisione, cū reliqua tractat, cuius integrū obiectū non quintuplex, sed cōpta, ac elegās oratio est, ad quam conficiendam omnes illæ partes concurrunt.

**S E C V N D A** propositio textus est. Dialectica est prima omnium scientiarū acquisitione, quæ necessario ex præcedēti inferri videtur: nā si media tradit, quibus scientiæ cōparantur, par est, vt ipsa prius habeatur, mediū enim antecedit finem. Præterea vnā quamq; artē adiscendi, necessariū est, prius terminos proprios artis, & instrumentorū agnoscere terminos autē quibus omnes scientiæ vtuntur & cōstant dialectica exponit, vt postmodum videbimus, igitur necessario est prima habēda. sic Aristo. putat absurdū & modum sciēdi. scilicet dialecticā, & scientiam. scilicet aliquā cæterarum disciplinarum, quis nitatur simul addiscere, cum huic si recte procedimus, &





opera, & studiū prius impēdenda sint. Quam quā & is potest, eiusdē sententiæ esse legitimus sensus, quod licet, diuersis scientijs si tēpus & ingeniū suppetit vna quis studere, possit: (vt frequēter in scholis cōperimus) id, si logicam ignores, minime facias, niuelis, oleū & operam perdere, in tātum dialecticalia instituta ad cæteras cōparādas necessario præ exiguntur. fateor, fuisse olim inter graues, ac sapientes philosophos multum satishac rem controuersam, à qua (videlicet) arte principiū sumēdū foret, eis qui vniuersam philosophiā per lustrare voluissent: sed cum natura, & ratio postularēt, vt à Dialectica exordiū caperetur breui tēpore disceptatio diluta est consentientibus omnibus, vt ab ea omnes inchoarent, qui recto, ac strato calle in suo studio procedere desiderassent.

**¶** I N contrarium nihilominus argumētum sese statim offert, Rhetoricē, & Poësis cum Grāmatica plerumq; ante logicam addiscuntur. Resp. Dialecticam esse primā omnium scientiarū: præfatas vero artes haud esse proprie sciētias. libra enim quā trutinamur, analiqua ars sit scientia hæc est. s. si diffinitione, & diuisione procedat, & efficacibus, & infallibilibus argumentis sua instituta conuincat. Modo si rhetoricā, & poësim mētis bilance ppēderis inuenies, per diffinitiones, & diuisiones non admodum exactas, & absolutas procedere, rationes autem tantū probabiles, nō penitus efficaces adducere, solere. Itaq; habent aliquam partē scientiæ, non omnē, ideo, vt nostra propositio vera sit sanē dialecticā esse primam omnium scientiarum non opus est his artibus prius adquiratur, cum hæ scientiæ saltē perfectæ nō sint. Et vt cernas, quāto iure dialectica omnes scientias anteitura est: hæ adhuc artes quoniā aliquid scientiæ sortiuntur, etiā si quis eas prius auscultet, nō callebit, donec dialecticalibus literis imbuatur, quod ipsimet rhetorū principes ingenue fatentur, Cicero sanē, ac Quintilianus.

**¶** S E C V N D O graues doctores maxime nostrates, Hilarius, Remig. Grego. Bernard. & similes ex sapientiæ fonte etiā humanæ, vsq; ad satietatē sine dialectica bibisse, videntur, & innumeros codices disciplinis, & artibus refertos in lucē edidisse, in quibus nō in quā logicā exosam sibi testantur, tantū abest vt eius studio sacræ vitæ, vel frustulum dedicassent. Non ergo est omnium prima. Rsp. quotquot nostratū sapientia, & scientia claruerunt ante sapientiā cōparatā iuuenes, &

manus, & animū logicæ tradidisse, quod ipsorum lucubrationes aperte demonstrant, logicalia instituta vbiq; redolētes. Artes enim liberales olim virgines etiā illustres discēbāt, nedum viri. Et de hæroibus nostris ecclesia id vel in primis in eorū solenijs decātat. Vnde Hieronimus in apologia contra Ruffinū. q. 95. testatur, se septē modos cōclusionū dialectica elementa docuisse, & super Ezechiel breuiter exponit quantū hæc facultas Christianæ religioni profit. vere (inquit) quidquid in seculo dogmatū peruersotū est, quidquid ad terrenā scientiā pertinet, & reputatur esse robustū, hoc dialectica arte subuertitur, & instar incēdij in cineres, fauillasq; dissoluitur, vt putetur nihil, quod putabatur robustissimū, & Augustin. con. bres. 2. l. non curo (ait) vtrū dialectica disputādi disciplina vocetur, curo tamen, quantū valeo, nosse, ac posse, disputare, hoc est, veritatē à falsitate loquendo discernere: quia hoc nisi curauero, perniciosissimè errabo, & inferius, hanc artē (quam dialecticā vocant) nunquā doctrina christiana reformidat, sicut eā in stoicis nō formidauit Apostolus, quos secū cōferre, volentes nō respuit Vnde nunquā dialecticā sancti contemlerunt, quā summis laudibus ad sidera vsque Augustin. effert. Sed eius apud plerosque prauū vsum cū Salomone detestantur, dicente, qui sophisticè loquitur, odibilis est Deo, quē nos pariter (vt par est) abominamur. nā cauillose ad decipiendū arguere magnū vitū est at paralogismos nosse nō ad vsum, sed ad ipsum & in nos & in alios euitādum utilissimū est. sicut periti medētis est, & herbas salubres vt aegrotō applicet, & mortiferas, vt caueat dignoscere,

**T E R T I A** propositio a termino incipiendū est quæ si nō tam euidens, ac præcedētes apparet profecto est verosimilima. Enimvero ea huius artis intētio est, vt naturam argumēti, & qualitates homines agnoscāt. Argumētum autē primo constat ex propositionibus integris, atq; perfectis, mox vna quæq; propositionū ex simplicibus dictionibus, simplicē dictionem appello terminū. Igitur rectus ordo postulat de minoribus partibus sermone faciat, qui argumenti naturā exponit. nā termini in compositione rationis materialium instar partium in structura domus se habent. quā qui cōstruit primo rudibus, ac legmētis aggregatis minores partes, & deinceps maiores parietes, sane atq; tecta erigit. Ita qui ad notitiā totius argumenti peruenire, cupit,



cupit, oportet, minimas primo, & deinde suo gradu maiores partes cognoscat, ut partibus cognitis facile totum dignoscatur. Est & alia huius propositionis ratio quod ut Arist. in 1. phisi. docet, a facilioribus & notioribus nobis in vnaquaque disciplina inchoandum est ut scilicet principium, quoad fieri possit semper tam facile sit ac lucidum, quod ut discipulis clarescat non multum negotium instruenti, & instruendis sua obscuritate faceat. Terminus autem, seu quod idem pollet dictio simplex pene grammaticis denuo venientibus nota est. Nam quid nomen quid verbum, dictiones nimirum simplices iam audierunt. Unde optima ratione, & via inchoatibus modo dialecticam terminorum sermonem apponemus, sane ut, dum de dictionibus illis sermonem teximus, res quidem eis antea ut cumque cognita, continuare priora sese sibi videantur, sicque dum vetera putant versare ad nova sensim traducemus. Magna meo arbitrato principij & facilitas, & sua uitas, maxime principij summularum hactenus non modo difficilis, sed quod ego semper dolebam inaccessibilis. quae comoda penitus amittebamus, & opposita in conuenientia incurrebantur, si aliorum principium faceremus. Mos est, vsuque inuolabilis huius artis interpretum in prima illico lectione iuuenes quos instituendos suscipiunt modum arguendi peripatim non ex cathedra docere, licet argumenti naturam ad secundum vsque librum differendam reponant. Institutum tanta necessitate & ratione introductum quam consuetudine postmodum & obseruata firmatum. Necessesse est, non protinus, vel balbutienter dialectici argumententur, & disceptent, ut doctrinam melius percipiant, & ingenium ad altiora capienda acuant, perpoliantque. Igitur ne huius instituti transgressores esse videamur, cuius cultores nos esse, profitemur, aduertendum est, eam orationem esse argumentum in qua altera duarum dictionum igitur, vel ergo, reposita fuerit, ut leo est animal, ergo est sensibile. quae constat necessario ex tribus partibus scilicet ex antecedenti, & consequenti, & nota illationis. Antecedens est quod ad probandum assumis & cognoscitur sit quia illationem praecedit, ut in exemplo leo est animal, consequens est quod inferitur ex antecedenti, & sequitur illationem: ut illa leo est sensibilis. Illatio sunt ipsae dictiones, quibus velut ex antecedenti consequens deducitur, aut ambo coniunguntur: utrumque enim facit. An autem etsi plerumque sit compositum nonnumquam est simplex,

nempe quando unicum orationem in se habet ut in exemplo inducto. Quae sola tunc dicitur antecedens: nimirum quae sola copulam, antecedit, Compositum est si duas orationes in vniuarum habeat, ut homo est viuens & Petrus est homo, ergo Petrus est viuens. tunc ambae simul integrant antecedens, sed prima seorsum appellatur maior: secunda vero minor: argumento ut fas erat exposito, modus illud proponendi, & respondendi viua voce, & traditione scholis tenetur, nempe ut contra definitionem, aut diuisionem, vel regulam textus, commentiuè obiectum sibi fideliter nulla dictione mutata propugnator quiete referat, ut interim illud mente secum tacite et silenter perperdat, & cum argumentante verbis conueniat, ratio autem simul integre pronuntiata, sic frustratim repetatur ut singulis partibus sigillatim respondeat, nam singulae habent & vires, & pondus in argumento. prima igitur maior scilicet si antecedens fuerit hypotheticum, i. compositum resumpta, si iudicio respondentis est vera conceditur, si falsa negatur, si dubia distinguitur, si impertinens illationi fuerit visa, transeat. si infecta est illic responsio sistit, inter est enim proponentis, eam probare. Itidem si distinguitur plerumque respondentis officium cessat, at vero admissa est vestigio ad minorem transitur, eadem methodo expedienda, si autem ad consequentiam perueneris, si bona est concedito, si mala negato, sed dubiam ne distinguas. nam si aliquatenus illatio titubat ex aliqua amphibologia, vel aequiuocatione illatae propositionis eius infirmitas oritur, quam proinde sub hoc nomine consequens, censent distinguenda, & in vno sensu illatio admittitur, in alio exploditur. Quando vero per modum consecutionis argumentum inducitur, ut sequitur, dialecticam non esse scientiam, consequens est falsum, ergo & antecedens. prima vocatur sequella, secunda minor, & consequens reliqua.

### Caput primum.

TEXTVS.

TERMINVS EST signum propositionis categoricae constitutum, ut Socrates. Et est duplex vocalis. scilicet & scriptus. Terminus vo-



## Liber primus

calis est vox significatiua ad placitū, ex qua simplex cōfici tur propositio. Scriptus simili forma est scriptura significatiua ad placitū, ex qua simplex conficitur propositio.

Signū vero est, quod potētiae cognoscitiuae aliquid à se repræsentat, vt imago. Quod bifarie cōtingit. s. naturale & ad placitum. Signū ad placitū est quod ex institutione repræsentat, vt hæc vox Plato. Naturale autē est, quod ex natura sua repræsentat, vt gemitus infirmi.

### Lectio prima.

**TERMINVS** qui & dictio simplex, vt in prologo innuebamus, primo nobis dialecticā aggrediētibus cognoscendus est, vt pote logicalis architecturæ primū fundamētū, sed terminus vt exactè hic cognoscatur, quod nunc omni studio quærimus, nō est opus, ea omnia tractemus, quæ in se ipse habet, nam multa habet quæ scopū nostrū neutiquā respiciunt. primo est vox quædā & sonus hominis ore, & humanis instrumētis prolatus. At quid sit vox, quidq; sonus, nemo iam non videt, quàm nostra scire in præsentiarum minime refferat. Erat quidē hæc vetus, ac perpetua quæstio inter nobilissimos philosophorū olim agitata, esset ne vox corpus, an incorporea: sed absq; cōtrouersia iam inter nos constat, & quid sit vox, & quid sit, nos hic discutere, nō debere: sed eū sermonē philosophis deferre, qui res naturales attētē scrutantur. terminus autē ea sola ratione logicæ cōsideratione clauditur, quod orationes, & omnino argumēta primò cōponit. At cōponit in quantū significat, significatio est ergo quā in terminis nos considerare vel solā debemus: nec propterea Petrus Hispanus merito reprehendendus est, quod huius rationis non

ignarus à sono exorsus est, etenim id ob maiorē doctrinæ copiā effecisse, videtur: quātū nos nō adeo vberē in præsentī cōcupiscimus. Præterea sillabarū numerū, quātitatē, & accētū, quæ ad carmina cōficiēda iure proprio poëtæ sibi vēdicāt, nō decet certē, vt nos, & si naturā termini exactissimè velimus, agnoscere, hic vllatenus perpēdamus. Igitur ab eo expositio tx. & diffinitionis aptissime incipiet quod voces, terminos cōstituit cū determinis capitulum, habeatur hoc autem est significatio.

**DE SIGNIFICATIONE** autē tractare, per inde est, ac de signo agere. Signum autē est, quod potētiae cognoscitiuae aliquid repræsentat, vt effigies repræsentat imperatorē, & imago heroē, & li lapis lapidem, & li homo hominē. His enim visis, vel auditis signis res importata se nostræ memoriæ offerūt. Potētia cognoscitiua appellatur sensus interior, vel exterior, nō solū hominum sed etiā rationis expertiū, quibus vt experientia cōperimus, plura signa subseruiūt, quæ vt à natura illis data sūt, ita naturali instinctu cognoscūtur. vox enim lupi terret oues, & fugā arripere facit, quo sibi tēpestiue periculo caueāt. & nō tātū sensus potētia cognoscitiua est, sed præcipuē intellectus qui maximè, & facilius, & naturalius per signa signata percipit, & ad ea quæ absunt se se sua virtute extēdit. His potētij omnibus signa repræsentāt. uerū nō est sat, vt res quæpiā signū habeatur quid repræsentet (omnes enim aliquid se .s. vel aliud repræsentāt) nisi quid à se distinctū, qua de causa diffinitioni adiectū est, aliquid aliud à se repræsentat nā dupliciter repræsentare cōtingit: obiectiue, & instrumētali ter omnis res alicui sensui præsens ei se obiectiue repræsentat, vt ex cōmuni modo loquendi educitur. Dicimus enim præsetaui me illi, & eū imperio coegerūt, vt se se iudiciali die præsentet, quod est vadinoniū indicere. vnde repræsentare obiectiue est, obiectū esse alicuius potētiae cognoscitiuae. Repræsentare autē instrumētali ter est (vt dicit Augustinus in lib. de doctrina Christiana) cum res præter sui cognitionē ducit apprehēdentē in cognitionē alterius, scilicet, potentiā velut manu ducēs, quod haud omnia obiecta habēt, nā si video parietē, nihil aliud q; parietē nosco. At obiecta obtutibus imagine: & eā cerno, & ea me ducēte rem significatā intelligo. Hoc est, instrumētali ter repræsentare, instrumētū enim imago mihi fuit, quo ego

in acti-



in notitiā sui signati perueni, cuius forsam modo nō meminissē, nisi repræsentatione imaginis excitarer. tale autem repræsentare instrumentali-ter est significare.

¶ **AD CONTRA** diffinitionem arguitur, si equus codice complicato est signum ad placitum, & tamen non repræsentat, cū nulla sit potentia cognoscitiua præsens, cui suum signum proponat, ergo diffinitio est mala. Pro solutione huius obiectionis & omnium futurarum diffinitionum intelligentia notanda est summa litterarum regula. s. verba in diffinitione non dicunt actū, sed aptitudinem. verba (inquam) secundā pars orationis vel participia (nā in alia vniuersaliori significatione omnes partes orationis verba dicuntur) quando diffinitionibus insertæ fuerint (raro. n. id. contingit) non illic exprimunt suā actionem in actu, sed in aptitudine. si. cōficit quidē in diffinitione termini, & h. repræsentat in præsenti significat utiq; actiones exercitas, sed in diffinitionibus posita solum ad eas exercēdas aptitudinem important. Itaq; sensus est, signū est quod potētiae cognoscitiuæ aliquid aliud à se potest repræsentare. Et terminus est vox significatiua ad placitum, ex qua propositio simplex potest, confici. Sed hæc aptitudo quam dicunt in diffinitionibus verba, intelligitur proxima, non remota, quæ s. vt in actum exeat. nihil in se acquirere, postulat. Dictiones enim scriptæ significabunt quidem nulla sui mutatione facta, tantum adsit potentia, cui repræsentent. Colores autem in vasibus reseruati quibus cras effigiāda est imago, non sunt certē signum, cum sui mutationē & dispositionem, varijs inquam delineamētis deduci exigant. Ad argumētum ergo negetur minor. Sed replicatur dictiones scriptæ codice adhuc apperto, casu quo græcus latinus, aut græcus latinus legat, sunt signa & nō repræsentat instrumentali-ter, cū legentē in rerū aliarū notitiā minime ducāt, ergo nec potentia præsens sufficit. Idē argumētum de signis vocalibus cōstruitur, si ea eius idiomatis peregrinus proferat, vel audiat. Idē pariter de imaginibus ac demū de quibuscumq; in uniuersum quorū significationē & vsum ignorat. Respō. quōd vt signū cui propriū munus præstare, queat, necesse est, quid nā significet, agnoscat: nā ignorato quid voces importēt, ipsa quidē erūt signa: illi, tamē vt signa seruire nō poterunt sed vt dicit Apostolus, si nō sciero virtutē vocis. i. significationē, ero ei cui loquar barbarus, & qui loquitur mihi barbarus. & cognoscere significationē est scire & illud esse signū, & cuius signum. Quid enim prodest, nosse in cōfuso, signū esse,

nisi in particulari sciat, hoc significare. Ad argumētum ergo dicito, præsens potentia nō esse opus vt sint actu signa. Sed vt actu signa præsens sufficit potentia præsens virtutē signi cognoscens, quā si nō cognocat, idem profecto est præsens esse, ac si abesset. Itaq; illi termini vel imagines sunt signa siue liber sit complexus siue potētia præsens vel absens, Ad idē rursus arguitur si, homines est signū & tamen nō significat aliquid potētiae cognoscitiuæ, ergo. Probat minor, aliquid, & vnū idem sunt, pluralis vero dictio nō vnū sed plura repræsentat, ergo nō aliquid, sed aliqua. pro huius solutione notato, signorū aliud significare aliquid. i. vnū, aliud aliqua. i. plura, vt si, equi. Aliud aliqualiter. i. aliquo modo, vt si oīs & aduerbia. Sed nos vt breuiori forma, (quod maxime in definitionibus obseruari, debet,) definitiones componerem, sub vna particula significare. s. aliquid hæc tria concludimus. quia reuera & aliqua quātūcumq; multa aliquid sunt. Vnde ad argumētum distinguimus minorem, cōcedimus enim non significare vnum simpliciter aut aliquid, negamus tamen non repræsentare aliquid in sensu definitionis.

¶ **S I G N V M** aut (subnectitur in tex.) est duplex, naturale, & ad placitū. Signū ad placitū est repræsentans ex institutione, naturale vero quod ex natura sua, seu ex se ipso, habet, repræsentare omni impositione semota. si cōpetit significatio signo quia huic homines applicarūt, & illud significatiuū fecerunt signum est ad placitum. s. quod ex beneplacito, & volūate humana significationē sortitur, vt hæc vox equus. Ex natura sua est sonus, Ceterū quod nobis equos repræsentet, ex decreto latinorū consequuta est. Qui quemadmodū huic voci & his sillabis eā applicauerūt, potuerūt alteri voci copulare, & hæc repræsentationis expertē relinquere. Ex electione ergo hæc vox repræsentat, vt pote quæ inter multas, quæ pariter assumi aptæ erant, assumpta est. Si vero signum de se significationē habet, non à voluntate sibi donatā signum naturale erat, vt pote ex natura sua significans. Enimvero quod de se vnaquæq; res habet, naturaliter videtur habere, vt gemitus informorū latentē dolorē sepe inuito etiā ægroto circumstantibus indicat, & interiectio cupiētis vehementiā desiderij exprimit, & fumus à natura ignē, à quo progreditur significat. Solet etiā & merito, hæc definitio significandi naturaliter vt melius intelligatur, negatiuè explicari. i. non ex impositionē hominum, sed ex natura sua repræsentare.

¶ **A T** circa vnū quodq; horum membrorum



## Liber primus

sunt non nulla aduertenda. i. Signa ad placitū non solum voces, & scripturæ sunt, sed res plerumq; permanētes, vt limitum tituli terminos ditionis seu iurisdictionis significant, indumenta frequenter hominū conditionē & status indicant. Videmus iacob cum ei Deus apparuisset lapidem oleo aspersisse, & sibi in signum exisse. Circūcisio pariter cæremonia antiqua hæbreorum, signum iure prædicatur, eius fidei quam diuinæ pollicitationi fidelis Abrahā contra spem in spem credens adhibuit, Signū (inquit Paulus) accepit circumcisionis Abraham, signaculum iustitiæ fidei. De Iride habetur Genesis. 9. Hoc est signū fœderis, quod est inter me, & vos, arcū meū ponā in nubibus cæli, & erit signum fœderis inter me, & inter terram. Hæc profecto, & innumera alia similia representant ex institutione, vt pote quæ & esse, & integra esse absq; significatione possunt, vnde significatio illis ex beneplacito aduenit. Hoc n. libra & trutinæ est qua signa ex institutione cognoscas.

Præterea huiusmodi signa sunt in duplici differentia quædam generalia, & communia vni populo, regno, genti, religioni. Alia quorundā singularia. hæc autē diuersitas, eo solū dimanat, quod sicut in omnibus his significatio ex institutione pendet, ita significationis extensio, aut restrictio. Sic aliquibus signis vtuntur non nunquam aliqui quæ sibi dūtaxat nota sunt.

**SIGNA** naturalia ab alijs primū, præter differentiam suis definitionibus importatam consequenter differunt, quod sunt cunctis vniuersalia, & communia, vt pote à natura significationē habentia natura enim omnibus communis, omnium mater, & alitrix, nō magis in eos homines clemens, ac prona est quā in alios, & ideo eius signa quātum de se est, idē apud omnes representant, Et est tā singularis ipsis hæc proprietas, quod per eā Petrus Hispanus signum naturale definiuit, dicens, illud esse quod idē apud omnes representat, quasi naturalis significationis naturā optimè explicaret, eo quod indifferens ac generalis omnibus esset, & quidē est talis definitio, vt ea securè summulstæ vti, queāt, tametsi contra eā soleant, illico in eū modū argutare, quē in opusculo argumentorum prosequimur.

**R V R S V S** hæc signa sunt in duplici differentia, quædam significant ex instituto solū naturæ. Alia sunt tantū naturalia. Priora videtur quæ à natura data sunt, vt representent. V. g. gemitus dolētis, latratus canū, hinnitus equorū, mugitus bouū, blæteratus arietū. balatus ouium, barritus elephatorum, piccarū garritus, gratitatus anserū, & aliæ plures vel voces, vel actiones animalium naturaliter certe, ac principali-

ter inditæ sunt vt sensum voluptatis, vel doloris, aut necessitatis representent. Alia autem significant, quoniā sunt effectus, vel causa eius quod significant, vt fumus ex humiditate calida promanans naturaliter suā causā memoriæ suggerit, sed non editur à natura tamen, vt id faciat. Vestigiū etiam trāseuntis animatis pulueri expressum nō est relictū, vt prætereunte significet, sed mansit ex transitu effectū, ac proinde animal figurat. Significant itaq; hæc naturaliter, id est, non ex impositione, sed non ex instinctu naturæ sed, potius cū quodā discursu nostro, cū necesse sit vt hæc signa nobis quicquā representēt, quædam experientia, & discursus quidā præcedat, quo frequēter cōperiamus ex talibus causis similes effectus pfluere, tūc visis effectibus protinus ad causas discurremus. Verū tamē in significatibus ex instinctu id neutiquā reperitur, quim quā primū suspiriū, aut gemitus emittitur, ita naturalis est illi representatio, vt non modo viri nullo discursu præuio, sed etiā pueri ex tēplo mœrorem, aut dolorē suspicētur. Hac ratione merito ex instinctu censentur significare, animalia enim ex instinctu dicuntur, facere, quia nulla ratione propria, sed natura instigante, impellenteq; aguntur, Cur ergo signa ex instinctu nō dicuntur, quorū significatū à natura tributum sine discursu cognoscitur, & quæ animalibus rationis expertibus subseruiunt? his enim & suas appetitiones & etiam morbos referant & cognoscunt.

**CONTRA** definitionē significandi arguitur canis assuetus domū ante dñm introire, visus postmodū ingredi, aduentum dñi significat. Et mappæ vbi visus mensis prædendi inoleuit prædiū representant, & tamen nō naturaliter, nec ad placitū. ergo. nā neq; impositus est canis, nec ex sese significat sicut fumus. Solent nonnulli huic distinctioni bimēbri tertiū apponere. i. significare ex consuetudine, quādo sicut in signis ad placitū impositio est fundamentum significationis, & in naturalibus rei natura, ita cōsuetudo est fundamentū, & principiū vt aliquid significet, quod frequēter contingit. Ad hoc Primū dicimus quod cū hæc materia significandi eatenus nostro intento deseruiat, quatenus signū ad placitū intelligamus, Intētio nostra non fuit, nec debuit esse, sic ex p̄fesso eam, & singulas partes per tractare, ac si tota ppria foret. Sed hæc partē dūtaxat exequuti, cætera præstringimus vt eā melius intelligerem, ideo de significatione naturali multa scitu digna continēti pauca p̄posuimus: ea videlicet quæ nostrū scopū aliquatenus attingere & cōcernere visa sūt. Reliqua quæ hic me oideri scriptores admo



admodū tēporius effundunt, vtiliter succidimus, cū & altioris facultatis vidēretur, & acutiora ingenia postularēt. Qua etiā de causā haud operæ pretiū duximus huius diuisionis sufficiētā multis verbis obnixē tutari. Tāmersi se cūdo faciledici, possit hāc cōsuetudinariā significationē dubio pcul ad naturalē reduci, quatenus cōsuetudo pro altera natura haberi, solet.

**C O N T R A** definitionē signi ad placitū est argumētū, scripturæ sunt signa vocū, & voces cōceptionū, & tamen ipsas nō repræsentāt, ergo non sunt signa ad placitū, cū non sint instrumentalia. Maior autoritate Aristotelis patet, ea (inquit) quæ sunt in uoce signa sunt earū quæ sunt in anima passionū, & ea quæ in scripturis cōsistunt, notæ sunt eorū quæ in uoce. Minor pbat, quia nec vidēs scripturas in notitiā vocū scribētis trahitur, nec audiēs vocē in notitiā mētis proferētis, sed ambo in cognitionem rerū significatarū: li, lapis auditus solū lapidem repræsentat. Pro huius solutione notato, quod uoces repræsentāt nostras conceptiones. uoces enim quæ suimus ut eis mediātibus cogitationes nostræ, seu appetitiones alijs paterēt & scripturæ similiter sunt signa vocū, quia characteribus agimus quod uocibus ageremus, si non abessent quibus scribimus. Scribere enim quodā genus, & modus est loquutionis. Verūtamen Significare seu esse signū stat dupliciter: primo pro eo quod est exprimere, alio modo pro eo quod est trahere audientē in notitiā rei signatæ, memoriæ ipsius illā suggerēdo, & uterq; modus significādi est ppius instrumentorū cōsuetusq; & fieri, & nominari. Instrumentū enim significatiū est quo aliquid exprimim, & instrumentū pariter repræsentatiuum, quo alterū in cognitionē rerū adducimus. Ainus, uolo tibi mētem meā explicare, certiorē mearū cogitationū facere, nō celabo tibi intētionē meā, & quiescimus certe, ac laxam, affectū, cū a amico animū propalamus. quædā enim voluptas est, prode re passionē: ut quasi æstuatē intro ignē loquendo vel mitigemus, vel emittam. & utroq; modo definitio significādi instrumentaliter intelligitur. s. potētæ cognoscitiuæ aliquid repræsentare, vel solū exprimēdo, vel potētæ remouēdo. Priori sensu uoces sunt signa conceptionū, & vocū literæ: ut pote quas exprimunt in ipsarū cognitionē tamē saltē directē auditorē minime ducēdo. nā indirectē reflexione quædā nihil prohibet quin ego, per ea quæ audio affectū, vel intellectū mecū loquentis agnosca. Possunt, hanc distinctionē sumulistæ apposito exēplo intelligere, gubernator ut prorex, ptor & imago repræsentāt, regē, prorex quasi uices regis gerēs, eiūq; locū tenēs. Imago aut nō sic, sed

inspiciētēs se incognitionē regis ducēdo, quod gubernator minime facit. Haud enim quasi regis similitudo est, nec per eū in cognitionē regis, vel in notitiā uenimus. Ita scripturæ uices uocū exequūtur, & uoces cōceptū & sic eas repræsentāt exprimēdo quidē, nō suggerēdo. Vnde argumento cū minoris distinctione respōdetur.

**C O N T R A** definitionē significādi naturaliter arguitur, imago significat naturaliter, (ut saepe alitruimus) & tñ non ex se, sed ex beneplacito pictoris, ut pote quā si pictor nō depinxisset prorsus nihil significasset. Et cōfirmatur, quia sicut impositio libera uocibus significatiōne dedit, ita delineatio libera imagini ut significaret. circa hoc argumentum obseruādū est, quod natura imaginis est, ut ex lineamētis uaria dispositione colorū deductis pullulet similitudo, ex similitudine autē oriatur significatio. Itaq; esse imaginē habet efficiētē ab arte, at facta imago ex se, nō ex beneplacito repræsentat. nā fundamētū, seu materia significādi est nō artificis actio, sed similitudo, quæ imagini omni nō intrēleca, & naturalis inest. Exēplū huius est in fumo, qui ut existat frequēter ex humana industria, & libito pēdet: nisi lignū enim ab homine cōbureretur, nec eius humiditas modo calori cederet, nec in uapores ex halaret. at quod fumus productus significet, id profecto ex natura habet. Sed replicatur: etiā terminus quando iā cōstitutus ex se, & natura sua significat, tamen si ex arbitrio nostro pēdeat (quod ingenue fateor) ut terminus existat, ergo si illud sufficit, ut imago naturaliter repræsentet, haud est quare iudicādū sit, terminū nō naturaliter significare. Primo iā discrimē datū est quod signis naturalibus id unde eis immediate significatio cōuenit, & cōsurgit, est illis naturale, ut in imagine est similitudo, in fumo ipsū pducī ab igne at id unde uocibus significatio prouenit, est solū beneplacitū. Et ideo iure ad placitū repræsentare dicūtur. depræhēdes autē patētissime horū signorū differētā, quodcū imago, fumus, & uoces significēt, nō possumus homines, facere, ut sit imago, ac fumus, & nō significēt, poterimus autē facillime, ut hæ sint uoces, & nō repræsentēt. potest quoq; aliud subtili, discrimē adhiberi: nepe quod imagini significatiō naturalis est, & inseparabilis. At uoci, termino etiam postq; terminus creatus fuerit. non naturalis, sed penitus distincta atq; diuersa est, & ideo nō potest ex se uocē, repræsentare, dici: ut pote quæ nunquā in se significatiōne claudat, sed ex impositione. Atqui rationi omnino dissimili (si aduertimus) & penitus diuersa uox, & imago prodeūt, nam imago ut existat, à uolūtate habet, uerū quod existens significet, ex sua natura.



## Liber primus

ra. At vox naturaliter quidē vox est, sed significationem ex decreto nostri arbitrij sortitur. NATURA significandi quantū opus erat exposita, facilima cognitū termini definitio relinquatur. s. signū ad placitū cathēgoricæ propositionis constitutiū, nā quid signū ad placitum sibi velit, iā plane declarauimus: quod cum sit prima pars definitionis, per eā naturalia signa primo à ratione termini lōge semota videbis. Verū circa placitū voces constituens valde cōsiderādū est, quod et si termini ex institutione fiant, nō quæcumq; institutio, aut cuiuslibet sufficit, vocē terminum cōstituere, sed eius perfectio opus est, qui terminos imponēdi auctoritatē habeat. Quædā enim in iudicio est, atque potestas nomina rebus indere, quibꝯ appellentur. Primꝯ homo cuius epitheton est Adamus cōmunis humani generis protoplastus, qui primus nominū & inuentor, & impositor extitit (vt intelligas quā natiuum sit homini vocibus uti, nā vt cōditus fuit p̄tinꝯ, vocibus vsus est) totius reipublicæ, imo totius orbis caput & princeps erat, reipublica pariter eadē nūc potestate viget. Et sacerdos inter nos seu eiꝯ minister cū sacro baptisate infantē intingit nomē illi assignat quo deinceps nūcupetur, ac secernatur. Et quæ admodū ab reipublica nomina reuocantur, quæ negotia potiora prudētī cōsilio & oculata meditatione gerere solet. Itā in eccle erramꝯ vehemēter: si temere rebus nomina applicita fuisse, arbitramur: maxime inter idiomata regularia. s. Habreū, Caldaicū, Græcū, & Latinū. Vbi rerum & naturæ, & proprietatum ratio in impositione semper habita creditur. Præsertim in nominibus cōpositæ figuræ: ex qua sapiētīū solertia, atq; studio ethimologiæ nominum dimanāt, quarū curiosissimus scrutator Diuus nosset Isidorus suo tēpore viguit, quæ penitus nullæ forent si nulla ratione, sed mera cōfusione & casu nomina facta fuissent. Eadem quoq; via, & modo illas voces institutas iudicandum est, quæ primo ab aliquo illius idiomatis disertio ac erudito inuentæ, populi multitudini in cōmunem vsū oblata, ab ipsamet multitudine paulatim, & fluxu tēporis acceptæ fuerunt. Quinimo constitutis iā idiomatis ea sola est methodus voculas denuo imponendi, & veteres deponendi. Tēporis enim diuturnitate nō ex templo obsolecunt. Quæ nihilominus à repu. institutæ, & destitutæ iudicantur. Si vero inter aliquos particulares quod non raro in scholis contingit aliqua vox imponatur, diminutè, & secundū quid terminus censenda est. Nostra vero definitio cum determinis perfectis tradatur, de signo ad placitum au-

thēticè instituto intelligenda est. At hæc significationis terminorum doctrina haud sine cōtrouersia olim, sicut nūc à nobis, absque contradictione suscipiebatur. Quin potius erat quæstio celebris in vtramque partem à viris eruditissimis agitata. Plato existimabat naturaliter voces representare, cui plerique Grammaticorū subscribebāt, Inter quos. P. Nigidius multa argumenta effingit, vt doceat non impositione, sed quadam vi, & ratione naturæ nomina & verba gigni. Ex quibus hoc decerptum cum Aulo. Gellio his summularum cōmentarijs quoniam lepidū visum est interseruimus. Cum Vos (inquit) dicimus motu quodam oris conuenienti cum ipsius verbi demonstratione vtimur, & labias sensim primores emouemus, ac spiritum & animam porrò versum, & ad eos quibus cum sermocinamur, intendimus, At contra cū dicimus, Nos, nec perfuso, intet oꝯ; flatu vocis, nec proiectis labijs pronunciamus sed spiritum & labias quasi intra nos metiplos coercemus. Hoc idē fit & in eo quod dicimus tu, & ego, & tibi, & mihi. Nā sicuti cum adnuimus, & abnuimus, motus quidem ille vel capitis, vel oculorum à natura rei quam significat non abhorret; ita in his vocibus quasi gestus quidam, oris & spiritus naturalis est. Eadem quoque ratio est in græcis vocibus, quam esse in nostris, animaduertimus. At in oppositum est, quod si naturales termini forent, idē vtique apud omnes vbiq; gentium existerēt, quemadmodum reliqua signa naturalia omnibus esse communia mōstrauimus, aut si diuersi essent, fundamentum & causam naturalem hæc diuersitas haberet, sicuti nostra differentia colorum habet. Vt alij. s. nigri simus, alij albi, cum eandem naturam vniuersi participemus, quod ex diuerso cælorum climate, aut varia humorum mixtione, ac tēperie promanat. Ad idiomatum diuersitas nemo non videt, quā inuoluntatis arbitrio sita est decernenti, his vocibus uti, illas relinquere. Est nobis earum liber perfectusque delectus. videmus, idē idioma paucis annorum curriculis totum penē mutari, priscum abiolescere, vel adeo elegantia perpoliri, aut barbarie fœdari vt aliud denuo introductum videatur. Quid aliud nunc Itali plorant, quā romanum sermonē tempore Ciceronis integrum, ac elegātem, nunc defloratū viciatūq; Quid aliud excellentius Cicerꝯ Hortensius, Brutus, ac cæteri oratores clarissimi, (quibus illa ætate reipublica maiorem immo dum floruit) iactabant sese populo Romano contulisse, quā rusticum, & humilem progenitorum sermonem expolisse plurimum ac



venustissimū reddidisse. Itaque est euidētius quā vlla probatione indigeat, in his omnibus vsū, & consuetudinem omnino præualere, ac dominari. Nec terminos à natura existerent, nec differentiā eorū nisi in hominum beneplacito fundari, vel acceptū referri. Vnde Augustinus. li. 3. Musica. Nomina (inquit) vt cuiq; placuit imposita sunt, quorum vis auctoritate, ac cōsuetudine maxime nititur & lib. 83. quæst. In potestate (inquit, constituentis vocabulum est, quo volet quisq; appellet rem quā cognouerit. Et Hieronimus super Ezechiel. 16. nomina noua rebus nouis imponuntur. At rē adeo iam constantē non decet pluribus corroborando labefactare & dubiā reddere. Nigidij autem argutationē quia ingeniosa obseruatio, & curiosa animaduersio visa nobis fuit, inscripsimus, nō quod veritatis viribus non sit penitus deserta, & vacua. Terminus igitur est signum ad placitum.

**S V B N E T I T V R** categoricæ cōstituti uū. Nomine propositionis categoricæ, in p̄sentiarū propositio simplex, vel (quod idem est vna oratio indicatiui modi, intelligitur. Vnde sensus diffinitionis est, terminū esse aptum ad cōficiendā orationē simplicem, quod est finis proximus, & præcipuum ipsius officii. s. propositiones cōponere. Eō nāq; terminos quæsiuimus, vt propositiones, seu orationes perfectas cōflarem, quibus vel maxime mens nostra explicatur, quod in his omnibus principaliter intendimus. Vnde animalia sicuti ratione carent, ita terminos consequenter nō habent, quoniā ad illorum finem peruenire, non queunt, videlicet vt propositiones componant.

**¶ I N** cōtrariū arguitur supposito terminos iā inuentos esse (vt rei habet euentus) si fingamus, deinceps nullas propositiones fore superstitas, nihilominus essent termini: ergo de se nō ordinatur ad cōficiendā propositionē, nā si hunc in scopū tenderēt, eo ablato, profecto nō manerēt. In solutione huius obiectiōnis duo sunt apprimè cōsiderāda, primū easum esse impossibilē. Saltē naturaliter (vt illico dicemus, Homines scilicet nō esse vñquā loquuturos, aut propositionibus vsuros eum necesse sit, quiuis rationis cōpos statim suā ratiocinationē exprimere, velit, proprietate ita naturæ innata, vt paruuli, quibus vix adhuc lumen rationis splenduit, vel balbutiēter, verba formare conentur, cupiditate atq; conatu. quæ cū sint naturaliter insita, auferri quoquo pacto, vel inde euelli nō possunt. Se-

cundum est quod si licet fieri non queat, fieri fingamus, manerent termini prodescentq; vt imperfecte nobis inuicē saltem loquæremur. nā terminus primo simplicē rem significat, vt li animal naturā animalis & li, equus equi, & postmodū illā significādo, dū alteri voci vel vocibus copulatur, orationē contexit. Vnde etiā si hoc secundū amitterent, nepe vt nec orationē componerent, nec alijs vocibus cohæreret, seruiret adhuc, vt primū exequeremur rē simplicē. s. significando proferremus, genus quoddā mutilæ loquutionis. Quali nos in certis cænobij partibus si loquēdū est vt, iubemur, essentque prætereapfecti, & absoluti termini, quippe de se habiles atq; parati, vt orationes cōficerent, tametsi alias oratio esse, nō possit. Vnde rectē per hāc aptitudinē terminus diffinitur, quæ illi abesse, deesseue, nō potest. Ad argumētū igitur negatur sequella sicuti & hæc esset negāda si postquā constructæ sunt domus, ex tēplo vniuersi homines interirent, quorū causa vt incolatæ edificatur manerēt deserta, ac inhabitata, ergo nō est finis domus habitatio hominū. nā nō ideo vrbs gratia ciuū nō conditur quia si diruitur menia supersunt, quoniā etiā si supersint, vt superesse quidē debent, nisi pariter diruatur, propter ciues constructa fuerunt, qui occisunt. nā scire quisq; debet rē ab fine in fieri, nō in facto esse, p̄dere, vt si p̄pter te pictor sculpsit imaginē, causa certē vt pingeretur fuisti, & nisi viueres, forsam delineata nō esset. At picta hoc est iā effigiata etiā si vltimū diē excedas imago p̄manebit, cū ergo p̄positio finis terminorū sit, si iā terminis impositis p̄positiones defierint, nō p̄pterea termini cessabunt.

**TERMINVS** autē est duplex, alius vocalis, alius scriptus. Terminus vocalis est, vox si significatiua ad placitū ex qua simplex cōfinitur p̄positio. hic est diuisio termini. nā mos est philosophorū, postquā cōmune aliquid & vniuersale, diffiniunt, illico in partes si habet illas diuidere vt animal prius à philosopho diffinitur, mox in rationale, & irrationale subsecatur. Ita prorsus de termino actū est, vt diffinitus in hæc mēbradiuidatur, quæ morē deinceps p̄petuo seruabimus. Huius diffinitionis bonitas nō aliūde necesse est, p̄betur, quā qd̄ ei regula, & proprietate bonæ diffinitionis cōuenit. Regula autē est, vt per diffinitionē ab diffinito quæcumque illud nō fuerint, quātuncq; proxima seiungantur. vt hæc diffinitio hominis animal rationale, eō bona cognoscitur, quod per illas duas partes expressas ho-



## Liber primus

mo à quocumq; etiã animali similibus cer-  
nitur, ita nunc per hanc diffinitionẽ, vox sig-  
nificatiua cũ cæteris arcetur ab termino vo-  
cali, etiã scripti qui sunt ei omniũ rerũ propin-  
quissimi. Nã per li, vox, excluduntur primo  
scripturæ. Significatiua, vt voces abigas nõ si-  
gnificantes vt blitiri, nico seruus, arete, & si-  
miles. Ad placitum, propter repræsentam-  
tes naturaliter vt infirmorum gemitus. Po-  
strema dictio satis iam exposita est. per eã e-  
nim excluduntur ipsæmer propositiones qui-  
bus quodam modo priores particulæ cõue-  
niunt, est enim vox significatiua ad placitum  
at non ex qua simplex conficitur propositio.  
Diffinitio vero scripti hac vocalis exposita in-  
tellecta; nulla penitus difficultatẽ inuoluitur,  
vt pote à qua nisi prima indictione nec  
vngue tranuerso distat.

**C O N T R A** expositionẽ secundæ particulæ  
arguitur, nulla vox est nõ significatiua, nã sal-  
tẽ repræsentat prolatorẽ, ergo inepte signi-  
ficatiua, vt expellantur nõ significantes, poni-  
tur. Respõdetur, quod vocibus ea significatio  
peculiaris tribuitur qua mētis affectum seu  
cõceptũ exprimunt. Ad hoc enim uocibus ho-  
mines utimur, quocirca quæ aliquid horũ nõ  
exprimunt, existimantur absolute nõ significa-  
re, uti scilicet voces significare solent. Tamet  
si aliàs quouis modo, & ratione cõmuni sig-  
nificet, vnde blitiri & sui similes frequẽtes sa-  
tis inter dialecticos cõsentur in significatiui.  
Sed replicatur huiusmodi voces sunt termini  
ergo significatiuæ, probatur antecedens, ha-  
bent proprietates termini, & finẽ illorũ qui est  
orationes cõficere assequuntur ergo. Aduer-  
tendũ est omnẽ vocẽ humanã articulatã etiã  
nõ significantẽ aptã esse propositionẽ intrã-  
re. Quod voces aliorũ animalium nõ attingunt  
tum quod homines quorũ voces sunt faciunt  
orationes, alia animalia non faciunt, tũ quia  
est materia idonea eo quod vox existit, vt cõpo-  
sitionẽ intret, vbi nõ potest imago aut quod  
libet aliud signũ intrare. Itaque etiã si nõ sig-  
nificet, significantium finẽ in parte consequi-  
tur, sed nõ totaliter, Termini enim cõponunt  
significãdo, aliæ autem tantum materialiter  
intrãdo, ob id tamẽ nõ sequitur terminos es-  
se quoniã finem terminorũ attingunt nisi ho-  
mines angelos appelles quia ad eundẽ finem  
scilicet beatitudinẽ vtrique ordinãtur & tendunt.  
Plura alia exiguntur vt termini habeãtur nõ  
pe vt naturam termini sortirentur.

### Cap. secundum.

**T E R M I N V S** alius  
est vniuocus, alius æquiuocus  
Vniuocus est qui sua signifi-  
cata eadẽ ratione repræsen-  
tat, vt leo. Æquiuocus qui  
sua significata diuersis ratio-  
nibus repræsentat. Is rursus  
est duplex, alter æquiuocus  
absolutus alter æquiuocus a-  
nalogus. Æquiuocus absolu-  
tẽ est qui multa distinctis om-  
nino ratiõibus, disparatis que  
significat. Analogus qui non  
penitus diuersis sed similibus,  
vel proportionem habentibus  
sua significata repræsentat.

### Lectio prima.

**Q V A M Q V A M** superiori capite, ter-  
minũ in scriptum & vocalẽ secueri-  
mus, præsentibus et futuris tamẽ diuisioni-  
bus nec scriptũ seorsum, nec vocalẽ sed vtrũ  
que mixtim partimur, Nam & scriptus, sicuti  
vocalis vniuocus est, & æquiuocus, quod in  
subnectendis p̄tionibus deinceps supponatur  
De æquiuocis sermonẽ Aristotiles in ante p̄-  
dicamentis priusquã in logicã calamũ inue-  
heret, in ipso statim exordio ac vestibulo pe-  
regit, ea sanẽ ratione ductus quod cũ multa  
satis haberet in dialectica discutienda, operæ  
pretiũ merito iudicauit, & nos pariter iudica-  
re, debemus, in ipso illico introitu quæ nõ ad  
disciplinã spectant semouere, vt in rebus artẽ  
eõcernentibus omnis postmodũ sermo expẽ-  
datur, non in aliena erret. Est regula vero in  
omnibus disciplinis diligẽter obseruata, vt  
vniuoca æquiuocis extractis p̄petuò philoso-  
phi velut in suo munere versentur, æquiuoca  
enim ab omni sciẽtia & arte semper aliena  
sunt, vt in ante predicamentis patebit. Vnde  
ante omnia huius materiæ cognitio philoso-  
phiã agrediẽti assatim necessaria est, tametsi  
nõ exactam modo atq; p̄fectã. minime quidẽ gẽ-  
siũ cõsumata p̄ se obesset, si ingeniũ iã nostrũ  
capa-



capax esset, sed materiam adeo abstrusam, atq; reconditam noceret valde, si terministis nunc ex fundamentis referare voluissimus. vt pote ingenia acutiora, & magis disciplinis versata ob magnam sui subtilitatem exigentem. Igitur vniuocorum, & æquiuocorum naturam eatenus trademus, quatenus artis facultati & iuuenum capacitati prodesse, compererimus, altiora, atq; subtiliora in prædicatione reijcimus.

¶ **P R I M O** diffinitiones nostræ textui hæc insertæ (vt mihi plane videor) sunt intellectu faciles, dummodo iuuenes sciant quid est eadem vel diuersa ratione plura significare, quod manifestis exemplis multò melius potiusquã regulis cognoscent. *Li*, homo, significat quidẽ omnes homines, & omnes eadem ratione (ratione existiment eam nos hic appellare qua interroganti cur hoc est illud? aptè interrogati respondent: vt si quæras cur Plato est homo? respondetur, quia est animal rationale. Si cur Socrates? itidem quia est animal rationale, & sic de quibuscumque hominum quæsieris. Idem habet etiam *li*, equus, omnes singulares huius naturæ eadem ratione repræsentans, vt Fauellus est equus quoniam est animal hinnibile Brunellus quoque propter eadem causam equus nominatur. Igitur hi termini & omnes inuniuersum de quorum significatis quando interrogaueris cur talia existant, de cunctis eadem vera responderi, cõpereris. sunt vniuoci. Aequiuocus opposito modo rationibus pluribus sua significata importat, vt *li*, canis, significat latrabile, piscẽ, & fidus, & vnumquodque peculiari ratione. Piscis est canis quod est animal. Domesticus est canis, quia est animal latrabile. fidus est canis, quia est stella figurã canis terrestris, aut eius proprietatẽ habens, Quia in rabie vertit animantes. *li*, Petrus etiam significat hominẽ & psitacum, quibus tamen nullam rationem cõmunem secũdum istud nomẽ assignabis. Et ridere significat lætitiã hominis, & floriditatẽ prati (ambo enim vulgo ridere dicuntur) sed homo ridet, quia lætatur, & gaudet prati quia floret, & viret. & *li*, leo, significat ferã viuã, & eius effigiem. Verã quidem quia est animal rugibile, pictam autem nõ quod animal, quippe omnis sensationis ac vitæ expertus, sed quod simile sit viuẽti. Ecce quomodo diuersis rationibus illi terminis sua significata importet: priores vero eadẽ ideo illi censentur æquiuoci, hi autẽ vniuoci.

¶ **A D V E R S V S** tamẽ exẽplũ canis indutũ arguitur, latrabilis, & piscis sunt animalia & viuẽtia vnamque proinde rationẽ cõmunẽ ambo sortiuntur, ergo terminus illis est vniuocus aduertendũ est quod quemadmodum termini sunt significatẽs, & denominat res in esse significatas, ita termini vniuocant, & æquiuocant, res vero significatæ dicuntur æquiuocari, seu vniuocari, sic voces inter similitas vocatur æquiuocæ æquiuocãtes, vel vniuocæ vniuocãtes, res vero vniuocæ vniuocata. Quia ergo nomina in rebus vniuocatio nõ faciunt, nõ debemus rerũ significatarũ naturas absolutè inspicere vt quales sint termini, iudicemus, sed significationẽ potius ipsorũ terminorum per quã res diuersam nomẽclaturam sortiuntur. nõ contingit, vt res duæ ad vnũ nomen relatæ. sint absolutè vniuocæ, relatæ alteri æquiuocæ si enim vox quicũq; illis importet vniuocæ sunt, & vniuocus est terminus, si vero diuersa æquiuocantur: duabus rebus, vel pluribus aliqua sunt cõmunia, alia singularia vnde. oportet vnũ terminũ aliquid vniuersale multis referre. nomen ergo significans illis cõmunia quæque erit ipsis vniuocum, significans vero singularia æquiuocũ. V.g. animalia argumento adducta. s. piscis, & latrabilis, ambo quidẽ sunt animalia, sed non ambo aquabilia, vel terrestria: vnicuiq; proprium est alterum istorum, si ergo animal importans illis rationem generalem vniuocum erit. At si, canis, quia significat ea quibus inter se distant æquiuocus, Vnde ad argumentum negatur consequentia.

¶ **C O N T R A** distinctionẽ arguitur, plures sunt termini vniuoci, simul & æquiuoci, ergo falsò nos eos quasi duo mẽbra diuersa seiungimus, antecedens patet, quoniã si leo respectu viuẽtiũ est vniuocus vt pote quos eadẽ ratione refert. At si ad eos & eorũ cadauera referatur æquiuocus est. Eodẽ modo licet in alijs multis arguere. Pro horũ resolutione nota to, quod terminus æquiuocus habet multas significationes, nõ vnã, enim uero cũ ad placitũ & ex libera institutione significet, nihil prohibet quin eidẽ voci multæ significationes, accomodetur. vt de facto accomodantur, secundũ quas omnes sumptus est æquiuocus, si vero secundum vnã vniuocus, & quia nullus æquiuocorum est qui nõ habeat multas, nullus est illorum, qui vtroq; modo accipi, & considerari non possit. Itaq; omnis æquiuocus potest, vt vniuocus sumi sed non pro-



Propterea malè ad inuicè absolutè sumpti diuiduntur. Nā si absolutè æquiuocus capiatur non est vniuocus: nisi male disiūgi, dicas similia ab dissimilibus, propterea quod eadē res & similes in vno & dissimiles in alio reperiuntur. Ita de termino prorsus philosophādu m est, nempe quod respectu aliquarum rerū est vniuocus, relatus ad alias æquiuocus.

¶ **SED CONTRA** diffinitionem vniuocorum arguitur, istud coppulatū Petrus, & Plato est vniuocus, & tamē diuersis rationibus sua significata importat, ergo diffinitio est mala. Maior patet, quia partes sunt vniuocæ ergo totū. Minor probatur, repræsentat sub ratione Petri, & sub ratione Platonis quas rationes constat, esse differentes: cum proprietates vnius hominis nō sint alterius. Respōdetur quod licet sint duæ partiales, est vna integra totalis quod ad vniuocationem sufficit, æquiuocus vero repræsentat pluribus rationibus integris, & cōpletis non componentibus vnum secundum illud nomen.

¶ **CONTRA** eadē diffinitionē arguitur. li. Petrus vt terminus vniuocus & nomē propriū (nam quatenus plures Petros importat æquiuocus est) significat vnū tantū, ergo falso in diffinitione asseritur debere multa significare. Pro solutione huius obiectionis aduertito quod vniuoca dicuntur res vnius naturæ & vocis, æquiuoca, quæ solū in voce æquiparatur. Itaque in vniuocatione est cōueniētia omnimoda & in re significata. s. & in termino significante, in æquiuocatione vero diuersitas, & æqualitas. Qualitates nimirū omnes pluralitatē postulātes, ideo in diffinitione multitudinem significatorum exegimus. Quocirca terminus singularis proprie nō est vniuocus, tametsi æquiuocus proprie possit esse. Sed his nō obstantibus non adeo strictè philosophi huius tēporis loquuntur, sed singulares quoique secundū vnā significationem acceptos vniuocos censent, quia vnū indiuiduum vnica ratione importat. Itaque licet, in plurali numero dixerimus significata, respōdemus, minime opus fore, vt plura significet, constat enim, terminum rem singularem dumtaxat importantem eadē ratione significare, Vnde in diffinitione nomine significata vnū vel plura intelliguntur veluti in diffinitione significandi nomine aliquid, vnum vel aliqua interpretati sumus.

Lectio secunda.

**S**ubdiuiditur in textu æquiuocus, in absolute æquiuocum, & analogū: qui æquiuocationis naturā non cōpletè participat, sed mediū quodā est inter vniuocū, æquiuocumquē iacens. Etenim cum æquiuocatio in nominis vnitāte, & rationum diuersitate cōsistat, contingit nōnunquam, vt nec nomē quibusdam rebus simpliciter sit cōmune, nec ratio prorsus diuersa, tunc est analogia. Circa quod est considerandum, quod vniuocatio consummata exigit, vt nomē absolutè & prædicetur, & ratio significata vnius, vel multorū (vt diximus) eadē penitus existat, quod palā est hoc in termino homo. Ab hac perfectā nominis, & rationis identitate distat velut extremū alterum exacta æquiuocatio, quādo scilicet & nomen absolute cōmune est, & ratio omnino diuersa, vt li. canis. At quando terminus conuenit quidē multis, sed nō æqualiter, ita vt in nomine ipso aliquatenus, non consentiant, & disconueniant & in rerū ratione importatis non omnino dissentiant, tūc mediū istud est analogia, vt li. homo dictus de homine & de ipsius cadauere. Nam cadaueri vox, homo, nō simpliciter applicatur, nec homo nificū addito mortuus vocatur, nec natura cadaueris ab humanitate omnimodo differt, cū humanitatis partē essentialē includat s. corpus. Itaque & si rationes differant haud tantum quim assimilentur. Li. Nero etiam primo repræsentat imperatorē seuitiæ, & ferocitati deditū, de quo absolutè dicitur: secundario quoslibet feroces, ac crudeles: quod priori similes sunt Nerones nūcupamus, sed diminutè, Analogia ergo ab pfecta æquiuocatione deficit, primo quod nomē omnibus significatis pfectè in æquiuocatione cōuenit, in analogia nō in æquali gradu conuenit, sed primo significato pfectè, cæteris minus exactè, & plerūq; secundū quid: secūdo ratio, quæ diuersa omnino foret, opus erat, aliquatenus similis est. Verum harum duarum conditionū (quas hucusq; vti requisitas explicuimus) prima, vt. s. nomen non pfectè omnibus cōpetat, non est vsquequaque vniuersalis, nec vt vniuersalis sit, opus est, tametsi, (quod ingenuè fateor) tamquā generalis apparenter, & forte verè defendi, possit. At citra controuersia secunda est quæ analogiam cōstituit, per quamque dignoscitur. Nam quoad primā multa analogia reperies, quæ absolutè de suis significatis verificantur. Bonum enim, & ens analogicè de Deo, & creaturis dicuntur.



Deus enim est ens, & bonum, & eius pariter creaturæ, quas imperando esse fecit, & volendo facit. Ex his ergo duabus conditionibus prima quidē pene vniuersalis est, secūda sine exceptione in cūctis verificatur: cū qua hæc tertia pari forma currit, nepevt eorū quæ nomē analogum importat, vnum prius, aliud posterius significet: nam vbilibet analogia reperta fuerit, prius, & posterius desse nō possunt. Vt libonum prius significat creatorē, posterius creaturā. Sic Christus de bono interrogatus respōdit, quid me interrogas de bono, nemo bonus nisi solus deus (id esto) es Deus bonitate infinito interualo excedit, creaturæ vero posterius bonæ sunt, nā bonæ quæcūque fuerint necesse est, ob multas causas cōcedatur, quibus ad præsens suppressis saltē propter ipsius creatoris honorē, ne. s. optimus cū sit maiorū operū auctor habeatur. Quocircadiuisione significandi ad placitum hinc sibi dialectici exhauriunt, nempe quod analogus significat duo, aliud prius, aliud posterius. Has autē necessarias cōditiones exactē præsentī loco discutere, esset (mea scētētia) facultatis cācellos prætergredi, & vltra septa (quod aiūt) trāsire. Res per spicuas exponēdo obcuras face re. Multo clarius, & vtilius nūc iuuenibus doctrina exēplis pponetur, quānī sophismatibus depēdētia harū cōditionū et emanatione ad logicā vīq; prius dilatis. Analogia igitur improportionē quadā vel rerū significatarū similitudine cōsistit, proinde Analogus multa semper in æqualiter afferet: vnum, s. prius, aliud posterius, quod prius est principale significatū appellatur, quod posterius minus principale, vt li leo prius viuos, & feras, minus principaliter eorum effigies. Quibus factis necessario & loquutionis ambiguitas, & orationis obscuritas inter homines cōtinget. Enimvero hæsitabit quisq; iure pro quonā suorū signatorū analogus in oratione loce tur, de quo illorū (inquā) sermo habetur, cū p multis collocari: et. de multis haberi possit. Ad tollendā ergo huiusmodi amphibologiā solēt dialectici duas regulas statuere quibus intellectu perceptis ac memoria retentis facile discernas pro quonā signato analogus sumatur: quas protinus ediferam, si prius hoc argumentum diluero.

¶ Sed aduersus analogam significationem sequeretur, li, homo & similes ad viuos esse analogus, quod patenter falsum est, verū sequella probatur: significat hominem in cō

muni prius, singulares autem posterius, ergo si hæc conditio certissima est analogorū (vt asseruimus) videtur certē analogus. Circa hoc argumentum notato, quod non est idē significare vnum primario, & aliud secundo, & significare vnum prius, alterum posterius. li. homo quidem significat primo, & per se naturam (sicuti. c. de termino exposuimus). Socratem vero. Platonem, Caliam, ac reliquos indiuiduos secūdario, nullum tamē prius vel posterius. Nam significare posterius est repræsentare aliquid per similitudinē, vel proportionem quam habet cum priore signato. Vt floriditas dicitur risus posterius: quoniam pratū floridum & homo hilaris, atq; iocundus proportionē habet. At li homo nō significat Petrū quia est similis homini, vel quod proportionē cum illo gerat, sed quia verā hominis naturā adeptus est. Sic negatur sequella. ¶ Sed ex regulis prima est, talia sunt subiecta qualia præmittuntur ab eorum prædicatis, nisi alias impedimentum fuerit. Secunda, analogum per se sumtum stat pro famosiori signato. Pro quarū intelligentia supponendum est quod cum analogus possit, esse subiectū, vel prædicatum, prima loquitur de illo quando subiectum existit, & sensus est, analogum subiectum significat secūdū exigentiam prædicati, si principale mēbrum, est subiectum pariter stat pro illo, si vero prædicatum posterius eius signatum est, eodē sensu, analogum intelligetur. V. g. li. homo significat hominem viuum, pictum, & mortuum: verum tamen in hac, homo est animal rationale, solū loquitur de viuo, hic homo est mortuus tantum pro cadauere, at vero in hac iste homo graphicè pictus est, stat p effigie. Vnus met analogus pro tot indiuisis orationibus sine ambiguitate sumptus est, quia talia erāt prædicata. Ratio huius regulæ ea est, quod in multis (vt par est) subiecta dependēt ab prædicatis, illaque sequuntur: cōstat enim hic, homo est albus, sumi pro viris, hic, homo est alba, pro fœminis: ex diuersitate solū prædicati. Sed quia multum hæ partes distāt, maioris efficaciam, ac pōderis quælibet restrictio subiecto anteuerbū adiecta, quā prædicatum cesetur. Vnde hic, homo sensibilis est pictus, restrictio sensibilis restrictionē interimit prædicati, ac proinde impedit, ne talia subiecta sint, qualia prædicata. Quādo vero subiectū omni resti ac funiculo restrictionis imediatæ absolutū prædicato substernitur, eius exigentiam



## Liber primus.

tiam obseruat, maxime cum prædicatum est simplex, nam si est complexum constans ex ambobus significatis, vt hic homo est viuus piæctus, tamen si possit dici principaliorẽ partem sequi, certius tamen est, nullam certam regulam eius acceptionis esse, sed nec opus est regula, cum propositiones similes monstra plerumque propositionum sint, potius quàm propositiones, quas terministæ in summulis ad examinandas, vel (vt proprius loquar) fœdandas huius artis regulas fingunt. In quibus duo vel tria significata vnus analogi pro prædicato coniungunt, quo genere orationis in communi, ac serua consultatione nunquam vtimur. Vnde hæc regula, & alia quâ plurimæ indialectica nõ nullis subtilibus cauillationibus quasi tenebris caligineque offusæ, apud graues philosophos sua perspicuitate splendent, adeo sunt planæ, ac faciles. Secunda, Analogum per se sumptum stat pro famosiori significato. Per se sumitur quando non restringitur, vel ab prædicato si est subiectum, vel ab alia secum adiectione posita, Ratio namque æquitasq; postulat vt si prius & principalius terminus quid significat, pro eo existimetur semper stare, si alicũ de aliud non insinuetur, et ideo cum per se capitur, velut libertate sibi donatus de suo præstatori significato loquitur. At si quæras vnde hæc regulæ vel deducantur, vel deductæ stabiliantur, ex cõmuni modo concipiendi tantum colliguntur, vniuersi enim secundũ earum tenorem concipimus. Et illæ orationes allatæ palam hos sensus auribus exhibent.

¶ Sed contra hæc prædicta arguitur, libonũ & ens dicitur analogicè de Deo, & creaturis, & tamen competit illis vniuocorum definitio. scilicet quod eadem ratione sua significata refert. Nam si quæras, cur Deus est bonus, respondetur quia est amabilis. Idemque de creaturis. Si roges etiam cur Deus est ens, dicetur quia habet esse, eademque causa, si quæras cur homo, dabitur. Ergo vel non sunt hi termini analogi, vel analogia, & vniuocatio coincidunt. Respondemus, quod sicuti analogia medium est, (quem admodum expandimus.) Ita vtrumque extremum participat, & aliquid comercij cum ambobus habet, cũ vniuocis quidem quod eadem ratione sua significata representat, sed diminuta ac parũ eadem (proportionali. scilicet vel simili) non prorsus eadem, veluti homo qui perfecte eadem de cunctis hominibus verificatur. At quanto

ratio minus in analogis eadem est tanto est magis disparilis atque diuersa, in quo cũ equiuocis communicat. Atqui sunt gradus in hac disparitate, seu differentia rationis. Quandoque quidem analogus representat sua significata tam eadem ratione, & causa, vt prope modum foret omnimoda, vt liens de substantia, & accidenti. Plerumq; tamen tam minima est similitudo rationum vt magna inueniatur disparitas. His suppositis ad argumentum negatur minor. Creaturarum enim bonitas, et si ab opifice emanarit, in tantum exceditur, vt infinito interuallo distet. Itaque non eadem ratione de ambobus dicitur, sed simili: vel quod nunc idem reputamus proportionali.

¶ Contra ambas analogorũ regulas arguitur nulla datur de analogo prædicato: quid ergo iudicabimus cum prædicatum extiterit, vt frequenter euenit. Et confirmatur hæc propositio (si secũda regula vniuersaliter accipitur) esset falsa, prout ridet, quia per se sumitur, nisi dicas (quod hæctenus nemo dixit) subiectum restringere prædicatum. Germana huius obiectionis solutio est ingenua confessio. scilicet non vsquequaque ad iudicandum de analogis, has regulas sufficere. Haud ideo tamen non multum præstant. Nam primo in analogo subiecto faciunt, ne vlla sit cõfussio, deinde innuunt, quim et docet, minimo negotio adhibito quomodo acceptio prædicati noscatur. Nã facile est & præuium in hac, prout ridet, sumi prædicatum pro floriditate. Et ideo harum regularum patrocinio & communi modo concipiendi prædicati analogi suppositio vel acceptio dignoscenda relinquitur.

¶ Contra primam regulam arguitur, si generaliter vera foret, omnes hæc orationes concederetur, omnis homo est piæctus, omne ens est accidens, & similes: quæ tamẽ semper ab omnibus negantur, tamquam falsæ, vel solis auribus consultis apparentes. Verum sequela patet si talia sunt subiecta qualia prædicata. Sonaret enim, omnẽ hominẽ piæctũ esse piæctũ, omne ens accidens esse accidens, quo nihil est verius, Respondemus, quod cũ regulæ ex cõmuni modo loquendi dumtaxat ex hauriantur nefas est, tantum eas extendere, vt generali vsui loquendi dissonent. Sed potius eis terminis circumscribatur oportet, quibus clausæ omnium conceptioni quadræt. Hæc autem insertæ propositiones palam falsitatis conuincunt.



conuincuntur, propterea regularum intelligentiã in hunc modũ colligo. Nempè vt prima regula generalis sit. talia esse. v. subiecta qualia prædicata, quando subiectum non distribuitur. Quando vero vniuersalitate modificatur, si prædicatum membrum præstantius est, subiectum stat pro illo etiam cū distributione, analogia entis, & suarũ proprietatum excepta, in quibus est exceptio & singularis causa exceptionis, vt omnis homo est animal, omnis leo currit, omne resibile est homo, omnes sunt veræ quales non forent, si subiecta pro alijs quàm veris & viuis supponerent. Et ratio huius ea (nifallor) est quòd significatum nobilius iure id sibi vendicat, vt analogus etiã distributus pro se solum capitur. At excipimus ens, quia distributum prioribus, & posterioribus significatis mos est philosophis, sumere, vt in his omne ens est substantia, omne esse est infinitum. Procunctis subiectum accipitur licet prædicatum pars sit præcipua proindeq; negatur. Causam huius redent suis discipulis methaphisici, quorũ est, ista exactè dilucidare, nobis sufficit, huius doctrinæ veritatem cõmuni sensu inficientiũ semper similes orationes pbare. s. omne ens est Deus, omne ens est substantia, quantum cumque excellentior ac suprema pars signata prædicetur. Cũ tamè in alijs analogis sine vlla cūctatione concedant, omnis homo est viuēs, omnis leo est rugibilis, omnis angelus est spiritus. Igitur integra, & sana est regulæ interpretatio, nempè quòd analogũ distributum stat profamosiori significato, si prædicatum est illud excepto ente, & suis proprietatibus. Quando autè prædicatũ est ignobilius, si subiectum generaliter capitur, nõ stat pro illo, nec potest, cum generalitate sumtũ pro se illud coarctare. Quod verũ sine vlla prorsus exceptione entis vel similium reperies. Vt hic omnis homo est pictus, omne ens est accidens. Sed quid dicemus de hac cõmuniter admissa? omnes Reges Hispaniæ sunt sculpti in arce Segobiensi: videtur enim, doctrinã nostrã infringere, vt pote quæ de subiecto distributo & prædicato ignobiliori substrato cõceditur. Sed minime obstat, vt pote cuius sensus est, omniũ Regum verorum Hispaniæ speciem illic esse depictã: ita vt si effigies vnius ex omnibus sculta nõ esset propositio nõ admitteretur. Quod est euidēs argumētũ, nõ stare subiectũ distributũ pro pictis. Nãque si stare, quãtũcumque pauci deliniant forent,

propositio esset vera. Igitur dubio procul capitur pro veris, & sententia est, Reges omnes quotquot viui fuere, illic esse depictos. Quibus suppositis ad argumētũ respõdetur, defficere quidè regulã cū prædicatũ minus principale est, & analogũ subiectum distribuitur. ¶ **C O N T R A** diffinitionẽ analogiæ est argumentũ, li Angelus est analogus substantijs abstractis, & eorũ imagini: dicimus enim iste Angelus ingeniose effigiatus est, & tamen nulla est similitudo, vel proportio. Nam si vlla foret maxime in figura (quia in natura nulla prorsus, nec apparenter) sed illi non habent figuram, cū expertes corporis existant: ergo. Respondeto, quòd secundum rem nulla est proportio, sed quia nos spiritualia nõ nisi per materialia intelligimus: per ea quæ de corporalibus cognoscimus, illa etiam explicamus. Spiritus autem illi sunt incorruptibiles, fortes, pulcherrimi, veloces, & agiles. Sic rudibus qui spiritualia secundũ se scriptari, nõ queũt, ea per hanc effigiem intelligenda proponimus, iuuenis decorus, alatus, & alacer. Ingestus lætitia, gloria, in iuuentute, incorruptibilitas in specie, pulchritudo, in pennis velocitas exprimuntur. Vnde ad formam argumētũ minorem distinguo, nulla est proportio secundum rem concedito, secundum nostrũ modum intelligendi negato.

¶ **D E** partibus analogiæ, (quæ sunt eius species) multa hic doctores tradunt intellectu, ac explicatu difficilima: & ad summularũ regulas, & instituta capiẽda vix quid (quod ego viderim) vtilitatis cõferẽtia. Et ideo cū analogorũ materia necessario in ante prædicamētis sit nobis rursus obiatura, aptius (meo arbitrato) illic hæc omnia expãdentur igitur terministarũ ingenio consulentes obscurissima quæque quantum possumus, resecamus.

### Caput Tertium.

T E X T V S.

**T E R M I N O R V M**  
vniuo corũ alius est cathegorematicus, & alius sine cathegorematicus. Cathegorematicus est qui per se aliquid significat vt Socrates. Sin cathegorematicus vero qui &

c consigni-



cōsignificatiuus appellatur, si  
gnificat aliquo modo vt omnis.

Lectio vnica.

**N**ON iam terminus in genere præfenti, & deinceps futuris diuisionibus sub partitur, quemadmodum hucusque actum esse, videmus, sed dūtaxat vniuocus. Nam ideo vel maximè in exordio illico sermonè æquiuocorū fecimus, vt illos sumulistæ cognoscerēt & cognitos vbi forte impegerint, intactos abire sinant, vel (vt aiunt) distinguant. Philosophi namque vniuocorū semper definitiones tradunt: & ea cōtinuo tractant. Terminus itaque vniuocus in cathegorematicum, & sin cathegorematicum diuiditur. Vocabula vt pleraque alia ex græcis mutuata latinis. Que si secundū ethimologiā significationē interpretæris idē quod prædicatiuus & coprædicatiuus æquipollent, id est, cathegorematicus potest in oratione subiectū esse vel prædicatū, sincathegrematicus vero solus minime, sed in aliorū, id est, cathegorematicorū comitatu positus, & vt societas quā postulat, exprimitur, cōprædicatiuus inter prætatur. illa enim dictio, con, in omniū cōpositione coniunctionē & aggregationē dicit. Sed ethimologia relicta aptius & perspicacius per significationē diffiniuntur. Cathegorematicus est aliquid significans, vt leo, Sincathegorematicus qui aliquo modo, vt li omnis. Aliquid in prima definitione ponitur ad eundem sensum, quo signū vniuersaliter sumptū superius descripsimus, vt aliqua etiā includat. Vno enim nomine cōgruè breuitatis causa (quæ summa in definitionibus requisita est) ambo explicantur. At quid sit aliquid significare, vel aliqua, nemo est, qui vel nullo docete non iam profectet. Sed quid aliquo modo significare id expositione indiget. quod proinde solet, ab sumulistis quæri: & pluribus explicari multum obscuris, & quæ difficulter intellecta vix adhuc satisfaciūt. Propterea puto clarius & verius responsum fore si rem exemplis cognitis, & tractatis potius quàm multis regulis & signis expandamus. Video, in grāmatica simplici expositione benegramaticos quid sit aduerbium nosse, s. aduerbium est quod additū nomini, vel verbo, vel participio significationem eius auget, vel mutat, vel minuit, vt valde amat, non amat, minus amar, satis doctus.

Cur non ad eundem pariter modum nos in sumulis naturam sincathegorematicorum explicabimus? Præsertim cum vt plurimum dictiones sint aduerbiales, & indeclinabiles, igitur significare aliquo modo est quod cū per se terminus aliquid non indicet, alteri tamen adiunctus facit, vt is cui copulatur sic vel aliter sumatur, & legens, vel audiens aliter eundem intelligat: ita vt quasi significationem augeat, (vt dixerunt) vel mutet, copulatus, (inquam) alteri vel termino, vel orationi. v.g. li homo currit, dicit absolute hominē currere: si vero adiungatur subiecto li omnis, significabit iam non vnum, vel alterum, sed omnē hominē cursum exercere. Et hæc oratio, leo dormit, asserit, leonē somno esse sopitū, si vero inferas. Nō, oppositū sensum faciet. Ecce quomodo cū per se non significet quid, cathegorematicorū sensū, & acceptionē moderatur. Vnde si phris in algorismo aptè cōparari, solēt: vt pote quæ solitaria nullū pretiū sortiūtur, & alijs adiectæ eorū augēt, & pretiū.

¶ **S**E D aduersus hæc omnia nō desunt multa argumēta, primo verbū substantiuū, imo omnia adiectiua sunt vniuoca, & nullo horū mēbrorū contēta. Nā sincathegoremata nō sunt, quippe quæ principales partes orationis existūt: cathegoremata vero nō vidētur, quoniā (vt testati sumus) idē cathegorema est, quod prædicatū: verbū vero nec prædicatū, nec subiectū, sed copula est, igitur mala est diuisio. Secūdo obliqui nominis, vt leonis, leoni secūdū expositionē significādi aliquo modo apparet sincathegoremata: per se enim regulariter in oratione collocari, nō possūt, sed sēper alijs dictionibus adiuncti, & cohæretes, quarū significationē modificāt. quod sonat, eos aliquo modo dūtaxat significare, sed cū idē nomē cū recto cēlatur (vt reuera idē est per varios casus ductū) intelligibile vtique nō est, si rectus cathegorema existit, quo pacto sincathegoremata sint obliqui. Ad primū respōdetur, quod verba sæpe sunt prædicata, imo adiectiua sēper, (vt in secūdo libro patebit) At etiā si nūquā id facerēt, cathegoremata nihilominus forēt, quoniā (vt dixi) nō secundum ethimologiam in præfentiarum, diffiniuntur. Itaque non tam ad munus, quod in oratione exercent, quàm ad significationē mētis oculi coniiciendi sunt. Verba autē integrè, & perfectè aliquid significant, vt li, amo amorem, & lectio lectionem, & sum, existentiā, vitamque. Secūdum simili arte diluitur, primo aliquādo obliquis



qui subiectū existunt, præcipuè cū verbis impersonalibus, deinde temper significat aliquid idē scilicet ipsi ū quod rectus, ac per cōsequēs semper cum illo eiusdem naturæ censentur.

¶ **ADVERSVS** diffinitionē termini sine cathogorematici arguitur. si sapienter, & si iuste significant aliquid, cum is qui audit aliquid intelligit. s. sapientiam, & iustitiam, & tamen sunt sine cathogorematici, ergo mala est diffinitio. Secundo si cras, perfecte significat aliquid. s. diem hesternum: & tamen est sine cathogorema, quandoquidem aduerbium apud grammaticos existit.

¶ **PRIMUM** ut diluamus, aduertendum est, quod significare sine cathogorematica stat dupliciter, vno modo quod ex parte obiecti aliquid ei correspondeat distinctum ab ipso termino (sicut in exemplis argumētationis) huic velociter velocitas aliquatenus respondet, & huic sapienter sapientia. Alij sunt quibus nihil ab dictione ipsa diuersum respondet in re, vt si non, & si &, Attamen natura omnium sine cathogorematicorum non insignificatu, sed in modo significandi sita est, nā cū ipsi sint bipartiti, quibusdā importantibus aliquid, quibusdā nihil: natura in eo consistet quod eis generale reperitur. Ethic est modus significandi, significat enim aliquo modo, id est diminutē, imperfectē, mutilatim, vt si, sapienter, importat quidē sapientiam sed diminutē, & si velociter velocitatē, sed hæc dictio exactē, illa in cōplete, & ideo significat aliquo modo. Ad secundū dicito quod est cathogorema, quia absolute crastinūdiē repræsentat, nec est tā aduerbiū quā nomē potius indeclinabile. Et si aduerbiū apud grāmaticos iudicatur, nō ideo est sine cathogorema: quia quemadmodū multa illorum nomina declinabilia, vt si omnis, & nullus sine cathogoremata sunt, ita è conuerso nonnulla aduerbia cathogoremata sunt.

¶ **CONTRA** eandē diffinitionē arguitur, si, omnis significat aliquo modo, & si nō, & reliqui ergo aliquo modo est significatū illorū, ac per cōsequēs semper significabūt aliquid, licet imperfectē. Illa cōsequētia tenet ab actiua ad passiua. Respondemus, quod ab actiua ad passiua nō valet, nisi quādo vis verbi transit in accusatiuū, non quādo solū aduerbium est modus vt amat iuste, ergo iuste est amatū, quia nō fertur verbū in aduerbiū. & sic cōtingit in præsentī, quoniā cū dicimus, significat aliquo modo, vis verbi significat, nō trāsit in aduerbium, ita vt aliquo modo sit significatum.

## Cap. Quartum.

TEXTVS.

**TERMINORVM** cathogorematicorum alius cōmunis & alius singularis. Cōmunis est, qui plura diuisim significat, vt leo. Singularis, qui vnum tantū vt Socrates. Quod est triplex, aliud proprium, vt Petrus, aliud determinatum, vt hic homo, aliud vagū, vt aliquis homo. Rursus ab principio cathogorematicus partim est collectiuus, & partim diuisiuus. Collectiuus est qui multa copulatim repræsentat: vt Mexico, diuisiuus vero qui vnum, vel plura diuisim repræsentat vt equus.

### Lectio Vnica.

**HACTENVS** de terminis secundū eorū significationem, & modū significandi loquuti, deinceps iam secundum re significatā loquemur! & ideo hic cathogorematicus dumtaxat diuiditur, qui aliquid, vel plura importat. Has autem definitiones ipsa ethimologia definitorum penè declarat. Nam cōmune id censetur, quod pluribus accommodatur, singulare quod vni tantū inseruit. Vnde vtriusque definitio perspicua sequitur, id solūmodo expositione indiget, quid scilicet diuisim significare, appellemus. Est autē sic multa repræsentare, vt vnūquodque etiā seorsum repræsentet. Nepe vt vnū illorū significet, & aliud significet, qđ eo signo patenter atq; lucidè dignoscitur, si de vnoquoque illorū verificetur: vt si homo homines omnes pfecto, & vnumquemque significat. De quocumque enim ostenso verè, & aptè dicitur, iste est ho-



## Libert primus

mo. Amplius id ex aliorum comparatione intelligitur, si Plato putant nonnulli, plura per accidens saltem significare, partes videlicet Platouis, corpus, & animam. Et tamē non significat illas diuisim, quia non significat animam, nec significat corpus. de neutra enim expressa verificatur. Et si Roma nommodo mānia arte, ingenio, & ordine disposita, sed verius, & formalius ciues ratione, & legibus congregatos significat. qui cum plures non esse, non possint: vt ciuitas conficiatur: plures iam significabit, & tamen de singulis (vt constat) non potest, dici, iste est Roma. vnde non significat eos diuisim. Igitur significare diuisim est, vnum quodque suorum signatorum sigillatim repræsentare, ac præferre, at si Petrus solum repræsentat vnum, vt pote nomen proprium. At vero si multis generale foret, propriū esse, desineret. Quocirca nemo iam non videbit, quā in præsentī loco de vniuocis sermonem habeamus, cum æquiuocē si Petrus de multis verificetur.

¶ **SINGVLARE** subpartitur in tria, sed nomen proprium propriissimē est singulare, reliqua suo gradu, & ordine deficiunt, & ad cōmunes declinant. Determinatum est terminus cōmunis cum signo demonstratiuo: vt hic equus (cum signū tamen sit exactissimæ restrictionis) qualia si hic, & is, & iste videntur. Nā si ille, non ita multum terminū coarctat, ac constringit, & ideo singulare vagum (meo arbitratu) facit. Etenim vagus est cōmunis cum signo particulari modificatus, vt quidam leo, ille philosophus. Porphirius in prædicabilibus aliud singulare his adiecit, quod ex suppositione nuncupauit. V. g. (vt eius exemplo vtamur) sophroniscus genuit solū Socrate: vnde si sophronisci filius erit ex hac suppositione terminus singularis, qui alias (nisi id præadmittas) cōmunis est, cum plures procreare, posset. At is modus loquendi est philosophicus, & nimis magistralis. Summulistæ vero qui termini significationem rimantur, singularem eum terminum appellare, nō debēt: qui nullam determinationem, sed generalitatem potius præferunt. Præterea multi termini hæctenus ab omnibus cōmunes iudicati singulares à fortiori censerentur, vt si, Deus, si Sol. Cū non solum ex suppositione vnus solus sit Deus, verum ex necessitate ab absoluta vnus dumtaxat esse possit.

¶ **CONTRA** diuisionē arguitur, si homines est cathegorematicus, & tamē nec com-

munis, nec singularis. nā si quis horū foret maximē cōmunis, at significare diuisim, ei neutiquā cōpetit, qui vnū tantū referre, nō potest. Ergo aut diuisio est insufficiens, aut expositio nulla. Solet, huic argumēto responderi, & recte quod terminus pluralis per singularem iudicatur, cū idē sit nomen per varios casus, & diuersos numeros deducitū, derivatūq;. Quod si nō habuerit, (vt sæpe contingit) fingatur. Quē admodū grāmaticus verborū accentū docet, eū. i. & sillabarū numerum ex secunda persona actiue vocis, etiā in deponētibus agnoscendum, & indagandū. Vnde si, homines est cōmunis, & plura diuisim significās secundū rectū singularem, qui est reliquorum mensura. Secundo nos respondemus, quod per se etiā plura diuisim significat. nam quādo diximus, debere vnū quodque, importare, non intelligitur vnū numero, sed vnumquodq; suppositorum, modo si homines de singulis binarijs hominum optime verificabitur, binarius vero ad minus est illi suppositum. Sed tunc est replica quod esset collectiuus, ad quā nos tamen illico respondebimus.

¶ **SECUNDO** si Deus, & si, sol, & mundus, & orbis, nec sunt singulares, & multo minus, cōmunes, cū minimē plura importat. Dicit eos esse cōmunes, quia certē quātū ex parte sua est, multa significant. Etenim voces imponuntur, ad significandū res, secundū quod à nobis intelliguntur, nos vero & si vnus sit solus Deus in cælo, & in terra, multos intelligere, & nominare, consueuimus. Vnde apostolus dicit, scimus quia nihil est idolū in mūdo, & quod nullus est Deus nisi vnus, nā etsi sint qui dicantur dii, siue in cælo, siue in terra (si quidē sunt dii multi, & domini multi) nobis tamen vnus est Deus pater ex quo omnia, & nos in illo, & vnus dominus Iesus Christus. Præsertim quod cum antiqui decepti multos colebant, quasi erunt vocē, qua omnes deos exprimerent. Et de alio sole, & alio orbe querimus, an sint possibiles: in quo euidenter deprehēdimus, multa hos terminos significare, ac præcōsequens esse cōmunes. Si Phæbus vero est singularis huius nostri, Solis nomē (vt poëta comminiscuntur) proprium.

¶ **SED** peculiariter dubitatur, qualis nā sit si, omni homo: respōdetur, esse cōmunē, quia si solus homo vnus hodie in orbe existeret, is esset omni homo, & si cras isto mortuo alio idē vnus resurgeret oīs esset, idque vniuocē. Sed replicatur, hic nō diuiditur nisi cathegore-



rematicus, iste vero insertus argumento est mistus, & ex utroque compositus: ergo neutrum membrorum huius diuisionis est. Dicemus, quod totus est cathegorematicus, quia denominatio, & natura à principali parte desumitur neque; fas foret, ut si omnis naturam alterius auferret, aut diminueret. De complexis nihilominus alijs, quæ solent hinc in disputationem adduci, quorum vna pars sit communis, & altera singularis, & similibus combinationibus nullam regulam in presentiarum statuere possumus, quæ à summulitis queat, comprehendere, cum complexorum non modo acceptionem multiplicem hucusque, sed nec naturam pate fecerimus. Et ideo si quis sophistarum argutias rescindere, velit, facile id utique, & commode faciet, si dixerit, nunc nos de simplicibus dictionibus definitiones tradere, de complexis postmodum usque ad nauseam tractaturos. Nec obstat, quod de si omnis homo diximus, qui in presenti ut simplex iudicari, solet: ut pote ex vno solo cathegoremate constans & eum secundum partem principalem iudicamus.

¶ **INTER** communes terminos pauci solent, quasi obeliscis obniam suam generalitatem insigniri, qui transcendentis ideo nuncupantur, numero sex, his duabus dictionibus denotati, reu. b. ens, vnum, res. aliquid verum, & bonum. Nam nihil est in orbe, de quo omnes non verificentur. Alij etiam adhuc amplioris significationis sunt, qui supra transcendentis nominantur: ut si, intelligibile, imaginabile, & similes, qui & de existentibus omnibus, & de non existentibus pluribus dicuntur.

¶ **TERMINVS** rursus à principio in collectiuum, & diuisiuum secatur, quæ nec cum præcedenti diuisione, nec cum altero eius membrorum coincidit. Nam ex communibus multi sunt collectiui, & multi diuisiui, ut si populus, collegium, conuentus, prioris classis sunt. At si equus, cælum, ignis secundæ. Igitur horum terminorum naturam facile quisque dignoscet, si in rem significatam oculos coniecerit, Nam collectiuus necessario exigit, plura significet. Quoniam nulla collectio, aut aggregatio est, nisi adsit multitudo, cuius multitudinis quotiescumque nullum est id, quod terminus primo significat collectiuus est, quod nullo negotio colliges, si videre, velis utrum de illo dicatur, necne? ut si populus vniuersos ciues significat quorum nemo profecto seorsum ciuitas existit, cum de illorum nemine

nomine populus verificetur. Hoc ergo est copulatum representare, videlicet quod in societate quadam, & coniunctione plura significetur. ¶ **TERMINVS** diuisiuus per oppositum omnino sensum vnum, vel multa representat. Contra hæc autem arguitur, omnis terminus communis est diuisiuus, nam significat plura, quorum vnum quodque est id, quod representat. Enimvero id est diuisiuum significare, ut antea exposuimus. Ergo in hac diuisione non ingreditur communis. Sed nec singularis, quoniam collectiuus est, qui multa importat: singularis autem tantum vnum secum affert. Ergo nullus singularis in hac partitione clauditur. Facile primo argumento respondetur, quod omnis terminus communis diuisiuus est, ut qui plura diuisiuum importat. Sed non propterea nullus eorum est collectiuus, cum utriusque diuersis rationibus esse, possit. sunt diuisiui, in quantum plura significant, de quorum quolibet verificatur. Et collectiui quatenus vnum quodque representant, ex multis constans, & consurgens, nam vnum solum numero suppositum collectione constare potest, ut populus importat singulos populos diuisiuum, & vnum quæque, collectiuè, terminus quoque singularis est collectiuus ut si Roma.

## Cap. Quintum.

### TEXTVS.

**TERMINVS** item cathegorematicus alius est absolutus, & alius connotatiuus. Absolutus est significans aliquid per modum per se statum, ut si equus. Connotatiuus qui aliquid representat per modum alteri adiacentis, ut si iustus. Et hi nonnumquam connotant positiuè, ut si, album, quandoque priuatiue, ut si cæcus.

### Lectio Vnica.



## Liber primus

**H**AEC connotatiuorum materia est quidem summulistis apprimè necessaria, sed multis ambiguitatibus implexa, à neotericis tradita. Cum tamen quanto utilior est, tãto maior, si opus foret, labor impendendus erat, ut clarius traderetur. Nos itaque alieno periculo experti ut eorũ anfractus effugiamus, si alicubi ingenio, & breuitate vti sumus, hinc maximè præstabimus plura relectantes, & eadem taxat, quæ ad rem certò pertinent, tradentes. In his autem definitionibus nihil nouitatis, aut obscuritatis est, de qua vltima dictione, quæ proinde sola nunc à nobis exaranda est. Quid, scilicet sit per modum per se stantis, vel alteri adiacentis significare, & quid exemplis aptius materia hæc, quam regulis aperitur. Homo, aer, & aqua existunt per se, albedo vero, nigredo, & figura adiacent alteri. Si significare per modum stantis est, sic res exprimere, quasi per se existat, ut capra, & lignum. Per modum alteri adiacentis terminus representat, qui quasi alteri conueniens quicquam exprimit, ut li album. Significat enim albedinè tamquam inhaerentem alteri. Quod (ut clarius percipias) hæc duo nomina iustum, & iustitia confer, Constat namque, ambo pariter iustitiam exprimere, sed li, iustitia, significat hanc virtutem absolute, quasi per se stantem, li iustus eandem, sed inhaerentem. Ex quo inferitur, quod nomen connotatiuum sortitur duplex significatum, alterum est id, quod adiacet, alterum, id cui adiacere, denotatur. Ut li, album, primo significat albedinè adhaerentem homini, secundo ipsum hominè. Vtrumque vero completum, & integrum signatum est. Quod quidem ipsum nomen præferret, nã connotare dicit multa, scilicet significare vnum insinuando aliud, ut li fortis expressè, & patenter dicit fortitudinem, & insinuat etiam eum, qui est fortis. Quod nimirum sensibilibus eius significationem exprimentes deprehendimus, quia quasi sit quidam significet, non possumus ambo, non exprimere, id vero quod palam nomen significat, formale significatum appellatur, id vero cui haerere connotat, materiale.

¶ **I**N cõtrarium multipliciter arguitur. Primo li bonitas, & virtus, & similes voces significant qualitates, quæ per se stare, nõ possunt, ambæ enim reperiuntur in spiritibus. Ut potè earum qualitatum capaces, & tamen non sunt connotatiui, sed absoluti. Et e conuerso li rationale significat substantiam, animam, scilicet per se existentem ut pote immortalem, & ta-

men non est absolutus, sed connotatiuus substantiæ.

¶ **S**ECUNDO terminus connotatiuus sortitur duplex significatum, ergo est æquiuocus: & per consequens non est categoriematicus, & confirmatur quia vnum ipsorum significat prius, & alterum posterius. Vbi quæ autem est prius, & posterius est analogia, ergo talis est analogus. Pro solutione prioris obiectio nis est aduertendum, quod aliter, & multipliciter solent hi termini per neotericos definiti. Nonnulli sic, absolutus est qui significat per modum substantiæ: connotatiuus qui per modum accidentis. Quæ definitiones re ipsa nostris æquipollent. At nostræ eò meliores sunt quo clariore, & magis perspicuæ. Nam modus substantiæ est, per se stare, siue existere, modus accidentis alteri adiacere. Vnde opus est sic definitibus, per nostras suas descriptiones exponat. quoniã interrogati quis est modus substantiæ? & quis accidentis? nostris verbis respondere, coguntur. Præterea descriptiones præfatæ, ut rem significatam scrutentur, obligant omnino summulistas, cum modum substantiæ, & accidentis definitionibus inserunt, qui proinde illis scrutandus est, & (meo iudicio) id tantum non licet, quantum non expedit, ut potè arduum, onerosum & multum difficile. Præterea & si natura termini ex re signata dependeat, completius tamen ex modo significandi, & ideo conducibilis eorum naturam per significationem, quam sua perpendere, interest, nostris regulis explicabimus, quam per rem significatam. Nec nostra ita scire, refert, quæ, qualisue res importata existat, sed qualiter importetur. Vnde non tam rem significatam, quam modum significandi debemus, aduertere. Et quia accidens potest significari per modum per se stantis, & substantia per modum alteri adiacentis, solus modus diligenter inspiciendus est, rei autem natura pro hoc tempore relinquenda. Sic argumeto satis multum dicitur radix autem huius si quis scire, cupiat, natura est nostri intellectus potentis accidens absque subiecto absolute apprehendere, licet ipsum per se stare, non possit, sed semper alteri innixum, & e contra animam per se viuentem velut in altero existentem, & quia voces significant res, non prout in se sunt, sed quatenus intelliguntur, potest accidens absolute, & substantia connotatiue significari.

¶ **A**D secundum principale respondetur, quod



quod æquiuocus significat multa non facien-  
tia vnum, sed vnum quod que seorsum est to-  
tale distincta significatione expressum & im-  
portatū. Cōnotatiuus vero vnū: quod habet  
materiale, & formale, repræsentat, vti Hispa-  
lis significat multos ciues, neminem quidem  
sigillatim, sed cunctos quatenus integrant vr-  
bem. Ad replicam negatur regula, quod vbi-  
cumque fuerit prius, & posterius sit analogia  
si prius, & posterius referuntur ad terminum  
quasi vnum, nō quasi duo. vt cibus, & animal  
sunt duo significata huius termini, sanum: sed  
corpus & albedo vnum huius album. Præter  
quā quod in hac materia nō est prioritas, &  
posterioritas, sed principalis, & minus prin-  
cipale, res longe diuersa, vt alias videbimus.  
Et in hoc etiā est quæstio grauis, vtrum: isto-  
rum principalis per connotatiuum signifi-  
cetur, cum in vtramque partem sint & aucto-  
res graues, & rationes efficaces. At discepta-  
tio hæc nimium profecto ante tēpus hic ven-  
tillatur, cum opportunū locum, ac proprium  
in ante prædicamentis sortiatur: ad quē etiā  
ij, qui eā hic sunt discutiunt, post multa dicta  
se referunt. Vnde illhucvsque merito de-  
ponemus. Interea formale significatum sum-  
mulistæ principalis semper arbitrentur.

¶ R V R S V S contra easdē definitiones ar-  
gutatur, terminus cōnotatiuus, & adiectiuus  
idē æqui pollere, videntur, cū ex nominibus  
ipsis, tum etiā ex definitionibus. Nā sicut nos  
cōnotatiuum diffinimus, quod significet ali-  
quid per modum alteri adiacentis, dicunt il-  
li, adiectiuum esse, quod significat per modū  
accidentis, quod re ipsa, (vt. f. falsi sumus) idē  
est. At hi termini magister, pater, dominus  
non sunt adiectiuus sed substantiuus. Ergo, vel  
isti sunt absoluti, vel definitio connotatiuo-  
rum non est bona.

¶ S E C V N D O si cæcus, & mortuus sunt  
cōnotatiui, & tamen nō significant per modū  
alteri adiacentis, sed potius non adiacentis,  
nam significant per modum non habentis.  
Etenim cæcus significat quod iste non habeat  
visum, mortuum, quod cadaver careat vita,  
vnde potius dicunt, has qualitates non adia-  
cere, quā in hæere, ergo truncata est, & in-  
sufficiens definitio.

¶ P R O solutione prioris argumenti nota-  
to, quod adiectiuum dicitur, & est ab adiacē-  
tia, eo quod cōiungi, vel adiacere, potest sub-  
stantiuo. Nā grammatici quorū interest solū  
modo cohærentiam vocum meditari, nomē

substantiuum appellant quod per se in ora-  
tione existere aptum est, adiectiuum quod  
postulat semper, cū altero coniungi. Dialecti-  
ci verò in hoc opusculo intuetur, quomodo  
terminus significet. Vnde cōnotatiuus hic nō  
denotat substantiuo adiacere, sed intra suæ  
significationis ambitum denotat formale  
significatum inherere materiali. Ita diuer-  
sa multum est adiectiuus, & connotatiui con-  
sideratio. Et licet definitiones videantur ger-  
manæ, sensus definitionum plurimum di-  
stant. nām per modum accidentis in definitio-  
ne adiectiuus refertur ab substantiuo, id est,  
quod adiaceat substantiuo, sed in descriptio-  
ne cōnotatiui ad materiale suum significatū.  
Et multa sunt nomina substantiua connota-  
tiua, quippe quæ, licet in oratione per se stare,  
possint, significat tamen aliquid per modū al-  
teri adiacentis. Sed hic apprimè cōsiderato,  
(tamen si vt cūque sit inuolutū) quod nō est  
idem concretum, & connotatiuum, licet idē  
appareat, æquipollere. Siquidem multa sunt  
nomina concreta, quæ, & absoluta. Vt li ho-  
mo, li animal, & similia. Sed huius causam æ  
discrimē in ante prædicamentis reddemus.  
¶ P R O P T E R secundū addunt nonnulli  
definitioni, vel nō adiacētis. Sed meo arbitra-  
tu id minime requiritur. nā definitio, quantū  
veritas, & iufficiencia permittunt, cōpendio-  
sa, & breuis esse, debet, qd vt obseruaremus,  
particulā illā rescidimus. Quoniā illi termini  
re vera significant per modū alteri adiacētis,  
vnus quidē carentiā visus, alter vitæ. Sed has  
negationes quasi ad hærentes, & vt conueniē-  
tes alteri. Dicitur enim cadaver mortuū: quo-  
niā non habet vitam: hoc tamen habet, quod  
non habet vitam. Nec minus profecto li cæ-  
cus significat, hunc hominem habere cæcita-  
tem, quā li albus albedinem, licet in re sit dif-  
ferentia, quod cæcitas in oculo nihil est, albe-  
do in corpore è contrario aliquid est.  
¶ S O L E N T hæc statui duæ regulæ, qui-  
bus terminus absolutus, & cōnotatiuus dig-  
noscat, in quarum expositione, & defensio-  
ne multum operis, & laboris impenditur, cū  
& falsitatis, & insufficientiæ illicò sint cōuin-  
cendæ, quas ideo missas consultò fecimus, ne  
verba diffundere, & tempus terere, affectas-  
se, videremur. Præsertim cum his definitioni-  
bus, & argumentorum solutionibus facilimè  
quisque eos nullo negotio discernet.  
¶ S V B N E C T I T V R demum connota-  
tiuorum partitio, in connotantem positiuè,



## Libri primus

& priuatiuè, quæ mistim in præcedentibus factis enucleata est, atque exposita.

### Cap. Sextum.

TEXTVS.

**TERMINORVM**  
cathegorematicorū alius est primæ intentionis, & alius secundæ intétionis. Terminus primæ intentionis est terminus significans aliquid secundum id, quod habet in re, vt li homo. Terminus vero secundæ intentionis significat aliquid secundum id, quod habet per intellectum vt nomē, oratio.

### Lectio vnica.

**H**AEC secundarum intentionum materia est sanè multum subtilis, & magno opere necessaria (vt in prædicabilibus, & prædicamentis patebit, quo loco exactè nobis, & adamulsim expendenda est). Sed libuit in præsentiarum, quia non nihil expedit harum rerum subtilium, & de summis (quod aiunt) apicibus crassa etiam Minerua notitiam aliquā tirōibus tradere. Quod paucis ego expedire conabor, hinc cōmodè principio auspicato. Cum termini sint humanitus adinuenti, vt res, & rerum modos, atque proprietates explicaremus, necessum est, vt secundum rerum pluralitatem, & diuersitatem termini quoque differant, & multiplicētur. AEqua enim & paria (vt par est) debēt esse signa signatis. Quando quidem mutuo sibi respondent. Inter ea vero quæ de rebus dicuntur, quædam eis de se conueniunt, alia minime conuenirent, nisi intellectus, & ratio circa illas quid negociaretur. Quæ doctrina exemplis notissimis erituestigio comperta. Statuamus hic Petrum, qui est homo, & animal, & rationale, & quantus, & albus: quorum ni-

hil ei largitus est intellectus, Quippe etia ei naturaliter conuenientia, At præter hæc habet quod hoc nomine Petrus significatus est, quod neutiquam haberet, nisi intellectus illū significaret, & terminum, ad significandum, imponeret. Huius generis, & cōditionis sunt plurimæ proprietates, quas .s. ratio in rebus facit, & factas attribuit, vt species, & genera, & sillogismus, & argumentatio, & oratio. Voces quidem de se sunt sonus (hæc namque natura vocum est.) At quod significant & in modum orationis disponantur, negociū est intellectus. Itaque in duplici differētia sunt, quæ de rebus prædicamus, quædam naturalia illis, & realiter adiacentia. Quædam per intellectum dumtaxat in rebus adinuenta, atque applicata. Et cum ad rerum diuisionē termini pariter diuidantur, necessum est, vt alteri illorū prioris generis proprietates importēt. alteri posterioris, Vnde qui significauerit aliquid rei realiter conueniens, primæ intentionis erit. Qui autem id quod secundū ordinem ad rationem, secundæ intentionis existimabitur, vt li, homo animal, quantitas, qualitas, & actio exprimunt ea, quæ à natura vel arte rebus conueniunt. Sed li sillogismus, & demonstratio significant ea quæ intellectus in rebus, vel in vocib9 facit. Et hinc ratio istorum nominum .s. primæ intétionis, & secundæ intentionis colligitur. nimirum quod ea quæ realiter competunt, primæ intentionis sunt, & primario in sunt. Prima intentio enim est naturæ vt pote primum operans, quæ vero per nostram intétionem creatur secundæ intentionis aptè appellantur, quia secundario, & vltimo adueniunt.

¶ **SOLENT** nonnulli, terminum secundæ intentionis hoc pacto diffinire, vt significet semper aliquam proprietatem, vel Græmaticæ, vel Logicæ, vel rhetoricæ, ob id quod hæc disciplinæ, atq; artes de rationis operibus tractent. At hæc propositio est quidem vera sententia, sed mala definitio potius diuisionis formam præferens. cum hæc secundarum materia intentionum sit adeo abstrusa, & metaphisicalis, nullam prorsus difficultatem hic agitare, volumus: ne in obscuritatis pelagus summulistas immergeremus. sed qui rem exactè discussam desiderauerit. opusculum nostrorum argumētorum euoluat, vbi materiam omnibus suis numeris quātum ad summulistas pertinet (si non fallor) absolui-



## Cap. 7. de Complexis.

TEXTVS.

**TERMINORVM**  
tandem cathegorematico-  
rum quidam sunt complexi  
vt homo albus, alij incomple-  
xi vt leo. Complexi sunt quo-  
rum partes per se aliquid si-  
gnificant. Incomplexi quorū  
partes ibi non sunt significati-  
uæ, interquos nomina etiam  
continentur, quæ grammati-  
ci figuræ compositæ vocant.

Lectio.

**N**ULLA erat necessitas, seorum de ter-  
minis complexis disputationem inire,  
cum nihil aliud complexus sit, quàm duo, vel  
tres termini simplices, de quibus satis hucus-  
que tractauimus, quod cuius libet intellectui  
ita erat præuium, vt nulla speciali doctrina  
opus foret. Ecquis enim non callet duos, vel  
plures terminos simplices cōglutinatos vnū  
esse compositum. At propter simplices po-  
tius terminos, qui compositi partium multi-  
tudine apparent, necesse est, de vtrisque ser-  
monem texere. Igitur complexus est termi-  
nus cuius partes ibi sunt significatiuæ: vt ho-  
mo albus, vbi li homo, & albus aliquid signifi-  
cant. At li dominus penitus est simplex, ta-  
met si li do, & minus extradictionem disiun-  
ctim prolata quicquam repræsentent: verū  
intra nihil prorsus, quod facile cernes, si eo-  
rum significationes expendas. quoniam cum  
li do significet donationem, & minus parui-  
tatem, si illic suas significationes retinerent,  
significaret dominus, donare parum: quo à  
propria significatione nihil est distantius, &  
ita partes istæ nullam rem significant, quini-  
mo si logicè loquimur, haud est necessum,  
hac distinctione vti: scilicet, quod partes in-  
tra terminum non significant, seorsum signifi-  
cant. Nam cum dialectici non de sillabis, sed

de dictionibus significantibus agant, quales  
illæ non existunt, non censentur li do, & li mi-  
nus quæ faciunt dominus, eadem dictiones,  
cum do verbum & minus aduerbium. & si  
apud nos eadem voces non sunt, possumus,  
& debemus, absolutè dicere, partes illas nec  
intra, nec extra significare, At li homo albus  
absolutissimus complexus est, vt pote cuius  
partes sine controuersia aliquid repræsen-  
tant. Terminus autem incomplexus est cu-  
ius partes non significant, quod in multis pa-  
lam est naturam simplicium, & apparentiam  
habentibus, sed in multis obicuum: qui cum  
re simplices existant, apparent compositi. hi  
sunt, quos figuræ compositæ vocat, vt li equi-  
ferus, res publica, terranoua, noua hispania.

Quæ nomina intres classes grāmatici leant,  
in composita. s. ex duabus integris vt respub.  
& ex duabus fractis vt armiger, aut promi-  
sue ex fracta, & integramanente: vt equife-  
rus. Sed ista distinctio ad nos qui non sillabas  
metimur, nequaquam spectat, pertinet tamē  
de cunctis firmiter stabilire, neutras siue lace-  
ras, mutilasue, siue integras significare. Quod  
multis argumentis ostenditur. Primo nullus  
terminus complexus est nomen, sed duo no-  
mina, non vnadictio, sed duplex apud gram-  
maticos. Nomen autem compositæ figuræ  
& apud nos, & illos vnū omnino iudicatur,  
nec enim in ratione nominis, minus vnū  
est respública, quàm homo, quod vnū esse  
constat. Igitur non sunt partes in figura com-  
posita significantes. Secundo nomen compo-  
sitæ figuræ, & simplicis in natura nominum  
non differunt, nisi toto accidenti. Igitur tam  
simplex natura est incompositis, ac in simpli-  
cibus, esse enim complexum, & incomplexū,  
vel habere partes significantes, & carere illis,  
ad rationem nominis, non ad qualitatem spe-  
ctat. Vnde longe diuersa continent hæ di-  
stinctiones, nominis. s. penes figuras, & termi-  
ni, penes incomplexum, & complexum. 3.  
Nomē compositæ figuræ apud dialecticos  
exactissimè nomen est, ergo caret partibus,  
quia (vt mox visuri sumus) ad rationem no-  
minis partium simplicitas exigitur. 4. vt sit  
nomen compositæ figuræ, indifferense est, par-  
tes in sua integritate maneant, an mutile-  
tur, dumtaxat requiritur, ex duabus dictioni-  
bus aliàs significantibus originem ducant.  
Tam compositæ figuræ est cuius partes sunt  
truncæ. ac si integræ mansissent. At quando



## Liber primus

sunt fractæ nullo modo significant, ergo nec cum integræ, quandoquidem tam de per accidens est integras manere. Vnde cum par iudicium de omnibus esse debeat, & vtraque sint æque figuræ compositæ, infertur neutras habere partes significantias: cum pleraque tã manifeste illis careant, vt nec habere, videantur. Ac proinde (nisi specie nos falli sinimus) idem dicturi sumus, & de his quæ videntur, habere. 5. Significatio horum nominum frequenter est diuersa ab significationibus partium, & tamen quando partes significant, iuxta earum significationem est repræsentatio totius. Nam ex illis totum non modo in voce, verum etiam in significatione confurgit. Modo si respublica nomen vrbis non repræsentat agrum, nec cælum, quæ partes tamen seorsum important, vt pote res maximè publicas. Et si equiferus non significat equum, fæuû, ac ferocem, sed siluestrem in siluis, pacuisq; de gentem. Cum cicures quoque plerumq; ferociant. Verum est, quid germanitas habere totius significationem cum partibus. Nam non temerè ex quibuslibet dictionibus nomen constandum est, sed ex his quæ aliquatenus id exprimere, solent, quod tunc ea voce compacta exprimere, decernimus. Vt si respublica quidem de se res manifestas refert, ciuitas autè satis sane & perspecta, & conspicua res est, vt merito respublica appellari, debuerit. Sed hoc nõ probat partes vnde originè trahit, significare, cû & in simplicibus nominibus imponendis frequenter contingat, ab aliqua ratione, seu proprietate nomè institui: quas nullatenus significat. Fœmina enim vocatur virago, quia de viro sumta est, & saxû appellatur lapis, quòd lædat pedè, & uir nuncupatur homo, quia ex humo formatus est. Et tamè lapis nõ exprimit quidquid offendit pedes: cû ad multa alia sæpe allidatur. Nec homo quodlibet ex tellure cõpagnatû, (quid enim ex terra quæ omniû mater iure censetur, nõ nascitur?) Nec virago, quodcumq; ex viro desumptum. Ex quo manifestissimè apparet, quam verè. S. Thomas dixerit, aliud longe diuersum esse, vnde nomen imponitur nonnumquam, aliud ad quod exprimendum substituitur. Hæc autem origo ex dictionibus alias significantibus in compositæ figuræ nominibus probat quidem bene discriminè, quod ingeniosè Aristot. inter cõposita, & simplicia animaduertit. In hoc

(inquit) nomine equiferus, nihil per se ipsum equus significat, sicut in hac oratione significat, equus est serus: verum non vt in simplicibus nominibus, & in compositis est. In illis enim nullo pacto pars est significatiua: in cõpositis vero videtur quidem, nihil tamen separata significat. Multa hanc controuersiam diremi, quæ paucis sufficièter absolui, posset, propter iuuenes, qui dum grammaticæ vacarent, iunbiberunt nomen huius figuræ, partes significantes habere. Nam hismet verbis illam diffiniunt, vbi pro certo significare credunt, quod vt dediscant. & ex animo hanc opinionem euellant, operæpretium iudicavi tam multis, efficacibusque rationibus monstrare, quàm sola specie (vt Aristoteles innuit) decepti fuerint, qui hac forma figurâ compositâ descripserunt.

¶ **C O N T R A** diffinitionem termini complexi arguitur, sequeretur, propositionè esse terminum cum eius partes significant, quæ tamen toto cælo ab ratione termini distat. Respondeto, semper in his diffinitionibus terminorum terminum ipsum suppressum (qui omnibus tamen communis est) debere, hoc pacto subintelligi. Complexus est terminus cuius partes. Et diffinitio hæc integra nõ competit propositioni, vt pote quæ non est terminus. At ex quo vna pars diffinitionis alteri ab diffinito competat, non arguitur defectus diffinitio, cum tota, vt sit mala, conuenire, debeat. At replicatur, si pars vltima conuenit, quæ est differentia, necesse est, tota de illo verificetur, quodcumque enim rationale existit, ipsum est homo. Si ergo differentia huius diffinitionis. I. habere partes significantias, propositioni cõuenit, erit terminus. Respondetur hoc intelligi in diffinitionibus perfectis, & absolutis, hæc autem non est admodum exacta, sed quædam descriptio, & ideo necesse est, tota competat, non vna pars.

¶ **S E C V N D V M** si omnis homo est terminus cõplexus, & tamen vna pars non significat aliquid, sed aliquam liter, nec est significans, sed consignificans, ergo. Maior est nota, quia non est incomplexus, haud enim est vnus terminus, sed duo, non simplex dictio, sed composita, ergo est complexus. Respondetur, sufficere ad complexionem, vel ambo esse categoremata, vel saltem alterum. Et significare aliquid, vel esse significatiuam hîc ad eundem prope modum accipitur, quo significationem



tionem in communi definimus. s. significare est, potentia cognoscitiua aliquid repræsentare, & terminus est vox significatiua ad placitum, vbi sine thegoremata proculdubio clauduntur.

¶ **CONTRA** eandem definitionem arguitur, si gladius, & ensis est terminus non complexus, & tamen habet partes significatiuas. Vnaquæq; enim pars per se intus, & foris est terminus, ergo partes significant. Idem argumentum est de istis vocibus, Marcus Tullius Cicero, quæ cum plures sint, & significantes sunt incomplexus terminus. Idem pariter de nomine, & cognomine hominū vt Didacus de Segura, vnam rem enim, simplicem videlicet personam explanant, & tamen partes significant. Pro solutione horum considerato, dupliciter contingere, idem duos terminos significare. s. eodem modo, vel diuerso. si album, & albedo significant eundem colorē, at differenter, album connotatiuē, albedo absolute. si homo, & animal rationale significant idem, sed diuersimode, si homo consule, animal rationale distincte. Termini significantes vel diuersa, vel idem diuerso modo, sine hæsitatione faciunt coniuncti terminum complexum. Sed significantes idem: & eodem modo sunt in duplici differentia, alteri sunt penitus iisdem voce, & significatione, vt vna dictio causa emphasis repetita, vel etiam sine causa vt Deus, Deus, homo, homo. Et talis combinatio non est complexio termini, sed potius repetitio, & idem terminus iteratus. Termini vero qui cum vocis articulis differant significant idem, & eodem modo, vocantur sinonimi, & per dicta verba definiuntur. Nam sinonimitas postulat significationis identitatem & vocis differentiam, vt vestis, & vestimentum, infirmitas & morbus, mors & interitus. Omnes hi vocum binarij cum differant prolatione, referunt penitus idem: saltem secundum usum. De his queritur, an: quilibet binarius sit terminus complexus, & pars affirmatiua probatur, quia sunt duo termini, non sicut eadem dictio iterata. Igitur est complexus. Sed (mea sententia) ambo simul capti sunt terminus incomplexus. Nam complexio penes significationē peniatur, significatio penes rem significatam & modum. Vnde cum significant idem, & eodem modo: nō potest, veriusque significatio non esse eadem, & vna & per consequens, non sunt terminus complexus. Complexa enim representatio, & com-

posita exigitur, simplex nullatenus sufficit. Vnde negamus, sufficere duos terminos esse, nisi significatione differant. Et sic respondemus ad argumentum de sinonimis. Ad aliud de nomine & cognomine, vt Thomas de Aquino, Iohannes de Segura, quæstio est an: sint ambo vnus complexus, sed (me iudice) est incomplexus. Primo quia significant idem, & eodem modo: eandem scilicet personam. Secundo non sunt duo nomina, sed vnum completum. Cuius signum est, quod cognomen certè per se, non proprie de indiuiduo prædicatur, non enim dicimus, ostenso Rege, is est Austria, sed Philippus de Austria. Itaque non additur cognomen nomini proprio quasi nouum nomen: sed (vt ipsum nomen præse fert) quasi nomē cum alio, velut scilicet complementum nominis. Nam habet nomen inter multa esse rei distinctiuum, & non distinguitur, nec dignoscitur exactè, nisi per nomen cum cognomine. Ideo quasi vnū simplex, ac integrum vtrumque sine dubio reputandum est.

¶ **SIL** berla imponatur ad significandū, quod significat corpus habens nigredinem, erit, complexū: & tamen nullæ partes eius reperiuntur, ergo alicui competet definitū, & nō definitio. Ad hoc notato, quod (vt crebro nunc docuimus) termini complexio non penes vocem, sed penes significationem peniatur. In qua si partes habet, etiam si vna dūtaxat dictio existat, aut simplex sillaba, censetur complexū, sicut è diuerso concessimus, quantumcumq; voces coaceruarentur, si omnium eadem significatio erat, non fieri ex cunctis, vltra quàm incomplexum. Vnde ad casum argumenti, dato esse complexum & ad rationem communi heic omnium dialecticorū distinctione satisfacito. Aiunt enim & doctè, dupliciter stare partes significantes, habere, formaliter. s. & virtualiter formaliter complexus, quando & significatione, & voce euidenter partes conspiciuntur: vt Coruscus: musicus virtualiter, quando tantūmodo significatione. Nam significatio est virtus vocis, & virtus plerumque est latitans, non manifesta. Quolibet autem modorum sat est partes habeat, vt sit terminus complexus.

¶ **QUARTO** ad idem arguitur de facto, album est complexum, quippe referens idem, quod corpus habens albedinē, & tamen nullæ partes inueniuntur: ergo. Negatur certè, album significare idem reuera, quod tres illæ  
particu



articulæ, etenim corpus & habens multa referunt, quæ non refert album. Corpus quidē flava simplicia. Habens possidentes, vterquē demum res innumerabiles. Verum est quidē id, quod album significat, esse corpus habens albedinem: verum hoc non significatur per terminum, quod implerisque alijs sæpissimè contingit. Li Alfonso significat personam sapientem, potentem, decorum, ipsum vero nomen nihil horum, nec sapientem, aut sapientiam, nec potentem, aut potētiam significat. Nec opus est vlllo pacto, quidquid est, quod significatur: nomen exprimat vnum, aliàs frustra plura de vno prædicarentur. Igitur albū significat albedinem in concreto, significatione (vt patet) incomplexa tametsi connotatiua. Sed replicatur est album, ergo corpus habens albedinem. Et è conuerso, ergo significant idem, sed negatur hæc consequentia, nō enim si bene sequitur iam antecedens, & cōsequens, idem significat. Infertur enim recte ridet, ergo est risibilis, & tamen tam aliud significat antecedens ac consequens: quàm diuersum est, ridere, & esse risibilem. Sed replicatur illa duo æquipollent album. s. & corpus cum albedine, ergo significant idem. At dialectici dicunt bifariam esse æquipollentiā, aliam in consequendo, aliam in significādo, in significando æquipollent sinonimi, in consequendo quorum significata sunt idem, etsi diuersis nominibus exprimantur, & ita termini nostri argumenti æquipollent in consequendo, non in significādo. Facile solent nō nulli huic argumento satisfacere fatentes illa nomina significare idem sed non eodem modo, vt discrimen sit in modo significādi, non in re significata. Et quidem de significatione totali non aspersionem.

¶ **C O N T R A** definitionem termini incomplexi. In nominibus compositæ figuræ partes semper retinent significationem, absurdè enim iudicatur, res desinere, esse terminum: ob id quod cum adiectiuo publica coagmentatur ac copulatur. Respondeto partes nec retinere significationes, nec amittere, quoniam eam nunquam habuerunt. Nam etsi videantur, esse, haud tamē sunt eadem voces, quibus applicata est significatio. Enimvero non quomodo libet vocibus prolatis eā homines indiderunt, sed quando velut integrū per se nomen profertentur. Nonnulli admittunt significare, sed non ibi. Alij hoc argumēto conuicti. s. quod eam non perdiderūt,

respondent, significare ibi, sed non prout ibi sunt, & alias mille distinctiones ignoranter commiscunt. Cum reuera illæ partes nunquam fuerint significatiuæ.

¶ **S O L E N T** aliqui hic de terminis pertinentibus, & impertinentibus, de omni specie contrarietatis tractare Doctrina prouestiores auditores efflagitante, & ideo impertinēter (meo iudicio) & satis intempestiue discutitur, aptius, & cōmodius in tertium librum hæc nobis tradentur.

## LIBER II. DE E- nuntiatione.

### Cap. I. De nomine.

TEXTVS.

¶ **N O M E N** EST vox significatiua ad placitū, sine tēpore: cuius nulla pars separata aliquid significat finita, & recta. Vox ponitur ad excludenda alia signa nō voces. Significatiua ad differentiam vocis non significatiuæ. Ad placitum ponitur ad differentiam vocis naturaliter significantis sine tempore, vt excludatur verbum, quod cū illo significat. Cuius nulla pars separata aliquid significat, ad differentiam orationis: cuius partes sunt significatiuæ, Finita, vt abigamus nomen in finitum: quod secundum logicum non est nomē, sed cū additione diminuēte.



f. nomen infinitum, vt non homo, non equus. Recta, ad differentiam obliquorum: vt Catonis, Catoni: qui secundum logicum nō sunt nomē, sed casus nominis. Vnde solus rectus censetur nomen.

## Lectio. I.

**T**ERMINORVM notitia, (quantum fas iudicauimus) præsupposita: superest (nisi cunctatio placet) ad enuntiationis naturam enucleandam, accedamus. Nam cum argumentationis vim, & compositionem ostendere, properemus: necessum est, eius partes prædilectas. Etenim argumentatio est quædam artificiosa intellectus structura, primo ex propositionibus cōtexta: quæ ex terminis cōpactæ sunt mox propositiones exterminis compositæ. Terminorū ergo definitionibus, ac regulis velut fundamentis iactis: composito gradu in propositionis tractatum pergemus. Propositio, autem, seu (quod idem est.) enuntiatio. (Vtrumque enim nomen indifferenter apud summulistas idem enunciat.) cum nonnihil differant, (vt quinto libro videbimus) est subiectum huius libri: sicuti terminus præcedentis. Sed id statim nostrum progressum oppugnat: cui de nomine, & verbo sermonem interserimus. partes sanè propositionis: si enuntiatio ex terminis componitur, de quibus tam fusc hucusque præfatum sumus. ipsa enuntiatio futura erat huius libri principium: postquam est obiectum: quando quidem eius partes, ac mēbra iam nobis præcedenti opere constant. Ratio huius ordinis tamen est, quod in absoluto dudum libro agitur absolute de terminis, naturam eorum, quatenus simplices dictiones quædam existunt perpēdendo: vbi nomina, & verba promiscue continentur. At hinc cum iam ad propositionem nobis peruentum sit: quasi partes ipsas ædificio applicamus. illic dolauimus, atque læuigauimus: hinc sculpimus quasi formam materiæ inducentes. In cuius applicatione non pauca se nobis differenda offerūt hactenus rationabiliter tacita. Nam primum non æquè ex omnibus terminis enun-

ciatio constat, constat opere præteritum fore ad uertere: quæ nam principales, ac primariæ sint. f. nomina, & verba, & protinus in quo differat, assignare. Secundo Respondemus (& sententia est eadem) in superioribus de significatione actum esse, hic de significationis officio, et usu, quæ nomen, & verbum in propositione præstant. Nam verbum significat cōpositionem, quam sine extremis non est intelligere, in qua compositione nomina coniunguntur, & verbum copulat. Igitur merito de mine, & verbo tractatur.

¶ **P E T R V S** Hispanus philosophorū more nomen (quod est vox) diffiniturus ab Iono, ac voce exorsus est. Dicens: vox est quid quid auditu propriè, & per se percipitur, & vox est sonus ab ore animalis, & naturalibus instrumentis formatus. Verumtamen cū palam sit: nos heic dumtaxat de humana voce loqui, quæ cunctis nota est, frustra vexabimur, peregrinam scilicet materiā expēdēdo. Sic plerumque iam ab eius doctrina hoc capitulum doctores merito rescindūt, & in parua phisicalia reponunt. Quod & Aristotiles præienti loco fecit videns id altioris esse facultatis. Igitur nomē est vox significatiua ad placitū. Tres partes priores definitionis eadē expositiones sortiuntur: quas terminorū capite multis verbis patefecimus. Quarta est sine tēpore, in qua differt ab verbo: quod grāmatici satis euidenter noscunt: & mox exactius nos quid nam sit, ostendemus. Nunc philosophum imitando sat erit, abunde exēplis vti. Qui dixit valetudo quidem nomen est, valet autem verbum: valet tēpora & modos habet: nomen solummodo casus. Valetudo in columitatem importat, ab omni tēpore absolutam, valet autem prout quis de præsentī nūc incolumis, ea fruitur. Itaque nomen significat sine tēpore: cuius nulla pars. per se est significatiua, separata. Nomen debet, esse dictio simplex, & vox vnica & terminus incomplexus, vt pote prima propositionis pars: qualis non poterit esse, si cōponitur. Nam quamlibet minima dictionum compositio redit orationem. Ergo vt nomen nō sit oratio, quod valdè requiritur: nullæ sint partes nominis necessum est. Finita ponitur ad semouenda nomina infinita. Hæc infinitorum, & finitorum materia noua nouitijs videnda est: vt pote cuius nec nomina hactenus audierunt. Finitum nomen dicitur: quia certæ, & limitatæ significationis est.

Nomen



## Liber secundus

Nomen enim est quasi notamen quo aliquid dignoscitur. Nam (etsi vox sit, præmultum tamen ab alijs suum significatum distinguit quasi quædam eius proprietas: ac si quoddam signum foret corpori eius impressum. Haud enim paruum discrimen est vocari istum Platonem, illū Socratem. Cum ergo nomen discernat, ac insigniat: necesse est certæ ac taxatæ significationis existat. Quoniam si nihil limitatum importat, quomodo illud à reliquis distinguere, aut eius poterit notam esse. Iure ergo dictio finita exigitur: ut vel significet certam naturam, ut homo, vel certam personam, vel singulare ut Petrus, & Faustus: siue nomen sit vel pronomen, nomen enim utrumque apud logicos extimatur. Sunt autem quædam voces infinitæ omnia. s. indifferenter existentia, & non existentia significantes: ita ut nihil certum eis auditis cognoscatur, ut si non homo, non equus. Quas voces Aristoteles dicit non esse nomina: quoniam & quod est, & quod non est in rerum natura sine discrimine vlllo significant. Nam quidquid non est homo, vel non est equus in cōfulto referūt: modo quid non est homo, Certe præter hominem omnia siue entitas realis siue ficta sunt non homo, sic de omnibus verificantur. Hæ autem dictiones sicut nomina non sunt, ita in nullius idiomatis vsu inueniuntur. Quinimo nec nomen (inquit philosophus) impositum est, quo eas appellare oporteat sed deinceps nomina infinita appellentur. Quia linguarum inuentores eas voces statuunt, quæ scopo & fini loquendi conducunt, quibus videlicet res, ac rerum proprietates notare, nuncupare, ac insignire, possunt. Quod finitis tantummodo peragitur. Ideo cuncta nomina cōsuetasunt finita. Dialectici huius modi infinita contexunt sine vlla forsam rerum necessitate, tantum ut negationis amplitudinem (quod eos abunde delectat) exercent. Formant autem ea quibus libet finitis negationes præponendo: ut homo, non homo, leo, non leo, quo exceptis hominibus cuncta importantur. Siquidem nec angelus, nec cælum, nec simplicia elementa, nec mixta insensibilia, nec pecora sunt homines. Vnde omnes istæ sunt veræ, Angelus est non homo, leo est non homo & sic de singulis. Per quas tamen plane vides, quæ nihil de rebus intelligamus: potius quid non sint, quæ quid sint cognoscimus. In quo palam cernes, nec nomina esse, nec officium nominis exercere. Nihil notant, nihil de re-

bus explicant: quod est munus nominum. Igitur ea ratione necessario finita ponitur: ut in finita ab definitione seclusa intelligantur.

¶ **R E C T A** demum nomen esse, debet, non obliqua (id est) nominatiuus. Nam ceterij casus secundum vocis etimologiam ab ratione nominis non nihil degenerant. Obliquum enim in suo genere quid imperfectum exprimit. Et ratio est, quia cum nomen rem nominet: numquam perfecte res nisi recto nominatur: per obliquos non tam res ipsa, quam aliqua eius habitudo importatur. Itaque rectus censetur nomen: cuius vero ab illo originem trahere. Et deinde nomen est pars præcipua propositionis, ex eo enim & verbo integratur, & videmus, non nisi ex recto, & verbo regulariter consurgere. Rectum si verbum addas significat verum vel falsum: cum obliquo vero raro propositio resultat, nec sensus nec sententia exprimitur. Impersonalia quidem exigunt plerumque obliquos: nihil mirum irregularia verba nominibus irregularibus imperfectis (inquam) & deficientibus cōpulentur. Quocirca cum dialectici hæc partes enunciationis scrutentur: multo minus quam grammaticus obliquos nomina iudicat. Quoniam in propositionis compositionem quæ illorum scopus est regulariter non deferuiunt. Igitur nomen apud nos est vox significatiua ad placitum, sine tempore, cuius nulla pars separata est significatiua, finita, & recta.

¶ **I N** contrarium tamen disceptatur, & primo aduersus conditionem exactam sine tempore, si dies, annus, & tempus sunt nomina & significant cum tempore. Nam tempus est ipsum significatum, & videtur quidem difficile, tempus sine tempore significari. Respondemus, longè differre significare cum tempore, & tempus: ut pote quorum vnum quodque seorsum siue alterius comitatu inuenitur. Primo verba adiectiua ut amo, lego sine disceptatione significant cum tempore, haud vero tempus. Si quidem interrogati quid nam significant nemo mehercule tempus, respondebit, sed amo amorem, lego lectionem, & ambulo cursum. Quemadmodum ergo verba euidenter repræsentant cum tempore non tempus, ita profecto nomina tempus, non cum tempore.

¶ **S E C V N D O** contra quintam particulam (cuius nulla pars.) Corpus album absolute est terminus, ergo absolute, & nomen. Probatum consequentia. Complexio non di-

rimie



rimit unitatem termini, ergo nec nominis. Enimvero tam pars prima propositionis est terminus, sicut nomen. Hæc differentia quaeritur nominis, & termini. Quare. s. vnus natura compositionem admittit, alterius eam excludit. Nam si de nomine disceptatio foret, quis prohibet, quim homo albus complexum nomen appellaremus, sicuti terminum complexum? Et est magnum discrimen, quod terminus complexus perfecte est terminus, nec complexionis appellatio quicquam termini integritati adimit: rationi autem nominis intantum detrahit, vt auferat. Non est enim nomen, sicut nec nomen infinitum. Igitur notandum est, nullam esse consequentiam ab termino ad nomen: quoniam si prorsus eadem vtriusque ratio foret, superuacue de nomine seorsum peracta terminorum disputatione tractaretur. Vnde est duplex diuersitas. Prima termini natura consistit in significatione, cui nihil complexio repugnat: quoniam significatio simplex ad compositam ordinatur: vnde terminum in ordine ad propositionem diffinimus. Nominis autem natura est, esse notam, qua quid discernatur: discernitur autem per vltimum, quod est vnũ & simplex (et sic ab complemento, inquit, Sanctus Thomas) cuiuslibet rei nomen imponitur illi, cuius causa rationi nominis quælibet compositio obstat. Esset enim tunc duplex nota: ex quibus profectio nunquam fit congrue vna. Quod si discrimen istud iuuenes exacte non perceperint, percipient facile aliud. Nempe quod (vt dictum est) nomen & verbum non modo partes propositionis, verum etiam orationis sunt, quamduo nomina exhibere, sufficiunt. Ergo vt ab oratione nomen sicut pars ab toto differat, necesse est nullam compositionem dictionum habeat, per qua argumentum manet absolutum.

¶ **CONTRA** penultimam particulam finita, arguitur. Nomen infinitum sufficienter ab ratione nominis præcedenti dictione (cuius nulla pars) arcebat, cum ex partibus significantibus constat: ergo hæc redundat. Quippe nulla necessitate interita. Ambiguum est, & sub iudice inter doctores, vtrum negatio & cathegorema in nomine infinito repræsentet. Circa quod est aduertendum dici quidem communiter nomen infinitum ex negatione infinitante & termino infinito componi: hunc vocant terminum, cui negatio adducitur, vt si equus in hoc non equus. Nam cum

antea hominem limitate repræsentaret, nunc indifferentem omnia, ceterum infinitatus, quasi extra præscriptos cancellos in immensum protensus, vel extractus, negatio vero addita infinitans. Secundum hoc validum argumentum est, negationem illic significare. Quia si infinitat, cum nihil efficere, nisi per suam significationem possit, infertur, ibi exercere illam. Intra enim non extra infinitat. Sed verius puto quod Sanctus Thomas in perihemias docet, simplicem scilicet dictionem esse partium expertem. Quod multis argumentis probatur. Primum, totum dicitur de re, cum quid vnum de illa enunciare volumus, videlicet esse non hominem. Nanti de leone asserimus esse fortis: ita anunciamus esse non hominem. Vnde simplicis omnino significationis prædicatum videtur, esse. Secundo si negatio, & altera dicitio ibi significationem retinent per ambas nihil aliud certe fieret, quam negare de re naturam hominis: nihil prorsus posituum includeretur: & tamen omnes dicunt, includi suppositum & significari, non solum quando in oratione dicimus, est non homo, sed perse prolatus non homo significat rem quam libet, quatenus non est homo. Igitur illic negatio, vel cathegorema nihil seorsum significant. Tertio si negatio illic significat non minus si homo significaret, & sic illo complexo non homo sicut importatur negatio, exprimeretur etiam homo: presertim cum cathegorema pars principalis existat. Et si homo significatur, falsissime dicitur, significare quidquid est non homo. Significaret enim contradictoria: hominem scilicet, & non hominem: tamen si non verificaretur totum de priori, propter negationem adiectam. Igitur ad primum argumentum negatur antecedens. Et ad secundum quod illa compositio ex infinitante, & infinito, non est formaliter, sed materialiter intelligenda. sensus est. Vt quædam partes nominis compositæ figuræ plerumque desumuntur ex habentibus alias significationem, qua coniunctæ carent: ita quia si homo significat hominem, adiuncta vero negatione non hominem iam, sed reliqua: dicunt dialectici, istud secundum intellectum considerantes, illum infinitatum fuisse, sed reuera nec cathegorema realiter infinitatur, nec negatio quid illic operatur sed ex vtraque dictione velud ex duabus integris nomina compositæ figuræ infinitus terminus conflatur. Siquis autem existimet, partes ibi significare: quod



## Liber secundus

quòd potest, facile tueri: dicet crebrò còtin-  
gere, ob penuriam nominum circumloquijs  
homines vti, quemadmodum in superioribus  
terminum vocalem, & terminum scriptum  
diximus. Et cum speciem vnam termini sim-  
plicem exprimeremus, circumloquio vti fu-  
mus, nomen proprium illius non habentes.  
Sic quoniam nomen vnum nō habemus, quo  
quidquid non est homo explicemus, eo vti-  
mur complexo, quod aptè & perspicuè no-  
strum conceptum, & intentum repræsentat.  
Solutio certe est facilis & intellectu plana.  
Argumento principali respondebitur, neces-  
se fuisse, eam particulam addere, licet priori  
propulsaretur: quia vtrū excluderetur ambi-  
guum satis erat. Et secundo quoniam signifi-  
catio illimitata non minus rationi nominis  
quam complexio inimica est, atq; infesta. Vel  
quidquid de partibus arbitretur, erat per hoc  
impedimētum ab definitione pariter seggre-  
gādum. Quòd verò ab definitione quid dua-  
bus particulis remoueat, nihil incōuenit,  
si quòd semotum est duas cās remotionis  
habet. At replicatur, multa nomina sunt am-  
plioris significationis quam nomē infinitum:  
ergo ob eius amplitudinem non est expellen-  
dum. Antecedens probatur, intelligibile, ima-  
ginabile, ens, longè plura quam non leo signi-  
ficant. Homines enim, & non homines, feras  
omnes, existentia, & imaginaria repræsen-  
tant: & nihilominus sunt absolutè nomen.  
Respondeto: quòd significatio maxime con-  
notatiuorum penes illorum formale expen-  
ditur. Nam forma dat esse. Nomina autē ista  
& si de materiali quam plurima importent:  
de formali vnam rationem certā, & positiuā  
significant. s. intelligibilitatem, fictionē, esse.  
Et sic sunt certæ ac limitatæ significationis.  
Sed de hoc fusius in opusculo argumentorū.  
¶ **ADVERSVS** vltimam particulam ob-  
jicitur, rectus, & obliquus sunt idem nomen,  
ergo falso ab sua radice abscinditur. Ratio e-  
tiam separationis est nulla. s. quòd adiecto  
verbo non fit propositio: cum etiam eundē  
defectum nomina adiectiua patiantur: quæ  
sunt absolutè nomina. Si quidem albus est,  
nulla propositio est. Ad hoc argumentū ad-  
uerto, non esse hic grāmatices regulas exa-  
ctè obseruandas. Diuersæ disciplinæ grāma-  
tica & Dialectica sunt: diuersoq; proinde tra-  
mite procedunt. Multa dicunt illi esse distin-  
cta: quæ nos eadem reputamus, & contrario.  
Inter eos genus distinguit, & multiplicat no-

mina: apud nos autem tam idem nomen est  
albus, alba, album quantumcumq; genere va-  
rient, quam hic homo, & quæuis dictio itera-  
ta. Ad hæc figuræ simplicis & compositæ no-  
mina in grāmatica plurimum differunt: in lo-  
gica nulla est figurarum discretio. E conuer-  
sio rectus, & obliquus censentur ab illis idem  
declinatione, & origine nomen: nos intātum  
casus ab ratione nominis separamus vt ne  
nomina iudicemus. Sic respondeo ad primū  
argumentum. Secundo dicimus (de ea re in  
capite quinto fuse diserturi an illa sit præpo-  
sitiō, alb9 est.) Quòd ratio fundamētalis, cur  
nomina obliqui non existant, est quòd cum  
nomen sit quo rem nominamus: propriè, &  
absolutè solo recto res nominatur: per geni-  
tium hominis homo neutiquā nominatur,  
sed eum quatenus possessor est significamus.  
& experientia comprobatur: quòd cum rem  
quam piam nominare volumus recto id etiā  
ex templo loquentes facimus. Quod officii  
& munus cum sit essentialē nomini: rationa-  
biliter obliqui excluduntur: adiectiua reti-  
nentur.

### Cap. II. De verbo.

#### TEXTVS.

**VERBUM EST**  
vox significatiua ad placitū  
cum tēpore, cuius nulla pars  
separata aliquid significat, re-  
cta. Cum tempore, ponitur  
ad differētiā nominis, quod  
significat cum tempore. Re-  
cta ad differentiam verborū  
obliquorum, vt cucurrit, cur-  
rebat: quæ non sunt verba se-  
cundum dialecticum, sed ver-  
ba obliqua. Vnde solum ver-  
bum præsentis temporis indi-  
catiui modi secundum diale-  
cticum dicitur esse verbum.

Reliqua



Reliqua veroverba eiusdem modi vel aliorum modorū dicuntur verba obliqua. Aliæ autē particulae ponuntur hic, eadem ratione, qua in definitione nominis ponebantur. Et sciendum, quod dialecticus tantum ponit duas partes orationis. scilicet nomen, & verbū, alias autē appellat sine cathemematicas, id est cum alijs significatiuas.

### Lectio prima.

**Q**VAMQVAM definitio hæc in vna dictione tantum à superiori differat nempe cum tempore: sunt in cæteris nonnulla propria verbi cōsideranda: tametsi principaliter in hanc nobis insistendum sit, vt pote illius differētiam propriam. Circa eam igitur aduertito, aliud esse connotare tēpus, aliud significare tempus, aliud cum tempore. Duo priora præcedenti capitè breui perstrin- gimus, Connotant tempus li cæna, prandiū, & similes termini significantes quosdā actus certo tempore geri consuetos. Ientaculum cibationem factam manè, prædium meridiè, cæna nocte repræsentat. Sed ly annus & mē- sis referunt absolute rem ipsam quæ est tem- pus quicquid sit. Haud in præsentiarum enim temporis naturam referamus, sed de tempo- re cum omnibus, qui philosophiæ literas ig- norant, loquimur. Ecquis, vt Augustinus scite aduertit, tempus esse nescit: licet quid sit nō multi sciant. At significare cum tempore est, importare actionem, secundum quod exer- cetur, & est in usu, & fieri. Quod multò aptius exemplis dignoscitur, quā definitionibus ex- plicatur: qua proinde methodo aduerto hanc difficultatem Aristotelem facile docuisse, va- letudo (inquit) nomen est, valet autem ver- bum. Lego, & lectio, Curro, & cursus idē sig- nificant. Ly amor amorem quidem sine vlla penitus modificatione, at amo eundem se- cundum quod exercetur, transitq; ab amātē

in rem amatam. Cursus cursum absolutè quæ- cumq; per actum, præsentem, futurum à quo- cumq; & quandocumq; fiat. Curro autem eundem quasi modo fieret, & exerceretur, & quidem significare actionem, vel passi onem prout est in actu, est, referre illas quatenus fiunt, & egrediuntur ab agente vel recipiun- tur in passio: nam sic in re ipsa exercentur, dū eliciuntur ab sua causa. Atqui hæc est ratio, cur verbum supposita, personas, & tēpora exi- git: quoniam necesse est, fiat ab aliquo, & reci- piatur in aliquo quod est vel prima, vel secū- da, vel tertia persona, & exerceatur in præ- senti vel expectetur futura, aut significetur transacta: vnde tota verborum structura di- manat regentium ante se & post se casus. Significat enim: huiusmodi casus, actores vel susceptores actionum illorum, importare sic actionem dicitur, significare cum tempore, quia huius modi actionis exercitiū, & conti- nuitas plerumq; fit in tempore, & tempore eius diurnitatem, aut breuitatem meti- mur. Itaq; quemadmodum ly album, & albe- do referunt idem, & differunt modo, quod ly albedo, importat colorem absolutè, ly al- bum prout alteri adiacet, qui diuersus mo- dus constituit, alterum absolutum, alterum connotatiuum, ita significare actionem qua- tenns inferi & in fluxu constituit verbum & significare illam absolutè, vt res quædam est, facit nomen.

**RECTA DESIGNAT**, solum præ- sens indicatiui, apud logicos verbum haberi, sicuti, & solum rectum nomen. Et ratio est, quia solum præsens inter omnes modos, & tempora simpliciter cum tempore significat. Quid enim hoc est aliudquā, significare actio- nē, vel passionem: & tamē nemo dicitur age- re, vel pati perfectè, & completè, nisi qui nūc agit, aut patitur. Passum autem vel passurum aut egisse, vel acturum in tantum distant ab verbo: quantum apud omnes vbiq; gentium refert dicere ago, aut egi. Etenim ex omni- bus solum ago est, egi aut aget nihil est, alte- rum præterijt, alterum futurum est: quod in cunctis fere materijs locum habet insignem, cum nullibi nō referat plurimum esse, fuisse vel fore. Nam nec mortuus iam homo est nec generandus, sed qui modo existit. Sic, ab ratione verbi cæteri modi & tempora ca- dunt (id est) deficient. Prætereà significare eum tēpore est, significare actionem in exer- citio, & certè nec actio futura, nec præterita



## Liber secundus

exercetur sed instans, & præsens. Ideo solus amo consumatè cum tempore significat, reliqua imperfectè in ordine ad præsens, ab quo deducuntur, Sic casus verbi, & obliqui, non verbum vocantur.

¶ **C O N T R A** definitionem arguitur non amo, non audio non sunt verba, quia sunt verba infinita & tamen nulla particula definitionis excluduntur ergo. Confirmatur Aristoteles, & Petrus Hispanus, & quotquot hactenus amborum comentatores scripserunt, addunt huic verbi definitioni, ac nominis, finita, Circa hanc quæstionem aduertendum Arist. huic iusce nomina, & verba infinita finxisse, aut sane iam ab alijs efformata promulgasse, & ab vtriusque ratione separasse, quem incredibili aplausu in re tam noua clausis oculis cuncti postmodum sequuti sunt. Quod, vt facerem (ne communis itineris desertor viderer) ego met mecum maximè laboravi: sed certè obtinere id à me non. Potui vt homini in hac materia citra delectum, & nulla præuia censura subscriberem: tot absurditates, & inextricabiles difficultates ex similibus verborum positione inter dialecticos pullulare, cerno: à quibus se se expedire liberè hucusque, vidi neminem. Primum apud dialecticos est maximè ambiguum, an terminorum finis similibus dictionibus contingere possit, vt. s. orationem cõficiant? plurimis, ac grauissimis doctoribus arbitrãtib9 non aptè in oratione significatiui collocari. Et certè intellectus ægerrime percipit hanc esse affirmatiuam, Petrus non currit: qualis necessario existit: si verbum infinitum est. Quid ergo opus est terminos effingere ad propositiones componendas tam penitus ineptos & omnino incongruos, atque incõcinos? At non est animus omnia argumenta, omnesque rationes efficaces huc inducere quibus velut arietibus fortissimis hæc opinio cõcutitur, ac deicitur. Quas tam expedire iudicavi, silentio fidere, quàm operæ pretium puto hanc opinionem, ex dialecticorum mente (in qua iam diu residet) si fieri possit penitus abraderem. Huiusce enim conditionis materia est, vt & qui eam defendit, tenebrarum antiquum chaos in habitet, & qui expugnauerit, dum tam condensas tenebras fugare, atque disparegere, nititur: manu eas palpet, reuoluat, & volutando inuenes inuoluat. Diferuimus tamè hanc quæstionem seorsum in argumentorum opusculo protractioribus Dialecticis vsque ad vnguè vbi efficacibus argumentis ostendimus quã

denia, ac extorta hæc infinitorum verborum doctrina sit, quàmque vnutilis & nihil frugi bonæ eruditioni afferens, sed corporis potius instar opacilumen veritatis impediens. Nec miror profecto philosophum in re tam gracili subtilique, perspicienda tantisper caligasse, si alijs grauioribus tunc doctrinis intetus ad pauca prospectans quæ tunc scribentis intellectui se offerebant, a parenti coniectura sibi suassit, perinde verba infinita, ac nomina dari. Admirarer potius, si discrimen tam abditum ex templo prospexisset. Equis nisi diuturno tempore, & plurimis vtrò citroque discussis rationibus reperiet, quam ratio longe diuersa in verbis ac in nominibus inueniatur: quibus tam simillissima species, & apparentia est. Igitur ne dum hanc positionem refellimus, iuuenes tetra caligine offuscemus, resolutoriè dicitur nulla esse verba infinita nec verba infinitari posse, quemadmodum possunt nomina, & participia, Ideo illam dictionem finita, hactenus inseri cõsuetam à verbi definitione recidimus.

¶ **A D H V C** aduersus definitionem instatur Aristoteles præter has particulas aliam verbi adiecit definitioni. s. & est nota eorum quæ de altero prædicatur. Ita enim diffinit, verbum est quod cõsignificat tempus cuius pars nihil extra significat, & est semper eorum quæ de altero prædicantur nota. Quam dictionem (vt constat) Petrus Hispanus prætergressus est, ergo vel Aristoteles definiendo afluit (vitiū in scholis turpius quàm in moribus prodigalitas,) vel auctor definitionem mutilauit. Pro solutione argumenti notato quid est notã esse, vt discernas, an id nostra definitione claudatur? an officitanter prætermissum fuerit, quod nullo negotio si oculos in propositionem conijcimus, agnosceremus. Nam in ea prædicatum subiecto coniungitur: quã coniunctionem efficit verbum: hoc enim copulat, si quid copulandum est. Notã ergo esse, eorum quæ de altero dicuntur, est esse copulam, qua prædicatum subiecto adiungatur, quod in omni propositione necessario reperimus, vt pote sine quo impossibiliter propositio cõsurgat. Nec id solū cum dicimus, Petrus est albus, vbi euidenter verbum copulat, veru est, sed etiã quãdo, Petrus est, tantum asserimus. Etenim illic ens subintelligitur de petro predicari, illique proinde adunari. Idem de verbo adiectiuo vt Socrates diligit Alcibiadem. Quanquã in his non tam distinctè verbum coniungat, quoniam coniungi potius, appareat, vtrū; tamen reuera latenter habet. Primo ipsum  
verbum



verbum est prædicatum. Quid enim prædicatum est, nisi quod de alio dicitur? & quid in hac Petrus amat Deum, de petro prædicatur, quâ diligere? Ergo verbum est prædicatum, quod cum necessario adiungi, debeat subiecto: copula interesse debet. Vnde semper verbum in propositione est nota eorum quæ de altero prædicatur, Et in hac Plato docet philosphiam, docet est prædicatum, & prædicati nota, ipsum enim verbum se subiecto copulat, Hanc naturam, seu proprietatem verbi quaerimus, cur Petrus Hispanus vel ex composito siluerit? quipè quam in Aristotele quæ sequebatur, exactam reperiēbat. Præterea aliud non minus inter Philosophos celebre, ac omnium ore verlatum verbo idem Arist. tribuit, i. quod verbum dicit compositionem, quam sine extremis non est intelligere; cuius proverbij, mirandum est Petrum Hispanum non meminisse: maximè cum ex dudū dictis non sententiam ambigam sed veram esse, atq; constantem dignoscatur. At si nō fallor neutrum Petrum Hispanum tacuisse, reor, sed utrumq; potius illa particula significare cum tempore ingeniose clausisse Primo ambo ista sunt unum, non duo. Idem unum est (inquam) notam esse eorum quæ de altero prædicantur, & dicere compositionem, quæ abiq; extremis non percipiatur. Quid enim notam esse (vt vidimus) erat nisi coniunctionem esse, qua prædicatum vniretur subiecto, aptum autem esse verbum, vnire extrema, est, ipsorum extremorum compositionem importare. Itaq; sunt idem, & notam esse, & compositionem referre. Modo quā unum, & alterum sint idē, quod significare cū tempore, vel ex hoc illico emanet: quicumq; penitauerit quid est cū tempore significare se iolo sine magistro facillimè intelliget. Est enim dicere actionem, seu passionem (vt sæpe repetimus & sæpius repetendū est) prout sunt in fluxu, & fieri (id est) quatenus egrediuntur, & exercetur ab agente. Ergo si verbū importat hanc consuetudinem, egressionem, seu emanationem. s. ab agente, necessario huic illam copulabit: vt in hac Illesonius legit, lectionem Illesoniso verbum vincire videtur: quod est notam esse eorum quæ de altero prædicantur, verbum. s. applicare prædicatum subiecto, quod euidenter in verbis adiectiuus apparet, & idē de substantiuus philosphandum est. Hoc ipsum autem. s. notam esse est compositionem dicere, quæ sine extremis exactè non cognosca-

tur. Itaq; significare cum tempore, aut est tota natura verbi: videlicet, & esse vnitium extremorum, & eorundem compositionem dicere: aut fons certè, & origo vnde vtrumq; profluit. Et ideo sufficienter illis verbis naturam verbi auctor descripsit. Nam instare rursus an ista vt Aristotile exprimere, plus conduceret inquisitio est (cum rem tenemus) lu peruacua, maximè quod Aristotiles non vtrūq;, sed alterū in definitione expressit, alterū extrā, quasi ex ipsamet finitione manarit. ¶ **C O N T R A** quartam particulam cum tempore. Si hoc est quod exposuimus significare actionem, vel passionem, prout fluunt, ly, quiesco, & ly sto verba non essent: vt potest quæ non actionem, sed quietem, & priuationem actionis importat, secundo verbum substantiuum est, neutrum, sed esse & vitam significat: ergo non esset verbum, Tertio si verba cum tempore significat: quoniam actionem, & motum referunt quæ (vt dicit Arist.) tempore mensurantur: ly generare, ac intelligere, hunc modum significandi non haberēt, quæ actiones instantaneas, tempore non mensuratas important quæ omnia videntur deumia, & absurda. Oportere quam maxime arbitror, calleant iuuenes quidnā sit cum tempore significare: quod vt exactè percipiant, necesse est, aliquot regulas dediscant, atq; ex animo pellant quas grāmatici imbiberunt. Verbum igitur (vt docere iam cepimus) intelligant, nec significare tempus, nec aliquam reuera temporis differentiam, vt auribus, & mente quiete cōsultis vtrumq; cognoscent. Nam voces id repræsentant quod auditores eis perceptis intelligunt, atqui patet cum audio tempus me tempus intelligere, sed cum audio lego dumtaxat lectionem, cum ambulo cursum, & ita nullum tempus lego significat. Athac valet & valetudo idem penitus referunt, sola modi significandi differentia distant, ergo si modo tantum non in se significata differunt, non significat, valet, tempus cum valetudo illud non significet. Secundo intelligāt non exigere rationem verbi actio vera, passio ve significetur, nam licet plerūq; veræ actiones, vel passionis exprimantur, quādoq; (vt in verbis obiectis arguendo constat) earum priuationes repræsentantur, sed verbi natura est referre motū, vel aliquid per modū motus quā est significare quid, prout, fluit, & exercetur. Is enim est modus singularis motus, seu actionis, vel passionis (quæ idē sunt)



## Liber secundus

nempe exerceri, & continuari. Nam tandiu solummodo permanent, quandiu, continuantur, quā primū fieri desinunt, desinunt quoque esse, nam cum facta non manent, sed pereunt. Vnde *ly* est, significat esse, vivere, existere, ac si hæc fieret quia refert illa, quatenus qui est, exercet esse, & utitur illo. Per hoc soluitur, primum, & secundum argumentum. Sed rogas, quid ergo est significare cum tempore? profecto nihil aliud, quā significare aliquid per modum actionis, & passionis: quæ in nobis prope semper sunt tales, ut tempore mensurentur, eiq; velut mensuræ subiaceant. Et quia tam frequens in nobis est nostris actus tempore metiri: verbum significans actiones dicitur, significare cum tempore: quoniam significat id quod cum tempore fit. Sed de se verbum nullum tempus postulat, aut differentiam temporis ullam aufert. Vnde post finem orbis cum motus quieverit, tempusq; (ut scriptura testatur) cessauerit, tum loquimur nominibus, & verbis, ac modo loquimur, quādo nullum stabit tempus. Igitur de per accidens est verbo significare actionem: quæ fiat in instanti, si eam significat quatenus in fluxu, & tendentia, est velut egreditur ab agente significat. Et sic intelligo siue de nostra intelligentione, siue de cognitione Angelorum dicatur cum tempore, significat, quia hoc non est tempus importare, aut quod importatur, tempore reali metiri, sed significare actionem, vel passionem quatenus sunt, & exercentur. Sic latis argumento tertio factum credo. Nam siue referatur actio instantanea siue temporaria significabit verbum cum tempore: quando hoc nihil aliud est, quā representare aliquid, ut effluit, ut decurrit, ut genero, & generavit.

¶ **C O N T R A** eādē partē arguitur, participium non est verbum, & tamen significat cum tempore, ergo definitio est nulla: quia participium debebat, ab ratione verbi excludi, per id quod verbo proprium est: non per commune. Nam si non est verbum, & verbo participat: commune utiq; particeps est, ergo hæc definitio non continet id, quod singulare verbi est, quando quidem significare cum tempore (ut hactenus astruximus) erat proprium illius. Sed minor prioris antecedentis prob. participium diuiditur per tempora præsens, præteritum, & futurum. 2. non minus amaturus significat actionem, in ordine ad differentiam futuri, quā *ly* amabit: igitur significat cum tempore. 3. Aristotiles censet participium

significare cum tempore, & propterea adiecit definitioni, & est nota eorum quæ de altero prædicantur. Per quā patenter participium excluditur, ut pote non copula, sed potius cum subiecto copulatum, atq; unitum: ergo hæc definitio Petri Hispani est diminuta.

¶ **M O L E S T V M** est semper dialecticis participium, semperq; eius intelligentia negotium in hac materia facessit, non valētibus plane discernere, an cum tempore significet? Et difficultas quidem non est definitionis defensio. Facillime enim prior argumentatio diluitur, respondendo non esse rectam præsens, s. indicatiui modi, negandoq; discursum. Nam constat casus verbi non esse verbum, nec excludi per significare cum tempore, quod est verbi proprium, sed per ultimā rectam. Quis ergo prohibet, quincum amaret, & amauisset verbi obliquis, participium pariter casus habeatur, tātū, abest, opus esse, per quartā dictionem excludi. Maxime quod cum tempore significare non est tam proprium dialectici verbi, ut nulli alteri cōueniat, cum conuenire tāsibus inueniatur. Proprium eius dicitur, ut tota classis verbi ab nomine distinguitur. Sed difficultas est definitione, de sententiā de re ipsa, utrum cum tempore significet. Circa quod est aduertendum, participium medium quoddam esse inter nomen, & verbum strictè dictum, & uti medium extremis participare. Sumit (inquā) de nomine & verbo, cum nomine declinatione deducitur & casibus, quod à verbo penitus alienum est. Cum verbo in tempora partitur. Quæstio ergo est an ecommunicet etiā significando cum tempore, & meo arbitratu si significat: imperfectè cum illo significat. Quod multis, ac manifestis rationibus probō. Primo nulla est differentia inter amans & prudens: ambo eundem modum significanti habent, istud autem non significat cum tempore: ergo. Nam quod prudens non habeat verbum unde deducatur nihil refert. Quia de significatione tantum agimus. Quinimo ideo in exemplum illud adduximus, quod euidentius erat, nullatenus cum tempore significare: cum tamen eūdem omnino modū significanti cum amans (ut apparet) sortitur. 2. quando participium est nomen, non significat eum tempore, ergo nec quādo verbum. Quia accipi ut nomē, vel verbū, solū acceptione variat, non significationem: de qua dumtaxat in præsentiarum verba facimus. Præterea in hac propositione, Petrus fuit amans, est amans,



amans, nemo hactenus existimauit duas esse dictiones cum tempore significantes, sed tantum unam. scilicet verbum: & tamen accipitur hic participialiter? ubi nam melius, si hic non accipitur? Ergo non significat cum tempore. Confirmatur ly amatus non importat absolute passionem in ordine ad praeteritum, cum optimè ac verè si Petrus inciperet, nunc amari: diceremus, Petrus est amatus. Secundo confirmatur quia notam esse eorum quae de altero praedicantur profecto (vt vidimus) ex significare cum tempore profuebat, vnde nullatenus nota esse, infert, nihil, aut parum cum tempore representare. Arbitror significare cum tempore primo & principalius indicatio modo competere, caeteris modis minus perfecte. Nam profecto non tam admodum exactè; actione, vel passionem, pro vt sunt in fieri & fluxu significat: participijs aut, gerundijs & supinis tam minus conuenire quanta est ipsorum ab verbo separatio, & discontinuitas, coniugatioque diuersa. Sunt enim extra propriae verbi declinationem propriae formam habentia partes verbi, velut hominis, sanguis, & capilli affixi quidem, sed discontinui. Deinde omnia haec sunt media reuera nominis naturae germana, & valde propinqua, vnde non negamus quadam tenus ratione suum significatum importare, in ordine: ad aliquam differentiam temporis. Sed tam diminutè, ac imperfectè vt per illam dictionem, significare cum tempore, probè, & iussu ab ratione verbi arceantur.

¶ **C O N T R A** quartam particulam, cuius nulla pars, arguitur. Verbum adiectiuum est complexum, tantundem est enim amo, ac sum amas, amari ac fui amans, in vniuersum demum adiectiuum per participium & verbum substantiuum resoluitur. Igitur illa conditio est nulla. Cum a principio animum ad sumulas commetandas appuli, firmo decreto mecum statui non modo in expugnandis stultis opinionibus (quarum non modica in arte iam est cogeries, si modo opinio appellanda est quae nulla ratione fulcitur) nullum laborè in iumere, ne stultus pariter iuxta sententiam philosophi refellendo viderer: verum nec eas quoquo pacto recensere quantum saltem fillere, potuissem indignissimas eas sapientium memoria iudicatas, vel vt apud sapientes referretur, adeo a veritatis limine, longe absunt, distatque, & vt propriè loquar tam manifestè veritati contradicunt. Quas proinde letheo fluuiio immergès nunquam emerituras multo vtilius obsequium me dialecticis

praestare, credidi, quam si referrem. Igitur non nullorum beneplacitis in hac materia penitus amotis aduertendum est, duplex esse verbum: alterum adiectiuum, alterum substantiuum. Hoc vnum tantum est, sum, es, cui nisi ly existo substantiuum existimes: caetera omnia sunt adiectiua. Substantiuum appellatur quoniam significat substantiam, existentiam, esse rei, ac vitam: quae velut rei substantia reputatur. Adiectiuum vero quoniam actiones vel passiones importat, quae sunt vti accidentia existenti aduenientia, vt ambulo scribo, moueo. Distinctio quidem haec non ex modo significandi, sed ex re significata depromitur: nam si penes modum significandi colligeretur, multa essent substantiua. Quid enim prohiberet plura tale modum participare? Vnde non est similis distinctio terminorum in absolutum, & connotatiuum. Vtrumque est enim connotatiuum. Nec nominum apud grammaticos in substantiuum & adiectiuum, sed solum differunt in materiali significato, quod vnum importat esse, alterum actionem, ambo cum tempore. Secundo est considerandum, quod verbum adiectiuum potest, resolui in substantiuum, & suum participium vt scribo, sum scribens. Hoc ideo quod significant actiones, vel passiones: quae praesupponunt esse. Qui enim scribit, legit, ambulat, primo est deinde ambulat. Sed hoc non est tam proprium adiectiui, quam & substantiuum congruè simpliciter resoluitur. Aptè enim ly Petrus est, exponimus Petrus est ens. Verum maior quaedam ratio est, & tantillum discriminis in adiectiuis, quod per verbum & participium res distinctè explicantur. Vt sum ambulans: in substantiuo vero idem in vtraque dictione exprimitur. Quaequasidè resolutione sermo est perinde resoluitur, ac adiectiuum. Quibus expositis respondetur negando antecedens. Inopinabile est enim, adiectiuum sit complexum, substantiuum incomplexum: (vt illi concedunt,) primo quoniam non differunt ex modo significandi, sed penes rem significatam: complexum autem, & incomplexum in modo distant. Secundo si complexum esset, quia resoluitur, idem potest fieri in substantiuo. Vnde pro certo tenendum est verbum adiectiuum ita esse incomplexum, sicut substantiuum. Nec valet illatio: resoluitur complexo, seu exponitur ergo est vna complexum. Nam homo (qui est incomplexus) explicatur sua definitione. Maxime quod non necessario haec adiectiui resolutio, sed voluntarie fit. Nec cum audio





Petrus legit aliter intelligo, aut concipio. Sed replicatur: si necessario non resoluitur, & tãtum æquipollent in consequendo, non in significando: qua forma, & via de adiectiuo verificatur notã esse eorum, quæ de altero prædicantur. Siquidẽ in hac Petrus scribit, non vnit verbum cũ præter se nihil sit quod vnatur. Si ergo necesse est copula differat à copulatis, oportet hæc Petrus scribit, sit hæc Petrus est scribens. Sed retorquetur satis tempestiuè, argumentum si vt sit nota, requiris resolutionem, adiectiuum certe non erit verbum, vt pote non copula. Quia si in hac Petrus scribit, non est copula, sed in ista Petrus est scribens, nãc vtq; participium nõ est copula sed ly est. Ita generaliter nunquã notã esse, competeret adiectiuo. Secũdo hæc oratio formaliter, vt iacet, Petrus scribit, est perfecta propositio: ergo perfectissimam copulam habet. Nam sine copula, & nota eorum quæ de subiecto prædicantur, nulla propositio consurgit: ergo hic est optime nota Petrus scribit, atq; adeo vnit, & prædicati cũ subiecto compositionem importat.

¶ Demum quæres qua nã ratione verba termini connotatiui sunt? cum non significant accidens, per modum alteri adiacentis, sed actionem: prout egreditur potius ab agente. Secundo cõnotatiuus connotat suum materiale significatum cui hæret, verbum autem non apparet, connotare nisi modum actionis prout exercetur. Est aduertendum quòd vt rumq; & li album, & li amo dicunt cõpositionem, nam li album importat albedinem, prout est in altero, li amo actionẽ prout ab alio fit, vnde compositio verbi est compositio actionis, vel passionis cum subiecto. Quinimo quia significat actionem, quæ necessario ab vno in aliud transit, saltem ex modo significandi compositionem, amborum extremorum affert, & ideo etiam cõsignificat materiale, si alij connotatiui hoc faciunt, & significant per modum alteri adiacentis. Si quæ autem alia de verbo, aut in verbo super sunt aptius capite de propositione dicentur.

### Cap. De Oratione.

TEXTVS.

**O R A T I O E S T**  
 vox significatiua ad placitũ  
 cuius partes aliquid signifi-

cãt, vt Petrus albus. Quæ est duplex, alia perfecta, quæ perfectum sensum generat in animo audientis, vt Petrus loquitur. Alia imperfecta, quæ imperfectũ sensum generat, vt Plato docens. Perfectarũ alia est indicatiui, vt homo currit, alia imperatiui, vt Petre fac ignem, alia optatiui, vt utinam essem doctus, alia subiunctiua, vt si veneris ad me, dabo tibi equũ, alia deprecatiua, vt miserere mei Deus secundum magnã misericordiam tuam. Harum autem orationum sola indicatiui est propositio.

### Lectio Vnica.

**O R A T I O N I S** definitio eadẽ quæ termini cõplexi est, nisi quòd nomẽ termini in fronte definitionis nõ ponitur, ob id quòd illa particula ppositio excluditur, ne sit terminus cõplexus, hic cõtra volumus, propositionẽ includere, vt sit oratio. Deditur autẽ definitionem per vocẽ, vt omnibus esset modus vnus definiendi cõmunis. s. nomini, verbo, termino, orationi de quibus hætenus egimus. Cuius partes: iam oratio ab nomine & verbo seiungitur, quasi totum à partibus, nã his illa carebant, estq; (vt constat) omnis terminus complexus oratio, sed non è cõuerso, omnis oratio cõplexus. Cuius natura suo loco exposita, & cognita nulla ampliori expositione indiget ista definitio. Diuisio etiã subiuncta est perspicacior quã vt cõmentationem postulet. Solum exarandum quid nam sit perfectũ, aut imperfectũ sensum exprimere. Res satis perspicua est: talem sententiam significare, vt quantum est in se haud mentem audiens



audientis pendentem, ac sollicitam habeat ut Petrus legit, Paule recede, utinam essem bonus, si studuerō proficiā. Tales orationes significant sigillatim, ita quid integrè & absolute ut auditor finem loquendi amplius expectare, non cogatur ut sæpissimè contingit. Nam si dicas me amare Deum, expectat profectò auditor velut sermonis exitum, quid si bi velit, aut quo proferens tendat. Hic autè Plato disputat, nihil amplius præstolatur. Haud tamen opus est, consentiat, vel discen- tiat audiens, aut vera, falsaue sit propositio, quantum libet enim sit impossibilis ut homo est lapis, aut repudiet concipiens, erit sensus perfectus, & oratio perfecta. Tantum orationis respicienda est significatio. Quod si has omnes nœnias, ac tricas declinare, facile velis: hac forma definiēs Oratio perfecta est, quæ significat sententiam integram, imperfecta quæ mutilam ac truncatam sententiam profert, & ut clarius dicam sententiæ frustulū ut Petrus sanus, Ioannes scribens. Perfecta autem oratio est quintuplex.

¶ Sanctus Thomas ingeniosè & doctè ut cætera, huius diuisionis sufficiētiam ex eius fundamento demonstrat. Pro cuius notitia sciendum, quòd ut ex Aristotile priori libro retulimus, ea quæ sunt in voce signa existunt earum quæ in anima intellectuum. Nam ut cõceptiones nostras hominibus proferamus voces, & scripturas instituimus: quod maxime orationibus multo melius, quàm simplicibus sigillatim vocibus efficitur. Illis nãq; integram sententiam proferimus, illis alios docemus, militibus imperamus, rem publicã gubernamus, & dirigimus, quid deniq; intus latet, quod extra vocibus nō educimus? Vnde oratio vocalis, & scripta est instrumentū quodam rationis, & animæ quo suos sensus, cõmunicet. Ex quo fundamento duo corollaria pullulāt. Primum bene orationem perfectã & imperfectam per sensus integri, aut truncati expræssionē defini. Siquidem instrumentum per suum finem aptissimè diffinitur, ut ferra per lignorum sciuram, vomes per terræ arationē aruiq; cultū, calamus per scripturã. Igitur cū finis quæ mens usu orationū assequitur, sit se se, tuosq; sensus, quibus cum loquitur, prodere scitissimè per explanationis perfectionē, aut imperfectionē orationes hæc definiuntur: ut pote instrumentum mētis vnicum ad illud consequendum. Secundo infertur (quod ad præsentis diuisionis in-

telligentiã pertinet) tot necessario esse orationes perfectas, quot ad scopum attingendū ratio postulat. Est autem vis intellectus, non modo in se rerum naturas concipere, verum res agendas ordinare, atq; præcipere. Nã quarumcumq; rerum ordo, siue naturalium, siue artificialium est singularissimus intellectus effectus: cum impossibile sit, nisi in intellectu virtutē ordinandi insitã reperiri. Per hanc regulã verissimã, quàm lumen naturale ostendit, & docet, præci Philosophi Deū esse, cognouerūt. Quoniã necesse est, mens aliqua existat, ab qua ordo admirabilis rerū, & orbis partium concentus, & dulcis armonia promanet. Explicat ergo intellectus, & quod intelligit, & amat, seu desiderat, & quod circa se, alios ve ordinat, & dirigit. Ad explicandum iudicia deseruiūt indicatiuus, & subiunctiuus, ut mox capite sequenti videbimus. Ad insinuandam, ac pate faciendam, voluntatis propensionem, optatiuus. Ad ordinandum alios, imperatiuus, nam inferioribus imperat, superiores deprecatur. Igitur quinque sunt orationes perfectæ, indicatiua, subiunctiua, optatiua imperatiua deprecatiua.

¶ **CONTRA** diffinitionem orationis arguitur ly amo, & pluit, sunt orationes, & perfectæ quæ tamen partibus carēt, quinimo illa sola syllaba, si, (quæ latinè etiã dicitur) quis cum interrogatus, sit ne Petrus domi? respõdet. Si, generat perfectum sensum, & est penitus incomplexa. Dicimus orationes debere, habere partes significantes in se nō ex bonitate intelligētis, vel quid suppletis, quales nō sunt illæ dictiones: sed ex cõsuetudine & usu in vna prima persona, in altera sub intelligitur natura. Et ly, si, æquiualeat interrogationi præcedēti non ex se sed quia illa præcessit, cū tamē ut esset oratio, deberet in se, vbicūq; locaretur, quasi ex proprio partes sortiri. At cõtra definitionē orationis perfectæ, hæc Plato legit, est perfecta ut pote indicatiui, & tamē nō generat sensum perfectū: siquidē audire adhuc, expectamus, quid legat. Quinimo ipsius met vis verbi videtur suspēsa manere cū exigat in aliud trāsire & nō trāseat, quāto magis erit suspēsus auditor. Respondeto, nō necesse fore, ita exactã & suis numeris absolutã sententiã proferat, ut nihil possit addi. Suficit talem significet, ut sententiam faciat, & possit audiens quiescere. Nam in sensu perfecto explicãdo quidam gradus reperiuntur. Aristoteles, demum, ex omnibus his orationibus.



## Liber secundus

nibus (inquit), sola indicatiua nostrā consideratio complectitur, reliquas alterius facultatis est, pertractare. Sic deinceps de solo indicatiuo, cæteris, vt par est, prætermisissis, disputabimus.

¶ **A T** cum hætenus dictum sit, terminum complexum vniuersaliter esse orationem, hanc autem non generaliter esse terminum merito in calce huius capituli quæritur, ad quā vīq; metam finemq; oratio terminus complexus est. An ex orationibus (inquā) quotquot non fuerint propositiones, termini censentur complexi. Ex vna parte sola propositio videtur ab ratione termini excludi, atq; ex terminari, vt prima definitione patet, ex qua simplex conficitur propositio, ex alia apparet inconueniens & incommodum orationes perfectas aliorum modorum terminos facere, præsertim cum ad propositiones simplices nō ordinentur. Haud enim apparet, quoniam pacto ex oratione optatiui propositio possit, componi. In hac quæstione ego existimo, nullam orationem perfectam esse terminum complexum. Enimvero quamquam termini principaliter ad exprimendum iudiciū intellectus diriguntur: ipsa etiam volūtas est potentia princeps hominis & cæterarum regina. Nec minus proprium est eius appetere quā intellectus intelligere: nec parum est quilibet suum explicare appetitum. Vnde nulla oratio perfectum sensum explicans, æquum est, terminus, sed totum quoddam in suo genere existimetur. Et ita consequenter arbitrator in definitione termini particula, ex qua simplex conficitur propositio, omnes orationes perfectas excludi: imperfectæ vero optimo iure termini iudicabuntur, vt pote quæ sicut imperfectum ad perfectum ordinari solet: ad perfectas cōficiendas instituuntur. Alias multi erunt profecto sine vlla disceptatione termini quibus illa definitio (i. terminus est signum propositionis constitutum) nō competat. Nā li amarē, & amē, & am aquas quælo propositiones formaliter, & significanter (vt requiritur) componunt: certè nullam indicatiui modi componere, queunt. Igitur nomine propositionis cōgruè potest oratio perfecta intelligi quinimo & complexa propositionalia (vt in subsequentibus videbimus) nā Petrus Hispanus definiens hypotheticā dicit cōponi ex duabus categoricis: nomine categoricarum etiam aliorum modorū orationes intelligens & per consequens non est

cur oratio quæque perfecta terminus, sed termini finis censeatur.

### Cap. 4. De modo sciendi.

TEXTVS.

**MODVS SCIENDI** est Oratio alicuius ignoti manifestatiua, vt homo est animal rationale. Qui est triplex definitio, diuisio, argumentatio. Definitio est oratio rei naturam exponens, vt triāgulus habet tres angulos æquales duobus rectis. Albedo est color disgregatiuus visus. Diuisio est, oratio rem in suas partes distribuēs: vt animal aliud rationale, aliud irrationale. Argumentatio est oratio in qua ex vno infertur aliud, vt Petrus ridet, ergo est risibilis.

#### Lectio Prima.

**H A E C** modi sciendi materia, quā necessariū est, à summis pingui Minerua cognoscatur, tā vtile, ac requisitū est non plene modo attingatur. Et noceret enim, si iā deinceps eā penitus ignoraret, & obesset pariter si nūc exactè doceretur. Siquidē tota logica est quidā modus sciendi, vt pote hoc tota versans scilicet in forma, & multitudine definitionis, diuisionis, argumentationis tradenda. Qua in re expedit maximè si vim ordini naturæ nolumus asserre, nō antea perfectè modū sciendi cognoscatur, donec integrā disciplinam percurrerint, atq; lustrauerint. Et ideo perperā mihi semper egisse, videtur, qui modū sciendi ita in præsentiarum exponunt, vt fusiū in sequenti artis pgressu nō explanetur Modus profecto habendus est in expositione modi



modi, vt qui modū sciēdi tradūt, nō vltra modum doceant. Modus autem tenēdus is est, vt in genere naturamodi explanetur, species suis particularibus locis cognoscendæ relinquuntur. Igitur modus sciendi est oratio alicuius ignoti manifestatiua. Nam optima ars, & forma sciendi est vt quod ignotum est manifestetur, ad ea enim cognoscenda quæ iam nota sunt, non opus est, modum inuestigare, cum modus sit velut medium, quod tamen nisi ad ea comparanda quæ non habemus, minime quærimus. Et modus sciendi debet esse semper oratio, siue natura magistra, siue præceptore instituyente discamus. Nam in ipsa quoq; mente cum per nos inuentione addiscimus suo modo orationes & propositiones sunt, quod manifestè ipsæ orationes vocales ostendunt. Voces enim exterius formatæ (vt dudum dicebamus) vicariæ sunt earū orationum quæ in mente latitant. Quibus animum amicis patefacimus. Quod est argumentum euidens idem quoq; in mente accidere, nempe vt orationes, & omnino argumentationes sint. Quinimo experimur ore occluso, & lingua quiescente intus nos silenter discurre, ratiocinari, loqui, & integram concionem formare. Quod probat nihil nos in voce agere, quod prius mentis verbis non agamus. Igitur modus sciendi, quodcumq; & vbi cumq; discamus, semper est oratio alicuius ignoti manifestatiua. Quæ statim in tria subdiuiditur. s. definitionē, diuisionem, & argumentationem. Hæc autem nihil aliud sunt, quàm distincta media: quibus diuersa, & diuersimode scimus. Quoniam (vt in posterioribus tradituri sumus) nō vno, sed multis modis quid quæ sciri contingit. Sufficientia autem huius diuisionis plerumq; hac via colligitur: quod ignotum aut complexum, aut in complexū, est, hoc definitione & diuisione addiscitur, illud argumentatione. Et ratio rationis (quæ post modum melius intelligemus) est, quod de re incomplexa non quærimus, nec quære re possumus, nisi quid? aut quotuplex? aut qualis? aut quanta sit? & similia: quæ definitione & diuisione panduntur: complexum autē si nos latet (& complexum vocamus propositionem) necesse est argumento manifestari. In eo enim pernoscendo tantum superest de eius veritate constet: quod argumentatione peragitur. ¶ Cōtra definitionem primam sic arguitur, sepæ diffinimus quod notū est, probamus itidem quod omnibus palam est. Nā

omnis modus sciendi est oratio, cum modus sciendi optimus ac princeps sit experientia rerū: illarum scilicet proprietates experiri: vt in medicina cōstat & Aristoteles in principio methaphisilæ sentit. Pro horum solutione notato, multifariā aliquid à nobis cognosci, cū antea ignoraretur, primo reuelatione diuina, qualiter Adam, propheta, Salomon, Apostoli: aut in omnibus, aut in quibusdam cælitus inspirati fuerunt. vnde Petrus de sacrarū literarū auctorib; ait, nec enim volūate humana allata est aliquādo scriptura, sed spiritu sc̄to inspirati loquiti sūt sancti Dei homines. De quo genere docendi dicit Daniel. 2. Nabuch Donofori Regi Babilonis, Deus dat sapientiam sapientibus, & scientiam intelligentibus disciplinam, ipse reuelat profunda, & abscondita. Et iterum ibidem, est Deus in cœlo reuelans misteria. Cuius doctrinæ discipulos David iure fœlices appellat dicens. Beatus quem tu erudieris domine. Sed is modus discendi non debuit hic a nobis definiri quia nulla diffinitione pendet, vt pote supra naturalis, multiplex, & nō frequens. Alius modus sciendi est inuentio vt pote cum absq; doctrina experientia præeūte incognita cognoscimus. At hoc post omnia ferè iam labore, & studio antiquorum inuenta rarissime vsu venit vt se ipso quisq; artem indaget, & comparat: præterq; quod multò facilius, & certior ad discendum est doctrina, disciplina q;. Nā etsi experientia plurimum iuuet, multò tamen melius res per suam diffinitionem cognoscitur. Vnde Augustinus inde doctrina Christiana, cum multa signa rerum sint, principatum significandi, & res manifestandi vocibus tribuit. Secundo dicimus quod oratio est modus sciendi proximus: experientia remotus. Quia experientia ipsa ad diffinitionē, & diuisionem venandam tendit, ac dirigitur. Tertio dicimus quod experientia non est generalis modus in omnibus. Sunt enim disciplinæ quædam res tam sublimes diferentes, vt nos eas aut experiri, aut ad sensum neutiquam possimus ostendere. Oratio autem manifestatiua ad omnia valet. Et causa est quod experientia subiicitur sensui, qui dum taxat ad corporalia, & singularia extenditur oratio autem manat ex mente, qua (vt Aris. docet) est omnia fieri: quæ omnia (inquam) tam singularia q; communia corporea, & spiritalia cognoscere, potest. Igitur ad argumentum, iusta hæc discrimina vera antecedens



## Liber secundus

distinguito. Ad secundum dicendum, quod cum definitio sit ipsa rei manifestatio non possumus diffinire rem iam notam antequam diffiniretur, Potest quidem fieri ut cunq; nota sit: non tamen plene, & potest etiam nota esse definiendi per eandem nihilominus definitionem non ei, cui datur diffinitio. Secundo dicimus, quod quantumcumq; definitum sit notum, ad suam definitionem relatum, quæ multo perspicacior est ignotum apparebit. Contra diuisionem modi est argumentum, multa prius ignota sine definitione, diuisione, vel argumentatione patent: ut cum pingere discimus cum facta in curia audimus, cum ex India incredibiles rumores aduentant. Verumtamen sicut nos hic, non de quacumq; scientia loquimur ita nec de quocumq; modo. Scientia. n. latissimè patet ut scire dicamur, quodcumq;, & ut cumq; intelligimus, de qua tamen non nisi cum philosophis, nunc strictissime agimus: scientia vero exactæ dictæ non sunt plures quam hi tres modi comparanda. definitio ergo est oratio rei naturam exponens, ut homo est animal rationale. Nonnulli definiunt sic, est oratio naturam rei, aut termini significationem exponens. Non multum refert, tametsi prior breuior sit, & sufficientior etenim termini significatio est eius natura. Rei autem natura potest, multipliciter innotescere: aut scilicet per essentia suam aut per aliquot proprietates: ut faciunt medici, qui per effectus herbarum definitiones venantur. Quoquo modo, fiat, dicitur diffinitio. Quando autem rem diffinimus licet utamur termino, nequaquam iam terminum, sed rem significatam diffinimus. Ut hic albedo est color segregatius visus, albedinem describimus, cuius natura explicatur non vocabulum significans. Aliquando autem diffinimus tantum vocem ut cum quaerimus, quid terminus ut lydeus, aut rector significet. Et respondemus, substantiam primam, vel quid huiusmodi, tunc non de natura rei significatæ, sed de significatione termini significantis tractamus. Hac de causa consueverunt dialectici dicere duplicem diffinitionem esse, aliam quid rei, aliam quid nominis, unam scilicet quæ explicat naturam rei importatæ per vocem, aliam quæ significationem aperit ipsius vocis. Quam diuisionem diffinitionis (ut ilico in ipsa definitione insinuent) illum modum diffinendi disiunctum tenent. I. est oratio naturam rei, aut termini significationem exponens. Hac in parte tamè

non est sistendum cum eadem vtriusq; sententia existat. At circa diffinitionem realem est aduertendum duplex mea diffinitum esse, propinquum sanè, & principale. Propinquum appellant ipsum terminum in fronte ac lumine positum. Nam quia diffinitiones dantur per terminos loco rerum substitutos, non possunt termini non censerì aliquatenus diffinitum: & propinquum, tum quod propinquius est diffinitioni formali, tum quod proximum considerationi logicali. Principale autem est ipsa res cuius quidditas significatur. Quidditas enim, essentia, ratio, & natura cum de rebus sermo habetur apud dialecticos pro eodem usurpantur. Diffinitio solet dupliciter summi vno modo pro tota oratione ex diffinito & significatione constati, qualiter supra sepe est propositio, cum diffinitio de diffinito in ea predicetur. Aliquando pro sola diffinitione, quatenus ab diffinito secernitur: ut animal rationale est diffinitio hominis. Ly vox significatiua ad placitum ex qua simplex conficitur propositio, termini. Et hæc est causa cur diffinitio non vera vel falsa, sed bona vel mala dicitur: nimirum quia non est propositio. Et in hac acceptione (quæ illius propria est) solent dialectici dicere, duas condiciones cuiuslibet diffinitionis bonitatem exigere. Primam, ut clarius, & distinctius quam diffinitum significet. Nam cum diffinitio sit diffiniti explicatio, si clarior & perspicacior non foret, haud bona explicatio esset. Quo circa illud magnopere cauendum est, ut diffinitum diffinitionem ingrediatur: aliàs quomodo potest lucidior esse continens rursus in se tenebras obscuritatemq; diffiniti. Sed necesse est alijs terminis clarioribus, & non vno, sed multis: uti quoniam vnus qualiscumque fuerit significabit diffinitum æquè, & incomplexè & confusse. Secunda conditio est, ut diffinitio sit adæquata tantum habens quæ prorsus ad explicandam rei naturam necessaria sint, non plura paucioraue, ne redundans sit, vel mutila & diminuens. Debet namq; esse propria, (ut aiunt) lucida, & compendiosa quantum possit, fieri breuis, ut leo est animal rugibile, naturam leonis, & nihil aliud. Ex quo tria corollaria à primè consideranda sequuntur: primum est quod diffinitio, & diffinitum sunt conuertibiles, hoc est, de se mutuo etiam cum distributione predicabiles, ut omnis homo est animal rationale, & omne animal rationale est homo. Et omnis modus sciendi est oratio



oratio alicuius ignoti manifestatiua, & omnis oratio est modus sciendi, sicq; in cæteris. Secundum ut de quocumq; verificatur diffinitum, & diffinitio pariter & conuerso. Quinimo (quod est tertium) de quocumq; dicitur unum cum addito, dicitur alterum cum eodem. Quia cum idem & conuertibilia sint, quodlibet vni addatur additur simul alteri, vt si est homo albus, erit animal rationale album. Ex quibus corollaris duo priora nulla habent nec possunt habere exceptionem: hoc tertium etsi æque verum sit, haud ita planum est. Postulat enim multa quæ non facile callentur, nempe vt proprietates logicalis nulla inferendo mutetur, quod tamen frequenter in hac specie argumentationis contingit, ob id quod illud additum aliter in antecedens, aliter in consequens ponitur.

¶ HINC sequuntur duo loci arguendi in hac materia. Primus est ab diffinito ad definitionem & e conuerso affirmatiuè vel negatiuè consequentia. (Inquam) in cuius antecedens affirmatur, vel negatur diffinitum, & in consequens simili forma diffinitio potest poni. Nam ab affirmatione vel negatione diffiniti ad affirmationem vel negationem definitionis & e diuerso certissima est consequentia. Et in hoc defectus diffinitionis conuincitur si hæc regula. s. violatur. Si alicui definitum conuenit cui definitio non conueniat aut e conuerso. Quonia sicut sunt termini conuertibiles, ita quoad verificationem omnino pares atq; æquales. Secundus locus arguendi, est ab diffinito ad quamcumq; partem definitionis sed non e contrario. Vt si li homo est nomen, ergo vox significatiua ad placitum, Brunellus est equus, ergo hinnibile, Si Hocheles triangulus ergo figura. Haud tamè valet ex opposito, ista res est animal: ergo est homo: a parte ad totum Loci arguendi sunt quædam argumentorum sedes, & regulæ generales: ex quibus suas vires illatio desumit, quorum in dialectica magnus numerus est. Sed quos memoriam figere, plurimum cõfert: vt pote argumentorum quasi ossa, & nerui. Vt si formatis consequentijs quis inficias iret, cum certæ, ac efficaes sint, firmaret oppugnator dicens, tenere ab diffinito ad definitionem. Nam hos locos velut cõsecratos olim lucos immane periculû est violare, aut infringere, & violat certe quicumq; locum negat, de loci firmitate aut veritate hæsitans. At ideo tamen oportet, hi loci tantum statuuntur, qui sint firmissi

mi pariter & verissimi. Summam enim auctoritatem loci quæ apud dialecticos obtinent vnde sibi, nisi ex irrefragabili certitudine qua pollent vendicant. Congruè autem primis argumentandi locus aptissime ex primo loci modo. s. ex definitione colligitur, qui sicut primas tenet, ita forsam cæterorum origo, ac principium est.

¶ CONTRA diuisionem definitionis arguitur, nulla definitio rei est, quin nominis significationem explicet & e conuerso, definitio nominis aliquatenus naturam rei. Vt hæc definitio, animal rationale probe explicat significationem nominis: & hæc termini albi corpus habens albedinem quadam tenus ratione naturam albi: male ergo lecernuntur. Ad hoc est aduertendum quod (vt Boëtius docte aduertit) significatio termini, & res significata per illum iunt adeo coniuncta quantum ad explicationem: vt necessum sit intellectus discerniculo ad eas ambas cognoscendas & disiungendas vti. Est autem interstitium hoc, quod definitio rei præfatis conditionibus clarius, & distinctius rei naturam explicat. Quid nominis vero ipsam rem significatam dicit eius natura relicta. Vt corpus habens albedinem est ipsa res significata albi nihil de natura explicans. Si quidem corpus, & albedo quæ ibi posuimus, non explicant quoquo pacto quid sit corpus, & quid albedo. At li animal rationale explicat non hominem, sed quidditatem eius. Non nulli existimant terminum absolutum non posse apte defini, sed tantum connotatiuum: ob id quod absoluti significatio nisi rei ratione exposita, non exprimitur, quod patenter falsitatis conuincitur. Quia si quis interrogatus, quid significat homo: responderet, nos, sufficienter significationem definit. Quonia si definitio nominis est ipsius significationis explicatio, cum illic probe significatio exprimat, definitio suo modo censenda est. Itaq; differunt ambæ definitiones, quod altera nos in notitiâ quidditatis rei adducit, altera tantum in cognitionem ipsius rei. Et certè si bene aduertimus, vix se se hæc definitiones vnquam tangunt: quia definitio quid rei non explicat significationem nominis, quandoquidem non est illud formaliter, quod significat. Haud enim animal rationale significat hominem sed animal & rationale.

¶ CIRCA definitionem nominis ne quis decipiatur aduertendum, aliud esse interpretationem



## Liber secundus

tationem nominis, aliud ethimologiam, aliud definitionem. Hæc est per quam cognoscimus rem significatâ. Ethimologia est quædam deductio causæ unde impositores adducti simplicia nomina composuerunt, & talibus rebus accomodarunt, ita Cicero. 1. acad. verborum etiam explicatio probabatur id est, qua de causa quæq; essent, ita nominata quam ethimologiam appellât, vt ingeniosus dicitur quasi vim gignendi habens intus: anguis quod angulosè vel sinuose serpat & nusquâ rectus, prudens vt proculuides, nox velut noceat, dogma ab putando, facundus facile fari potens, luculentus, lingua, clarus, & sermone lucidus que nō sunt quoquomodo definitiones, nec nominis quidem. Vnde Sanctus Tho. 2. 2. q. 92. arti. 1. ad. 2. aliud est ethimologia nominis, aliud significatio nominis, illa attenditur secundum id, a quo nomē imponitur ad significandum. Vt lapis imponitur à læsione pedis. Non tamē hoc significat, alioquin ferrū cum lædat pedem, esset lapis. Deinde per has rationes, rem significatâ non cognoscimus. Non enim prudens significat videntem ab remotis cum multi sint etiam lincei imprudentissimi. Interpretatio autem translatio significationis in alio idiomate, unde interpretas dicitur quasi partes inter duo idiomata agens, vt iudei interpretantur cōfessores, martires testes. Ecclēsia conuocatio, Angelus nuntius, catholicus vniuersalis, Eucharistia bona gratia. Propheta, præfator qui porrò fatur & defuturis vera enūtiat. Patriarcha patrū princeps Monachus singularis.

### Lectio secunda.

**D**I V I S I O est oratio ré per suas partes distribuens, vt terminus alius vocalis. alius scriptus, oratio, alia perfecta, alia imperfecta. Modus sciendi, alius definitio, alius diuisio, alius argumentatio. Quæ perinde ac definitio bifarie sumitur, aut pro tota scilicet oratione constanti ex diuiso & membris diuisentibus, aut dum taxat pro his partibus. Primo modo semper est propositio etiam si nulla copula exprimat, quia eam oportet subaudiri. Secundæ acceptionis diuisio exigit ad sui bonitatem duas proprietates. Prima est, ne per multas, sed per quâ paucas partes assignetur. Quia cum sit modus sciendi, debet esse perspicax & brevis, vt sit accommodus tractabilis, memoriæq; efficaci hæreat. Multitudo enim nimia harum similibus partium dif-

ficulatem & obscuritatem impingit. Vnde cum plures sunt (vt frequenter euenit) ars & ingenium adhiberi solent, quoad paucas, ad duas videlicet spissescant. Quarum altera est qua cæteris præstat, altera loco reliquarum per oppositionem explicata. Vt innumeræ species animalis (quis eas præ multitudine vnq; satis nouit?) induas partes omnes distribuuntur in rationale. s. & irrationale. Et numerus in inensum partibilis in parem & impari secatur. At si diuisi quatuor dumtaxat partes aut tres sunt, erudite omnes assignari possunt & diuisio esse quadrimembris. Maior vero esset nimium obesa & deformiter pinguis. Itaq; conditio est vt sit brevis, at ita brevis, vt semper sit bimembris, non requiritur. Quia habent nōnunq; aliquot diuisa tâ pauca membra vt longe conducibilius singula sigilatim atq; positue exprimentur, quam negatione subtrahantur. Vt bonum multo clarius diuiditur per honestum, delectabile & vtile: quam si per delectabile & non delectabile: & hoc rursus in honestum & vtile diuides. Et mathematicæ speculatiuæ dilucide inquatuor, etiam distrahuntur Arithmetica, musicam, geometriam & præspectiuam. Verum est adeo frequenter plurimas esse cuiuslibet generis species, vt prope semper illo ingenio & forma in construendis diuisiōibus, opus sit vti. Nempe vt per duas partes oppositas assignetur. Vnde ex frequentia quasi pro uerbum inter dialecticos emanauit bimembrem esse debere. Nam & si non sit adeo perspicua & clara negatione inserta omnistere includendo ac si positue explicarentur: multo obscurior ipsa omnium supputatio foret. Secunda proprietas est vt singula membra sint inferiora diuiso. Quumquod sunt membra, quæ singula semper minora sunt corpore: tum partes quæ cum ab toto contineantur, & continens sit maius contento, diuisim excedantur oportet. Tertia conditio est, vt omnes simul ipsi adæquent: ita vt neq; excellat membra simul capta, nec ab eis superetur. Quia nihil in diuiso est, si apta diuisio est ac sufficiens: quod non in diuisentibus explicetur: neq; hæc quicquâ habere debent, quod in toto non resideat corpore. Diuisio nanq; est velut quædam definitio amplitudinis diuisi ac proinde nec plus nec minus habere debet: quam diuisum secundum illam considerationem ambit. Quarta proprietas vt membra sint formaliter diuersa. Vt inter sese (inquam)



quam) differant, ne coincident. Quoniam diuisum est velut corpus quod ex diuersis partibus necesse constat. Si totum corpus oculis fuisset (vt theologizat Apostolus) corpus vtiq; non foret. Multitudo enim partium ac diuersitas in similibus omnino requisita est. Ad cuius analogiam in diuisionibus philosophamur partes esse distinctas. Quia si eadē forent: falso separentur. Et quid aliud est secari diuisum nisi in frustra & partes concidi. Igitur conditio est quā requisita vt hæ inter se formaliter differant. Quæ leuiter considerata non bonitas diuisionis esse, sed natura, videtur, non conditio, sed quiditas: at penitus prospecta apparet exacta cōditio, excellentemque doctrinam docet. Quocirca est aduertendum distare quandoq; tanto intervallo partes, vt res plures existant. Vt color, alius albedo, alius viredo, alius palledo. Animal aliud equus, aliud elephans, aliud phrinos, & sic in alijs. Quæ diuisiones vocantur reales: vbi membra. s. realiter distinguuntur. At non semper tales sunt: cum plerumq; sola ratione distinguantur. Vt bonum alterum delectabile, alterum honestum. Haud enim sic distant, vt nullum delectabile sit honestum, quemadmodum nullus elephans est aquila, quinimo cum honestate summa semper cōiuncta est voluptas. Et è contra multa honesta animum studiosum vehementer delectat. Quin hoc insitæ virtutis signum est: si cū gaudio & letitia eius opus quis exsequatur. Et nihilominus delectabile & honestum distinctæ rationes sunt. Quatenus enim optimum est vnum quodq; & de se expectabile, honesti rationem induit: vt voluntatem vel appetitum sui præsentia exhilarat, delectabilis. Similes distinctiones vocantur rationis. Dicimus ergo quod partes distingui diuisionis natura, est: quo pacto autem debeant distingui (cum multipliciter ac varie possint) hoc ad bonitatem, expectat. Et dicimus semper oportere formaliter distingui: diuersas. s. sortiri rationes. Quod cum nō obseruatur: partes coincidunt. Quo ferè omnia argumenta tendunt, quæ aduersus diuisiones in disciplinis philosophicis militant. Nempe vt probent membra non esse diuersa. Quia nulla res amplius diuisioni officit. ¶ In tria membra diuisio prima sui partitione secatur: (alia est enim æqui uoca, alia analogica, alia vniuoca. Quæ si tamē recolas, quæ. c. 3. plene notauimus illico penetrabis. Nèpe si diuisum est æqui uocus, & æqui

uoce secundum omnem significationem sumptus, diuisio est æqui uoca, Si vero vniuocus sic quoq; captus, vniuoca, si analogica, dicetur analogica. At circa priorem diuisionem aduertito, quod cum per æqui uocum nulla ratio cōmunis importetur, solumq; nomen de illis verificetur: huiusce diuisio potius quid nominis appellatur: quid enim illic nisi diuersæ significationes seiunguntur: ideo apud philosophos sapientis diuisio nominis quā æqui uoca diuisio nuncupatur. Analogum autem quando secundum habitudinem aliquam vnam rationem importatur, apte diuisio rei nominatur, & analogi in analogata. Vt diuisio termini in categorematicum, & sine categorematicum: diuisio entis in substantiam & accidens, quādo vero nullam vnam rationem vtcumque cōmunem refert, vt risus de gaudio & viriditate diuisio est pariter quid nominis. Diuisio vniuoca est perfectissima & in qua omnes cōditiones exacte obseruandæ sunt. Hæ enim sunt diuisiones scientiales & disciplinabiles, (æqui uocæ verò, sicuti termini ipsi, abiguntur) in quibus proinde similis obseruatio non est superfluo quærenda. Nec enim in hac canis in latrabilem & picem, singula membra sunt inferiora diuisio. Quinimo & in analogis quanto ab vniuocatione distant, tanto huiusmodi conditiones deficiunt. Sunt enim pleraque æqui uocationi valde vicina. Multis alijs modis solet diuisio sub aliquas partiri: quorum ad prædicabilia vsq; ex professo obliuiscimur.

¶ **SE Q V V N T V R** in hac materia tres loci arguendi. Primus, ab diuiso ad totam diuisionem, & è cōuerso à diuisione ad diuisum affirmatiuè & negatiuè. Quia cum sint termini conuertibiles (vt per conditionē patet) mutua est inter illos consequentia. Vt si est terminus ergo vocalis, seu scriptus. Non est animal: ergo nec rationale, nec irrationale. Est hoc honestum, vel delectabile: ergo bonum. Non est hæc res motus, ergo nec actio, nec passio. Secundus ab membro diuidente ad ipsum diuisum affirmatiuè. Si in antecedenti membrum diuidens affirmatur, in consequenti licet affirmare diuisum. Vt bene valet, est homo, ergo animal. Est par, ergo numerus. Est vtile, ergo bonum. Negatiuè vero non sequitur. Quia negato vno membro potest & conuenire diuisum: cum possit competere alterum. Tertius locus est: ab diuiso negatiuè ad quodlibet membrum est bonum illatio.



## Liber secundus

Illatio, quoniam negatio superiori non possunt de illo non negari inferiora.

¶ **CONTRA** definitionem diuisionis in hac: animal aliud homo, aliud leo, membra diuidentia non sunt partes animalis, sed integra quaedam animalia: ergo non diuiditur res in suas partes. Respondetur non intelligi debere esse partes ad modum medietatis ligni scifi, sed quadam similitudine. Cum animal contineat sub se hominem, & cetera animalia: vocant philosophi species contentas partes subiectiuas diuisi. Contra primam conditionem arguitur, quando per negationem positue partes reliquæ explicatur, nec quidditas rei, nec pluralitas eius cognoscitur: ergo non est modus sciendi: ut pote cum conditio naturam destruat diuisionis. Antecedens probatur. Quia per negationem nihil scitur. Quid enim elephantem esse scimus: quia non esse hominem cognoscimus? Melius ergo est omnes partes numerentur, quam sic breuitati studere: ut nihil breuitate studeatur. Dico quod per solam negationem parum, aut nihil de re noscitur: at per affirmationem simul & negationem multum per omnem modum. Nam qui intelligit hominem esse animal rationale, non rugibile, hincibile, non arborem, non corpus simplex, perfectionem notitiam rei assequitur. Nos autem nunquam docuimus partes vniuersas negatiue explicandas: sed vna præstantior positue explicatur: reliquis (quando plurimæ fuerint) quadam negatione circumductis. Oblat verò ne vniuersæ numerentur, sapissime ignorari. Differentiæ rerum enim (ut Aristoteles dicit) sunt nobis ignotæ. Quis animalis species quot in equore natat, quot alis aera scindunt, quot nutriuntur in agro vnquam dignouit: quod vero illa negatiua differentia species omnes contentæ non exacte cognoscantur nihil impedit. Quia diuissio non tam modus sciendi est ipsarum partium, ac specierum quam diuisi. Quod ut constat, multo melius hac forma diuidendi intelcitur. Secundo quod si supputarentur, esset certe modus diuissio sine modo. Negamus itaque non multo facilius hac forma diuissum cognosci quam si computentur.

¶ **CONTRA** secundam conditionem in hac corporum aliud sensibile, aliud insensibile, posterius membrum non est inferius sed longe superius diuissio, substantiæ, n. in materiales sunt insensibiles quæ incorporeæ existunt. Respondetur semper in membris clau-

di tacite diuissum. Et sensus est aliud corpus sensibile, aliud insensibile: & maxime id requiritur in membris negatiue explicatis. Per quæ omnia latissimus dialecticis campus aperitur, ad inquirendum quales nam præcedentes diuisiones fuerint, an vniuocæ æquiuocæ ve, deinde an perfectæ. Et primo in hac diuissione modi sciendi illud deesse videtur quod vnum membrum. s. definitio conuertitur cum diuissio. Nam hoc. s. oratio alicuius ignoti manifestatiua conuertitur cum modo sciendi: quia sunt definitum & definitio. Et secundo in diuissione termini in vniuocum & æquiuocum. Vnum membrum diuidens includit totum diuissum postquam est diuissio vniuoca. Sed de his & similibus in argumentorum opusculo me disersisse memini. Id tantum modo adnota quod eadem pene diuissio saltem quoad duo membra potest scite definitionis constituit. Sane ut altera definitio sit vniuoca: nempe cum definitum est vniuocum secundarijs definitis: altera analogæ: quando ut licet raro contingit, definitur aliquod analogum, ut ens est quod habet esse: vnum quod est indiuisum. æquiuoca vero esse nequit quoniam æquiuocum ut sic non definitur sed diuidetur. Nam æquiuocum sua significata multis rationibus repræsentat: ratio vero est definitio: non ergo vnica est definitio eius sed multiplex.

¶ **ARGUMENTATIO** est oratio in qua ex vno infertur aliud Vthomo est rationalis: ergo est disciplinabilis. Quæ multa nomina sortitur. Nam dicitur discursus, argumentum, medium, consequentia, ratio. Quæ & si iam promiscue pro eodem sumantur: nihilominus habet vnumquodque in argumentatione suam peculiarem rationem. Discursus appellatur quatenus intellectus opus est, quo ex vna parte in aliam deuenit. Medium est solum antecedens: quod ad inferendum aliud assumitur, siue recte probet siue non. Argumentum est ipsum antecedens: sed tunc solum cum reuera probat. Vnde definiens Petrus Hispanus argumentum, dicit esse, quod rei dubiæ facit fidem. Quam nullo modo & multo minus opinionem efficere posset nisi aliquo pacto probasset. Consequentia autem est ipsa consequentis ex antecedente illatio & consequutio. Vnde est medium quodam inter antecedens & consequens ab vtroque; in locis & regulis arguendi statim subnectendis iunctum. Traduntur enim hac forma si consequentia



sequentia est bona, & antecedens est verum consequens debet esse verum. Argumentatio autem est velut totum quodam, omnes singulares respectus in se claudens. Verum non est iam in usu hæc nominum tam curiosa vel superstitiosa distinctio, cunctis pro eodem acceptis. Igitur argumentatio est oratio in qua ex vna parte infertur alia. Boetius autem, & Petrus Hispanus (vt citauimus) diffiniunt hoc pacto. Est oratio rei dubiæ faciēs fidem, quæ (vt decet grauissimos doctores) est magistralis. Nam literaliter nec cōpetit omnibus argumentis bonis (cum multa sint plusquam fidem facientia: nempe quæ generant scientiā euidentemq; cognitionem) nec etiam malis: vt pote quæ sæpius non fidem astruunt, sed apparentiam ostentant, Qua in re considerato, duplicem esse consequentiam bonam. s. & malam. Prior est in qua vere & rectè ex antecedente consequens infertur. Vbi. s. antecedente concessio non potest consequutio negari. Mala est in qua ineptè & fraudulenter vnū ex alijs deducitur. Vt Petrus est proceri capitis: ergo est ingeniosus. Vnde constat, quòd definitio Petri Hispani tantum conuenit validis argumentis, quæ ad minus fidem faciēt. Sed non propterea non est bona. Quia problema est inter artistas, vtrum paralogismus & elenchus (id est) vitiosum argumentum sit argumentum consequentiaq;. Et rem dubiā pro parte affirmatiua reddunt: tum hæc præiens consequentiæ distinctio in bonam & malam: tum quòd cum negatur, consequentia nuncupatur. Pro parte negatiua quòd negare consequentiam est negare sequi: & si non sequitur non est consequentia. Quæstio quidem est exigui aut nullius momenti: dūmodo qualiscumq; sit huius reivera decisio, modum loquendi communem non deseramus vtraq; consequentias cum omnibus appellando. Et forte Petrus Hispanus partem affirmatiuam opinabatur & ideo definitionem bonis argumentationibus duntaxat designauit. Nec reuera argumentatio simpliciter est, si bona non est: nec diuisio hæc omnino vniuoca est, sed analogica. Quia mala consequentia non tam naturam quàm similitudinem consequentiæ habet. At quoniam vtrumq; consequentia est eam nostra definitio suo gradu claudit. Argumentatio latius quàm signum à nobis datū primo libro patèt, nec illæ dictiones tantum notæ illationis sunt, sed aliæ plures: videlicet **Q V I A**, **S I**. Hæc enim ora-

tio palam consequentia existit. Si homo volat, alas habet, si cælū mouetur: causa prima mouēs est. Et hæc, quia homo est rationalis: homo est risibilis, quoniam Deus bonus est: incarnatus est. Sed non debuimus tironibus tam vniuersales sermones proponere: vnde signum ad illas notas, coarctauimus, quæ principio dialecticis frequentiores sunt. Sed nūc aduertendum: quòd cum ab illatione oratio fit argumentum, triplex est genus argumenti: sicut triplex est diuersitas illationis. Aliud est rationale, aliud causale, aliud conditionale argumentum. Rationale est vbi consequens forma ratiocinationis infertur: quod fit his dictionibus, **I G I T V R**, **E R G O**. Causale: vbi formaliter causa consequentis illatione causali redditur, **Q V I A**, **Q V O N I A M**, **O B I D**, & similibus. Conditionale vbi consequens sequitur ex conditione antecedentis. Quæ omnia in exemplis positus apparent: de quibus operosius 3. lib. deo opulente tractabimus. Sat in præsentiarum duximus summa iuga præstingere.

¶ **Q V E M A D M O D V M** definitio, & diuisio peculiare locos arguēdi eliciunt, ita argumentatio (licet proprius sit ipsemet locus) habet certas regulas non ad firmandas illationes (cum argumentatio sit illatio) sed ad ostendendam veritatem, vel falsitatem propositionum: quæ in argumento assumuntur. Quarum duas tantum in præsentiarum referemus (sunt enim quàm plurimæ vt. 3. lib. videbimus, quo vniuersas exposituri sumus.) Quibus interea iuniores in suas redargutiones vtantur: vt pote vtiles & faciles. Prima est. Si consequentia est bona: & antecedens est verum: cōsequens est verum. Nam ex vero (vt quisq; minimo ingenij labore sibi experiri potest) non sequitur nisi verum. Quòd si verum quod libet quantumcumq; mutabile, quandiu verū est, falsum parturiri non potest: quàm ab primo & infinito vero veritate scilicet prima, quod Deus est, alienum existit, aut mendacem esse, aut mendacium dicere: fraudem necere. Nec fallere profecto, ne falli potest. Vnde Augustinus. Cum Deus non iter omnipotens sit: id certe non potest: cui impendio quàm maximè falsitas detestabilis est. Hinc velut inconcussum principium dialectici hauriunt, & haustum celebrant: scilicet impossibile fore in bonam consequentiam antecedens esse verum, & consequens falsum. Quod ex regula manat: vbi verum docetur non producere,



## Liber secundus

puere, nisi verū. Productum ergo (id est, illatum ex antecedente vero, falsum esse nequit. Cuius regulæ multiplex, utilisq; apud dialecticos vñs est. Primo confert plurimum ad veritatem propositionis probandam, eam in bonam consequentiam ex aliqua vera inferendo. Secundo ad conuincendam illationis malitiam. Nam si datur antecedens verum & consequens falsum: hoc est euidentissimū & infallibile signum eius a nullitatis. In quo creberrime maximus sumulistarum connatus cum magno commodo impenditur: vt fallaces. s. & apparentes consequutiones detegant, infringant, & instent. His enim ipsis met verbis dialectici vtuntur. Sane cum & veritatem antecedentis & consequentis falsitatem, demonstrant. Nam fieri minime potest vt certe ex veritate falsum deducatur. Ne fructus tam pestilentis radix tam salubris existat.

Verum vero quamquam verum dumtaxat inferat: potest ex falso inferri. Et ex vtroq; ex falso. i. & vero sequitur. Vnde si consequentia est bona & consequens est verum: nihil inde qualitatis de antecedenti colligitur: cū vnum & alterum esse queat. Vt hæc propositio, Petrus est animal, inferitur ex ista, Petrus est homo, & ex hac Petrus est equus. Vnde autem tam prodigiosa diuersitas profluat. s. vt verum solūmodo verum emittat: falsum autem verum ac falsum emittere possit: non hic anxie dialectici quærant. Dicitur partim in methaphisica & plenius in theologia: quòd sicut bona sunt, in quibus malum nullum est: nullum autem malum offenditur: in quo multa bona, vel aliquod non reperiatur: ita vera sunt in quibus nulla falsitas latet: rara autem falsitas est, in qua aliqua veritas nõ contegatur: quæ inde illatione deduci possit. Secunda regula est: falsum non sequitur nisi ex falso. Si consequentia est bona, & consequens falsum: antecedens debet esse falsum. Et ratio regulæ originalis est: quia cum falsum ex vero prodire in consequutione nõ possit: nihil superest nisi falsum, ex quo inferatur. Vñs autem huius regulæ totuplex & similis est præcedenti. Nempe & ad falsitatem propositionis ostendendam: per hoc quòd quid manifestius falsum ex illa sequitur: & ad defectum consequentiæ propalandum: si consequens videlicet est falsum, & antecedens verum. Modus autem proponendi argumenta respondendiq; quis, quamq; ingeniolus & breuis inter dialecticos versetur in prologo in si

nuauimus. Tantum superest hic eius obseruatiam nostris dialecticis comedemus: vt pote ad omnia in philosophia valde requisitus, impendio utilis. Quem si obnixè & totis viribus teneant, exerceantq; sat scio, eos quum ingenij robur (dos mirum in modum amabilis. Tum maximam arguendi dexteritatem, & respondendi facilitatem (qua in scholis nulla est pulchrior ac delectabilior gratia) sibi comparaturos. Nempe si tribus nostris verbis iam diu toto orbe celeberrimis. Concedo, nego, distingo (& si à nonnullis sannionibus irrideantur, omnia captiosa argumenta diluamus. Ipsa sufficiunt: modo ingenium & labor adsit qui ea scite vibrare & in omnem vñsum exercere discat. Nec illi audiendi sunt (nisi vt basiliscorum sibila) qui & si existiment huiusmodi breui loquentiam & Atticam facundiam in scholis quam necessariam, haud tamē tam sufficientem ac vniuersalem, quin aliquot sint obiectiones interrogationes ve ita captiosæ: quibus vix simplicibus his responsionibus satisfaciamus. Cenura profecto ex ingenij hebitudine potius, quam ex eruditione profecta. Quam eleganti stilo (vt pleraq;) in suis noctibus Aulus Gellius inserit. Cuius verba placuit nostris inserere. Vt videant scholastici q; infirmo argumento adnitantur: qui solidam philosophorum sapientiam malitiose carpiunt.

¶ **L E G E M** (inquit) esse disciplinæ dialecticæ si de quapiam requærat, disputaturq; atq; ibi quod rogere vt respondeas: tunc ne amplius quid dicas, quam id solum quod es rogatus: aut aias aut neges (siluit is author, aut distinguas) eamq; legem qui non seruet, aut plus, aut aliter quam sunt rogati respondeant: existimantur rudes, indoctiq; esse, disputandiq; morem ac rationem non tenere. Hoc quidem quod dicunt in plerisq; disputationibus proculdubio fieri oportet. Indefinitus namq; inexplicabilisq; sermo fiet: nisi in interrogationibus, responsionibusq; simplicibus fuerit determinatus. Sed enim esse quædam videntur, in quibus si breuiter, & ad id, quod rogatus fueris, respondeas, capiare. Nam si quis his verbis interroget, postulo vt respondeas, desieris ne facere adulterum: an non? vtrumq; dialectica lege respondeas: siue aias, siue neges: hærebis in captione. Sed hærebit legis nostræ respondendi vñs ignarus. Nam strenuus quisq; eo prælij genere certe euadet delusa captiuncula non modo illesus sed



ius sed & victor gloriosus cum lege dialectica respondendo partem negatiuam tuto & incunctanter dare possit. Nempe adulterum esse non desui. Nec inde nunc adulterum esse colligitur: quia non sumus omnia, quæ hucusq; non desinimus esse, si nunquam tales inchoauimus esse. At vltius progrediens: quid (inquit) legis istius propugnatores in illa captiuncula: facient, in qua habere eos necesse est, si nihil amplius quam interrogati erunt, responderint. Nam si ita ego istorum aliquem rogem, quid quid non perdidisti, habes nē, aut non habes? Postulo: aut aias, aut neges vtcumq; breuiter responderit, capietur. Nam si non habere se negauerit, quod non perdidit: colligetur oculos non habere, quos non perdidit, si vero habere se dixerit: colligetur habere se cornua: quæ non perdidit. Vide quàm sola speciē elenchi decepti legem sanctissimam reprehendunt legis sufficientiam & virtutem ignorantes. Quanto verius hiteterrimis ignorantia tenebris capiuntur, inuolunturq;. Quid enim nostræ legis perito facilius, q; eisdem legis verbis huic interrogationi plenissime satisfacerē. Ergo propositioni obiectæ, quidquid non perdidisti, habes, negando respondetur. Et recte & verissime nego me habere quid quid nō perdidisti. Nam falsa est hæc, quid quid non perdidisti habeo, & hæc vera non habeo, quidquid nō perdidisti. Sed inde non inferet, quis me non habere oculos, nisi non habenti mentis viuaces oculos. Hæc exempla in medio ieci (vt credant iuuenes) si intellectus, & exercitatio accedat, nullam esse rogationem adeo inuolutam, nullam propositionem ita implexam, quam distinctione, affirmatione, negatione ve facillime enodare, non queant. Sed quem admodum respondentes breuitatis admonemus, ita propugnatores dent operam iubemus, vt quā luccincte argumēta proponāt, probationes forment, vt æquali iure atq; eadem lege, quod est æquitas, sese teneri arbitrentur.

**¶ O P O R T E T T A M E N** prius quàm vltius procedamus duplicem consequentiam dialectici perspectam habeant materialem, scilicet & formalem. Materia cuiusuis argumenti est res significata, per propositiones: ex quibus argumentum constat, forma vero ipsarum propositionum dispositio, vel vnius ex alia, seu ex alijs illatio. Sensus autem huius distinctionis est, qualdam con-

sequentias esse legitimas, solum gratia materia, propter naturam, scilicet rei significatæ: quia talis est. Vt hæc Petrus est animal, ergo omnis homo est animal. Si deductio confideretur nulla prorsus est, at si rem introspicias signatam, ita est, quod & Petrus est animal, & omnis homo est animal. Verum si cerne-re voles, vt gratia dumtaxat materia valeat muta illam, non valebit: vt non valet, Petrus currit, ergo omnis homo currit. Alia autem est formalis cuius propositionum, ac terminorum dispositio adeo recta, & regularis est, vt vbiq; teneat, vt omnis homo currit, Petrus est homo, ergo Petrus currit. Si animal est: viuens est, sed est viuens, ergo corpus. Inter has discrimen est, quod consequentia materialis in se tatum tenet, propter materiam, similes vero consequentia non tenent, quia materia mutata ruit. Formalis vero & in se, & in similibus tenet. Atqui vt consequentia vna alteri consimilis fiat, primo requiritur, sit eiusdem loci, vt huic, Petrus est homo, ergo animal rationale. Similis est ista, albedo est color, ergo qualitas sensibilibus: Raphael est spiritus, ergo substantia intellectualis: & deinde tot habeat partes, tot propositiones similes, in quantitate, & qualitate (dummodo intelligatur) eandem in argumento plerumq; quantitatem haberi particularem ac indefinitam. Sed hæc prescius & in tertio libro, & in quinta parte tertij libri examina-buntur.

## Cap. V. De propositione.

### TEXTVS.

**P**R O P O S I -  
tio est oratio verū  
vel falsum signifi-  
cans indicando.

### Lectio vnica.

**E** Hactenus



## Liber secundus



**A**CTENVS DE partibus propositionis disputatione peracta (nam nomē & verbū sunt vti partes philosophicæ, instar animæ, & corporis in homine, oratio velut animal in eiuſdem definitione) facili negotio natura propositionis cognoscitur, cū ex notitiā partium totius natura citra difficultatē innotescat. Quo circa non alijs expositionum circulis Aristotiles id ostendit, cum iam partes diseruisset quā simpliciter sententia dicens. Propositio autem non omnis oratio, sed illa in qua verum est, aut falsum. Ad cuius exemplar Petrus Hispanus his verbis diffinit. Propositio est oratio verum, vel falsum significans indicando. Vbi tātum exponamus opus est, quid nam sit verum, vel falsum significare. Quam quā, mihi satis non constat an hic & hæc ipsa expositio redundet, quam ab Aristotile prætermittam video. Exemplis definitionem & quid esset verum vel falsum significare, manifeste (meo iudicio) patefecit: non rursus definitionem definitionis adiecit. Enunciatiua (inquit) non omnis, sed illa in qua verum est, aut falsum: quod non omnibus orationibus competit. Nam qua quispiam quidpiam operatur, vt, vtinam legerem: oratio quidem, sed nec vera est, nec falsa. Idem exemplificare licet in oratione imperatiua, & subiunctiua, & infinitiua. Quibus dumtaxat verbis video mihi dilucidissime hanc definitionem expositā. Tantum abest vtilem, commodamq; fore illam dictionum congeriem, quam ad exponendam propositionem veram, vel falsam doctores hic coercent. Sed demus id tempore, & media via incedamus: vt paucis cum Aristotile alias hoc exponente, quid sit verum, vel falsum significare definiatur. Significare vere est significare rem ita esse, sicut est: & falsum significare rem aliter esse, quam est. Quibus, verbis modo intelligantur, nullius alterius additione opus est: his sufficienter, & compendiose definita veritas & falsitas innotescunt exemplis adhibitis, vt comparebit. Hæc oratio homo est risibilis, significat verum: significans hominem esse risibilem: sicuti est a parte rei. Et hæc, dies est, representat modo verum, quia ita est diem esse, ac illa asserit. Et hæc homo non est lapis pariter est vera: quoniam sicut affirmat non esse lapidem,

reuera non esse, inuenimus. E hæc, Ioannes non est æthiops, si albus existat, est verissima. Nam sicut per illam explicatur, est. Et hæc Abraham genuit Isaac. Romulus condidit urbem. Sunt similiter veræ, & significant sicuti est. Abraham scilicet genuisse, vt reuera genuit. Et quemadmodum explicamus hanc partem in propositiones veras, contingentes, necessarias de intrinseco, & extrinseco tempore: ita pars altera explicanda est: nempe significare falsum. Itaq; verba illa numero pauca, sensu plurima, exprimunt sufficienter, quid nam sit, vere vel falsum significare: superfluumq; mille dictiones, quibus inuenies definitionem onerant. Aiunt enim significare vere est significare ita esse, sicut est, vel non esse, sicut non est, vel fuisse, sicut fuit: aut fore, vt futura est: vel possibilem esse, necessariam, contingentem, sicut est possibile, necessaria, contingens. Quibus singulis posituius partes consuunt negatiuas, quæ legere etiam tædet, tantum distat, vt definitionis formam, & compendium rem summè requisitam obseruent. Igitur velut extra ripas defluentes philosophiæ littore coercentur: & in antiquum alueum Aristotilis redeant. Maxime quod hæc, equus necessario est animal, habet duo, & esse veram, & necessariam: & vtiq; in ratione veræ, quia significat rem esse, sicuti est, constituitur: de eius necessitate aliud iudicium ferendum est. Vnde illis verbis quantum oportet, veritas & falsitas elucescunt. Sic Arist. exponens quæ propositio vera est, quæ falsa, non alijs ambagibus, sed simplici sermone usus, ab eo (inquit) quod res est, vel non est, propositio dicitur vera, vel falsa. Si res (inquam) ita se habet, ac significatur, siue dicas, eam esse quid (siue non esse quid: dummodo ita sit) propositio significans, est vera. Si vero res aliter se habeat, ac significatur, propositio est falsa, quantumcumque sit de præterito, vel de futuro. Siquidem in communi modo loquendi ambabus conueniunt, et applicamus hæc verba, ita est, vel non est. Siquis enim asserat Abraham genuit Noe, respondemus, non ita est: non dicimus, non ita fuit. Vide ergo quā breuiter, quā perspicuè res aliàs occultissima veritas, scilicet, & falsitas definita sit. Perspicuè dixerim, & non modo breuiter: quia multo clarius, & certius huiusmodi qualitates per ordinem ad rem importatam definiuntur, quā in ordine ad iudiciū intellectus: quod pariter explicat.

(vt non



(vt nonnulli faciunt tum quòd arduum est & intellectu difficilimum, quid sit ipsum intellectus iudicium? & quando? quum quòd ipsius met iudicij intellectualis veritas in ordine ad rem significatam per propositionem pensatur. Quare enim hoc iudicium Petrus est albus in anima verum est, nisi quia ita est in re. s. Petrum esse album. In curuum ergo & circolare iter deuiamus rectoq; calle procedimus si illico veritatem & falsitatem per res significatas exponimus.

¶ **S E D Q V I D S I B I** vult dictio vltima, indicatio cum sine illa definitio compleretur? Nam hæc oratio verum, vel falsum significans, sufficienter propositionis exprimit quidditatem. Sic Arist. nullam vltius adiecit. Quinimo videtur obesse. Quoniam si in dicendo exigit, vt oratio sit indicatiua, quid dicemus de hypotheticis subiunctiui? vt si Petrus disputaret, esset doctus: & similibus, quæ nihilominus absolute propositiones sunt respondemus sensum illius additi esse significans asserendo. Et re vera particula non est definitioni admodum necessaria: vt pote clausa in priori verè vel falsè significans. Omnis enim oratio verè vel false representans indicat, & asserit. Ipsum enim significare verum falsum vè consistit in asserendo. Et omnis propositio siue affirmet, siue neget, asserit. Quinimo ob id oratio imperatiui, optatiui, & reliquorum modorum vere vel false non significat, nec propositio est, quia in nulla earum quicquam asseritur, sed affectum explicant appetitus. Et nihilominus non superflue adiecta est ob maiorem claritatem propter nouitios, quibus euidentius, & notius erat, quid esset, indicare: quam verum, aut falsum significare. Itaq; dictio illa est velut præcedentis expositio. Vnde ad argumentum secundum respondemus, quòd indicando, non restringit orationem, ad solam indicatiui sed ad solam indicantem, & asserentem: vbi & hypotheticæ continentur. Cathorica quidè est vna simplex semper indicatiui (oratio enim simplex nisi huiusmodi verum, vel falsum exprimere non potest) sed hypothetica quæ (vt verbis vtar Aristotilis) coniunctione est vna (ist est) in qua plures cathoricæ iunguntur: vt Petrus docet, & Ioannes discit etiam contexta ex partibus subiunctiui optime significat, & asserit. Vt si Plato viueret, aliter gubernarentur Athenæ. Vtraq; definitur hic, vt pote vtraq; significante verum, vel falsum asserendo.

¶ **C O N T R A D E F I N I T I O N E M** arguitur li verum, vel falsum significant verum, & falsum & tamen non sunt propositiones, sed nomina, ergo non est propositionis proprium, sed commune quoq; alijs verum significare. Quidam respondent: quòd propositio non significat verum, sed verè; non falsum, sed falsè. Et possunt id verè dicere, at idem argumentum fit de huiusmodi aduerbijs. Vnde cum eadem sit vtriusq; solutio, cõsultius est cum Sanct. Thom. definitionem, vt iacet, tutari. Significare ergo verum, vel falsum bifariam contingit, vno modo, quòd ipsum verum, vel falsum sit tantum significatum vocis: sicut fit in his dictionibus, verum, vere, veritas, falsum, falsitas. Alio modo, vt in significatione verum contineatur, & exercentur. Li verum significat veritatem, sicut album significat albedinem, & de quacunq; re veritatem habete verificatur: veritas tamen est in sola propositione. Vnde dicimus aptè, hæc propositio est vera illa falsa. At in significatione istorum terminorum nulla est veritas, nulla iacet falsitas. Vnde non dicimus, nec dicere possumus li verum est verum aut li falsum, falsum. Propositio ergo habet in se veritatem, & exercet illam, & sic appellatur vera significans verè, & vera existens.

¶ **S O L E T I N** præsentiarum propositio diuidi in veram, & falsam (quod ex definitione exhauritur) ac insuper in necessariam, contingentem, impossibilem: quorum priora duo definita sunt: cætera colliguntur hac forma. Nempè quæ significat, quemadmodum est necesse, sit, necessaria est. Vt homo est resibilis. Nam resibilem esse hominem non modo verum est, sed necessarium: idem est iudicium de negatiuis, vt homo non est lapis. Contingens est, quæ significat quod potest esse, & potest non esse: quæ falsa (inquã) & vera successiue inueniri potest. Vt Ioannes loquitur, hodie pluet. Vnde propositio actu falsa: crebro est contingens. Impossibilis est, quæ significat id, quod non potest esse. Vt albedo est nigredo, leo est capra: lapis est herba. Non existimo requisitum esse, addere sextum membrum, quod multos cerno feci se. s. possibilem. Quoniam (vt. 3. lib. videbimus) non constituit modus ille propositionem distinctam ab contingente, & necessaria. Ideo absq; necessitate non est fas, partes seu species multiplicare.

¶ **S V N T P R A E T E R** has aliæ;  
E 2 propo-



## Libert secundus

propositiones, quas falsificantes, seu reflexivas appellant, nimirum quæ sic seipsas destruant, vt ex hoc quòd ita est, ac significant, falsas eas inferas: & è cõuerso. Vt si hæc propositio est falsa, pro nomine eandem orationem demonstrante: & hæc propositio nõ est vera. Nam profecto si vera est, non est vera. Quoniam in hoc eius veritas consistit. s. si sit falsa, vt pote id ipsum asserens. Sed hæc sunt perpaucæ, & que nullam prorsus eruditionem conferunt, quas proinde tractandas in opusculum insolubilem ocio vacantibus, & ludere volentibus reieci. Id dumtaxat interea notato, omnes summularũ regulas ( etiã si id in singulis non exprimat ) intelligendas esse exclusis, seu exceptis in solubilibus reflexisq;. Quo documento innumeræ diluentur obiectiones, quæ de reflexiuis interim nostris definitionibus ( fat credo ) obijcientur.

¶ **C O N T R A** definitionẽ arguitur hæc orationes, vellem esse fælix, vtinam essem doctus, cum simplices sint, & non indicatiui: significant verè vel falsè, ergo. Antecedens probatur. Sunt aptæ saltem prior iuramento stabiliri: & ambarum assertori possumus dissentire, quod vtrumq; signum est iudiciũq; evidens contentæ illic veritatis. Quia nec firmatur iureiurando nisi assertio facti, vel futuri, nec negamus nisi verum, vel falsum. Ad hoc argumentum notato, quòd sicut mente intelligimus, & amamus: ita ex orationibus, quæ ad explicanda nostri animi interiora inuentæ sunt, quædam significant cõceptiones intellectus, quædam affectiones voluntatis. Veritas autem & falsitas tantum est in intellectu: non in appetitu. Vnde nulla oratio explicatiua directè appetitus est vera, nec falsa: sed ea dumtaxat, quæ iudicium intellectus exprimit. Qua in re neutra argumento inserta vera est, nec falsa. Verum quia cum quid appetimus, eius desiderium habemus, fit vt hæc orationes sæpe propositionibus æquipolleant, & illarum vice sumantur. s. velim esse fælix, appetitum habeo fælicitatis. Quod est peculiare in hoc verbo volo. Nam in nullo alio verbo subiunctiuo modi hanc æquipollentiam nec acceptionem inuenies, vt cum amen, vtinam docerem, & similibus. Igitur non quia æquipollent in cõsequendo, nõ aut in significãdo propositiones censendæ sunt.

¶ **C O N T R A E A N D E M** definitionẽ: si homo est animal, in hac homo est animal,

est propositio, & si equus currit, in hac verum est, quod equus currit: sunt orationes perfectæ, significantes verè, vel falsè: & tamen non sunt propositiones, ergo. Probatur minor. Sunt partes propositionum, ergo non sunt propositiones, quoniam pars, & totum distinguuntur. Quæstio est inter dialecticos celebris, & iam diu multis ventilata vtrum pars propositionis quæ seorsum sumpta foret propositio, sit intra pariter talis existimanda? Et vt certa ab incertis disiungamus, aduertito, multipliciter propositionem vnã esse partem alterius: de quibus tamen omnibus quæstio non discutitur. Nam si sunt partes hypotheticæ palam omnibus est illic propositio esse: sed in categoricis dumtaxat queritur, siue ita sit pars, vt reuera sit totum: vt quando signum solum denuo additur: scilicet, vt hic: omnis homo velociter currit. Vtrũ Si homo velociter currit sit propositio: vel quando totaliter aliquod extremum est, ( vt in exemplo argumenti posuimus. ) Et videtur quidẽ propositio. Nã tota oratio est vera: ergo ita est, ac affirmat, sed affirmat si homo est animal esse propositionem, ergo illa est propositio. Maxime quòd nihil ad exactam propositionis rationẽ deesse video, quãquã accipitur materialiter: quod nihil penitus obstat. Nã & hic, homo est terminus materialiter subiectũ sumitur materialiter, & nihilominus est terminus. Mihi occurrit dicendum, illic non existere propositionem: quod multipliciter patet. Primo non est oratio verum, vel falsum significans. Ergo, prob. a. s. supposito quòd in vna propositione simplici tantum est vna veritas, vel falsitas. Aliàs esset propositio plures. ( De qua illico loquemur ) at veritas penes cõpositionem totius propositionis pensatur. ( Ab eo enim quod prædicatum cõuenit, vel non conuenit, propositio vera, vel falsa est. ) Ergo donec prædicatum enunciatum sit nõ significat verè, vel falsè: ergo subiectum non potest propositio esse. Confirmatur in hac, homo est animal, est propositio, vnum solummodo affirmo: ergo dumtaxat vnã veritatem significo. Quia veritas, & falsitas ( vt diximus ) in asserendo consistit. Ergo ibi si homo est animal nihil affirmat, aut negat. Et per cõsequens nõ significat verè nec falsè. Secundo sequeretur, eandem categoricam simul esse verã, & falsam: quod est impossibile. Probatur sequela. Sumo istã Petrus est homo albus ( supposito esse ethiopẽ, ) si illic Petrus est homo



est homo, est propositio, erit vera, & necessaria: ergo habet veritatem. Integra autem est falsa, igitur simul vtrumq;. Confirmatur simili forma propositio simpliciter impossibilis esset simul necessaria. Vt hæc Deus est substantia praua, & è conuerso necessaria foret vna, & impossibilis: vt Deus non est peccator. Nam si Deus non est propositio est, si se mel admittis partem, quæ seorsum esset propositio, similem quoq; intra iudicari debere. Igitur si par ratio habenda est, pariq; gradu currunt veritatem vel falsitatem significare, & propositionem esse, sequitur orationem, quæ nec vera, nec falsa, nec impossibilis, aut necessaria est, penitus non esse propositionem. Sed est vel vnum extremum complexum, vel pars quatumlibet magna. Posset quis existimare, ea distinctione se se posse has rationes diluere: nempe longe aliud censeret propositionem esse, & propositionis officium exercere (nam semper natura distinguitur, ab operatione) & quod isthæc argumenta procedunt de officio, seu effectu propositionis. At distinctio quidem vera est, sed falso applicata. Natura namq; propositionis est significare verè vel falsè, quando quidem id eius definitio est. Officium forsan erit immutare auditorem, inq; eius mète assensum producere: quidditas vero illius significatio veritatis, & falsitatis de qua (vt patet) nostra argumenta procedunt, & per consequens de natura, non de effectu. Natura autem est vnum de altero asserere, affirmando vel negando. Etenim & qui negat, asserit, scilicet non esse subiectum prædicatum, alias non esset aut verax, aut mendax. Vbi aduertendum se offert, quam non sufficiat ad propositionem constituendam qualiscumq; significatio, sed assertiua, & prædicati cum subiecto copulatiua. Quod termini illi prout hic ponuntur certe non habent. Vnde obiter aliquot argumenta soluantur, quæ solent, definitioni iactari, de his orationibus, qui currit, vel homo qui currit, vel si Petrus disputat, quæ sunt indicatiui. Certe ob id tantum non æstimatur propositiones, quia non significant asserendo. Itaq; argumèto principali concedito, propositionem quidem illam esse veram, at illa non significat subiectum illic esse propositionem, sed absolute asserit esse, ad quod sufficit seorsum, & per se talem esse, non quatenus in tra iacet. Sed replicas, sumo si Petrus est homo: quæ (vt constat) est propositio, ad-

do albus: mirum est illud additum tollat à priori propositionem esse, qualis prius erat. ¶ **S E D S I A V R E S** conlulas, & huiusmodi artificialia in quadam compositione consistere aduertat: certe definit esse mirum, quod variata compositione etiã si partes maneat forma totius mutetur. Perpen de animo, an idem asserant hæc duæ, homo est animal, & homo est animal est propositio, vel Petrus est homo, & est homo albus. Vtrumne sint eadem compositiones. Cernes quo nam pacto manentibus partibus forma totius alteretur. In ista Petrus est homo esse substantiale, affirmatur, in hac est homo albus esse accidentale. Ad confirmationem respondeto, non esse æqualem rationem determinis simplicibus, & de propositione. Nam forma termini est significatio, propositionis vero significatio assertiua, quæ illic perijt integris significationibus partium existentibus. Ad argumentum in fronte paragraphi positum respondeto, esse illud subiectum orationem, non propositionem.

¶ **C O N T R A I D Q V O D** asseritur propositionem necessariam esse veram. Equus est animal, est necessaria, non tamen vera: si supponamus nullum equum existere, quod est possibile, tunc non est ita, ac significatur, cum nullus equus vel animal existat. Ad hoc argumentum aduertito, propositionem necessariam perpetuæ veritatis esse, quæ non potest vnquã ex vera mutari in falsam. Namquæ ex vno extremo in aliud transit, contingens est. Sicuti impossibilis est, quæ nõ potest ex falsa fieri vera. Necessaria ergo propositio cum semper debeat esse vera, & fieri possit, vt res significata per subiectum, & prædicatum nõnunquam non existat: opus est, verbum illic nõ dicat existentiam. Vnde sensus huius homo est animal, non est hominem, existere animal, quod est contingens, sed de natura, & ratione hominis esse animal. In quibus similibus propositionibus dicitur copula ab tempore absolui. Nam significare cum tempore erat, importare actionem, vel passionem pro vt fiebat, & exercebatur, in ordine ad aliquam differentiam temporis: & quia verbum significans cum tempore subiectum prædicato copulat semper in ordinem, ad suam differentiam: quod est denotare, prædicatum, conuenire subiecto in illa differentia temporis. Vt hic homo fuit albus, denotatur, albedinem conuenisse: in hac



## Liber secundus

erit albus in hæsurâ. Hoc coniungere sic extrema in ordinem ad suam differentiam vocant dialectici, restringere extrema iuxta differentiam importatam: vt supponant pro existentibus in illam. Absolui à tempore vero appellant, non quòd non significet cum tempore, cum id ei essentiale sit, sed impedi-ri, ne extrema in ordine ad differentiam restringat. Itaq; ex duobus, s. ex coniunctione extremorum, & restrictione, absolui ab tempore est, quòd exerceat primum non secundum. Solutio est dialecticis perspicua, & bona: vnde propositio necessaria semper manet vera. Quoniam non significat, extrema existere, sed naturaliter cõuenire, vel repugnare. Quod ante orbẽ conditum verum erat.

**¶ C O N T R A** eandem definitionem arguitur, canis est substantia, est oratio significans verum, & tamen non est propositio: quia nõ vna, sed multiplex propositio est: ergo. Quoties æquiuocus ponitur in subiecto æquiuocè sumtus, est inter logicos disceptatio, quid nam illa sit oratio, vna nõ, an plures? Et in significando quidem videtur multis æquipollere. s. canis marinus est substantia, & sic de alijs. Et Arist. 1. peri. le. 12. dicit, si duobus vnum nomen positum est, ex quibus non est vnum, nõ est vna affirmatio. Vt si quis ponat hoc nomen tunica homini, & equo: & dicat tunica est alba, hæc non est vna affirmatio, nec negatio. Hæc enim homo & equus est albus nihil ab illa differre videtur: at hæc nihil ab hisce differt, equus est albus, & homo est albus. Quòd si hæc plura significat, & sunt plures, patet, & primam illam, aut plura, aut nihil significare. Vbi Aristotiles sentit aliquando esse plures, cui subscribentes posteriores appellant huiusmodi propositionem plures & (meo iudicio) vere, & aptè. Nam propositionem esse, dubitari, nequit: vt pote in qua est veritas, vel falsitas. Quòd vero non sit absolutè plures, constat, quia licet subiectum includat in se, mixtim tria, nõ vt cõplexa: prædicatũ, tamẽ & copula vna acceptione feruntur in illud: sic nõ vnde quaq; plures est, sed ex parte subiecti. Nec insignificãdo tribus integris æquipollet, sed huic marinus, latrabilis, & fidus est substantia (vt dicit philosophus) quæ cum sit categorica aliquid differt à tribus facientibus hypotheticam. Sed nec est omnino vna, cum non habeat vnum subiectum, sed tria. Igitur vocetur propositio, & oratio plures, vt partim vna, & partim plures nuncupetur.

At argumento dicito, esse propositionem perinde ac orationem: & esse vtramq; cum addito. Sic diffinitum & definitio cohærent. Sed quæritur, an quando ponitur æquiuocus à parte prædicati, faciat propositionem plures? Dicimus non sumi communiter æquiuocè à parte prædicati. Nam æquiuocus de quo, nisi de aliquo eius mēbro prædicatur: pro quo illic accipitur? Sed & si quando contingat, æquiuocè capi, vt in hac ens est canis, non de nominabit propositionem plures, quia à subiecto (vt videbimus) propositiones de nominantur, quod est in illis velut materia: vnde distinctio, & pluralitas numerica desumitur.

### Cap. V I. De diuisione Propositionis.

T E X T V S.

**P R O P O S I T I O** est duplex alia categorica, alia hypothetica. Categorica est, quæ habet prædicatũ, & subiectum, & copulam tam quã partes principales sui: vt homo est albus: Petrus disputat. In hac enim Petrus est subiectum, disputat prædicatum & quod coniungit vnum altero copula: vt patet resoluen- do homo est disputans. Et dicitur categorica à catho- rizo, as. Quod est ac prædico prædicas. Subiectum est illud de quo aliquid dicitur. s. prædicatum. Prædicatum quod dicitur de altero, scilicet de subiecto.

Lectio



## Lectio vnica.

**N**ATVRA propositionis iam cognita diuiditur hic in categoricam, & hypotheticam, quæ exponenda vsq; in exordium quartilibri differtur. Categorica vero vt pote simplicior definitur per hoc quod est habere prædicatum, copulam, & subiectum tanquam partes principales sui. Quo probè ab hypothetica secernitur quæ has partes velut sui minimas habet. Integris nanq; propositionibus componitur, vt leo rugit, & equus hinnit. Est enim categorica in logicali ædificio, vt paries in architectura: cuius maiores, ac præstantiores partes sunt lapides, & ligna, hypothetica instar aulae, cuius parietes cum tecto: argumentum vero vt totum edificiũ. Igitur categoricæ partes sunt prædicatum & subiectũ, quæ quid nam sit lucet in textu. Nam optimæ definitiones sunt adamussim definitorum quidditatem explicantes. Circa prædicatum aduertito, identificari crebrò cū verbo. quoties verbum est adiectiuũ: quod quidem semper est prædicatum, & rectius loquendo totale prædicatum. Primo est prædicatum: quia in hac homo diligit Deum, quod affirmatur de homine, est, diligere Deum: & tamen li diligo est copula. Quod vt euidentius appareat, solent dialectici, verbum huiusmodi in verbum substantiuum, & participiũ resolvere: vt præfata resoluitur in hanc, homo est diligens Deum. Dixi, si exactius loqueremur, esse totale prædicatum: quia certè in dicta propositione tantum asseritur, vt diligit, accusatiuus determinatio dilectionis est. Et bene hoc comprobatur, eo quòd solum diligere de homine verificatur: deus nõ verificatur: & dilectio significatur in recto, Deus autem in obliquo. Et nihilominus communiter non iudicatur in similibus, nisi partiale prædicatum. Verba vero definitionis prædicati sunt magnopere expendenda. Eni inuero non exigunt prædicatum verificetur, affirmetur, negetur ve: dumtaxat vt de alio dicatur. Quod est vniuersalius, nam & quod falso, & verè prædicatur, & quod asseritur, vel inficiatur, dicitur. Et ideo solum respicitur, vtium dicatur. Quoniam pacto dicatur id non refert: nec prædicatum esse, aufert. Quod de hac parte notauimus, idem de subiecto aduertatur. Vnde in hac: te disputante ego sedebam, subiectum est solum pro nomẽ

ego: te disputante est ablatiuus absolutus.

Hic equus est corpus, è contrario prædicatum est tantum corpus. Vbi vides, quam non modo impropositione sine categoricæ, sed sæpius categoricæ termini sunt partes minùs principales, sane nec prædicatum, nec subiectum. Haud opus est specialiter aduertere, quam frequenter hæ partes sint complexæ, tametsi plerumq; incomplexæ, sint.

¶ **C**ONTRA diuisionem textualem argumentum suboritur, hæc propositio, Petrus qui disputat, loquitur: non est hypothetica, nec categorica: cum duæ orationes esse, videantur. Et hæc Petrus, & Paulus disputat, (vt retulimus ex Aristotele) nihil differt ab istis, Petrus disputat, & Paulus disputat: ergo non est categorica: & tamen habet prædicatum, & subiectum vt partes principales sui. Pro notitia horum considerato, dupliciter relatiuum collocari, vno modo à parte subiecti, & vocatur copula implicationis (id est) quæ subiecto adglomeratur: & complicatur, (vt in argumento obiecimur) & tunc vniuersaliter tota propositio est formaliter categorica. Collocatur nõnunquam à parte prædicati: & si refert subiectum, generaliter, est hypothetica: vt equus est animal, qui est in nihilis: si vero refert prædicatum, plerumq; est categorica. Et horum ratio nulla est alia, nisi quòd positum à parte prædicati, vel subiecti relatiuum referendo illud fit vnum extremum cum illo, estq; quasi eius restrictio, vel modificatio. Quando vero collocatur in prædicato, & refert subiectum, facit seorsum sententiam, & sic redditur hypothetica. Dixi plerumq; efficere categoricam, si positum in prædicato referat illud, quia nõnunquam est ambiguum: & ideo cõsulendus est sensus. Quocirca propositio argumẽti est categorica, vbi vnum principaliter asseritur. Ad secundum respondemus, æquipollere in consequendo, non insignificando. Aristoteles vero non ad modum significandi sicut nos modo, sed ad rem significatam respexit.

¶ **C**ONTRA definitionem propositionis categoricæ. Diuisiones sæpius carèt hac forma: vt bonorũ aliud honestũ, aliud vtile, aliud delectabile: vbi nec subiectũ, nec prædicatũ, cum nec copula appareat, quæ tñ sunt propositiones. Et hæc, tædet me vitæ, cū perfectũ se sum exhibeat, nõ videtur illic huiusmodi partes splẽdescere. Et in hac, in Seneca non sunt pisces, saltem subiectum nullum inuenitur.



## Liber secundus

Pro horum notitia noto, quòd dupliciter cõtingit esse cathedoricam, formaliter. s. & virtualiter. Primo modo est, quæ cõstat ex prædicato, & subiecto inuocæ. Sed prædicatum, & subiectum multi fariã (etiam in voce reperitur, secundum quòd multiplex verborum natura est, atq; exigentia. Alterum exigit re-ctum, alterum obliquum. Sed si pro exigentia casus constituitur, propositio, formaliter est cathedorica licet subiectũ non habeat, in re-cto. Vt vobis conuenit humiliari, si vobis, est subiectum, quibus humiliatio congruere, dicitur: & tædet me vitæ, si me subiicitur, tædium vitæ prædicatur. Quod sic existimandũ esse, hac ratione mōstratur. Illæ sunt exactissimæ propositiones cathedoricae, (vt pote in quibus absolutissime est veritas, vel falsitas.) Ergo cõstāt ex subiecto, & prædicato in voce, cum nihil opus sit ibi, suppleatur. Consequentiã probatur. Quia non potest vera esse, aut falsa, nisi aliquid enuncietur: & enunciarri non potest, nisi quid de quo dicatur. Quod autem dicitur, est prædicatum: de quo vero subiectum: ergo similes partes habent. Quod obiter de exigentia verborum, & natura diximus, philosophandum est in figuris loquutionum, & tropis, quibus plurimis in carmine vtuntur poetæ. Nonnulli existimant, non accipi illas propositiones, vt iacent, nec solere, auditores, eas vt audiunt, percipere: sed huius tædet me vitæ, formari hunc sensum in auribus, menteq; percipientis, anima mea habet tædium vitæ meæ, & huius mea interest legere, meũ munus, aut vtilitas est legere. Nos dicimus, quòd licet æquipolleant, non est opus, aliter quàm sonant, concipi: nec sat est, æquipolleant sententia, vt eodem modo cognoscantur. Etenim si homo, & animal rationale idem prorsus significant: & tamẽ homo est incomplexus, definitio complexa. Et certẽ propositiones, vt iacent, significant, perfectæ, verum, vel falsum: ergo vt iacent, habet, quod enunciat: & per consequens, vt iacet, prædicatum, & subiectum. Præterea experientia comperimus, ad percipiendum sensum huius tædet me vitæ non meminisse nos, verbi habeo. Sed quæres, quomodo si idem significat non eodem modo intelliguntur? imo profecto diuersitas explicationum ex varijs itidem modis concipiendi emanauit. Eadem enim res idemq; sensus varie concipi, & multipliciter intelligi potest. Nec est maior loquutionum copia, quã conceptionum. Vnde in

lingua vernacula & in quocumq; idiomate regulari, & vbertas, & abundantia verborũ ex multiplicitate intelligentiæ orta est. Propositio virtualis est illa, quæ non insignificatione vocali, sed in sensu significato partes habet: vt cum quidpiam in oratione vel subiectum, vel prædicatum, copulaue subintelligitur. His in vniuersali tractatis ad singula argumenta respondeto. Ad primum de diuisionibus quòd quãdo diuisio (sicut docuimus) tamquã propositio, pro aggregato ex diuiso, & membris diuidentibus iunitur: subiectum est diuisum, & copula suppletur. Ad secundũ iam est responsum. Ad tertium, quòd quem admodum in verbis adiectiuis prædicatum est in verbo ipsa actio importata: ita ex substantiuo sæpe prædicatum, vel subiectum subducitur. Vnde in secana non sunt pisces subiectum est entia inclusa in copula: & sensus est, nulla entia in Secana sunt pisces. Si pisces vis subiectum constituere, educetur ex copula prædicatũ vt nulli pisces in Seneca existunt.

### Cap. VII. De qualitate Propositionis.

TEXTVS.

**PROPOSITIO** num cathedoricarum alia est affirmatiua, alia negatiua. Affirmatiua est illa, in qua prædicatum affirmatur de subiecto, vt homo disputat. Negatiua in qua prædicatum negatur de subiecto, vt homo non disputat.

#### Lectio vnica.

**PRIMA DIVISIO** propositionis cathedoricae est, in affirmatiuam, & negatiuam: quarum definitiones ita sunt in textu perspicaces, vt nullius cõmenti egeant. Tantum aduertito affirmari quicquam in præsentiarum idem esse, ac illud asserere, siue verè, siue, falso. Et si ré lucidam obscure scribere, velles:



velles:affirmari prædicatum est,copulam cōiungere illud subiecto,negare,difiungere.Nā verbum extremorum cōpositionem importat,quā negatio dirimit,& tollit:extrema enim legregat,nō cōnectit.Vnde philosophus in libris Perihermias affirmatiuā vocat cōpositionē,negatiuam diuisionem.Et vtramq; diffiniens affirmatio (inquit) est enunciatio alicuius de aliquo:negatio, enunciatio alicuius ab aliquo:vbi sepatationē insinuat.Qua in re penes verbalem copulam(nam sunt plures alijs nominibus nuncupatæ) qualitas propositionis hoc est affirmatio, & negatio penitatur.Siquidem negatio in propositione repta si iua virtute copulam nō tangit,negatiua non est:vt homo est non lapis:nō petra est leo,infinitanter accepta.Sed considerato huiusmodi copulam esse duplicem.ī. principalem,& minorem.Illa est qua mediāte maiora propositionis extrema siue affirmāter, siue negāter:copulatur. Reliquæ minus principales.Vt in hac Plato,qui fuit sapiētissim⁹ sentit,mūdum in tempore incepisse,sunt tria verba:fuit (& hoc est copula implicationis) secundo sentit (quæ est principalior,) tertia incepisse. At quod li sentit,præstet:ex sensu ipsius assertionis colligitur.Haud enim asserere intendimus,Platonem excelluisse sapientia: sed sua prudentia mundi principium attingisse.Et generaliter loquendo cum sepius plures sint copulæ non est certior firmiorq; regula ad discernendum vtra emineat,quàm sensum prospicere:& qua coniunctum est id quod principaliter enunciat:illa inter cæteras princeps est.Minime inficias ibo, quim aduertere,cōferat vtrum si hæc negatur propositio, sit negatiua,etiam si reliquæ affirmantur: vel an si maneat asserta, sit affirmatiua, quantum libet cæteræ inficientur. Vnde si diceres, (vt in eodem exemplo persistamus.) Plato qui non fuit vllatenus imperitus, sentit, orbem non fuisse æternum:propositio est affirmans,quia sentit affirmatur.Simul ergo detectum est & quid sit copula præstans, & per quid affirmatio, seu negatio perpēdatut, & cognoscatur.Nam penes copulam principale venanda est.Sed hæc rursus est duplex, simplex.ī. & composita, complexaue: vel vnū (in quam) verbum, aut multiplex diuersorū temporum. Vt disputo, disputabit, simplex copula, est, & fuit, ambulat, vel ambulauit cōplexa. Vbi si ambæ partes affirmantur affirmatiua est: si ambæ negantur negatiua: vt So

crates non est, nec fuit lasciuus. At si vna pars negatur, & altera affirmatur, vt antichristus non est, sed erit: Plato non existit, sed existit magnis, & efficacibus rationibus inter dialecticos pugnatur, qualis nam censenda sit. At opinionibus relictis dico primo, quod nullatals potest esse simul affirmatiua, & negatiua. Nam vt sit affirmatiua, opus est, copula principalis affirmetur, & mediante ea subiecto prædicatum cohæreat, vt negatiua itidē negetur. Hoc autem est impossibile. ī. vt copula principalis, & multo minus totalis affirmetur, & negetur. Secundo eadem vna propositio esset cōtradictio. ī. affirmatio, & negatio quod est impossibile. Igitur nulla potest esse vtrumq;. Sed dicēda est propositio mixtæ qualitatis, nempe nec affirmans, nec penitus negans: sed habens in se promiscuè & affirmationem, & negationem. Quod ea solum ratione probo, quod in hac quæstionis aliàs implexæ decisione nulla absurditas, sed consona veritas, magna facilitas, & claritas apparet. Nec video, quæ maior sit ratio, altera partium præstet: cum vtraq; sit parilis, & totam propositionem denominet. Sed tunc est argumentum, quod diuisio Aristotilis, & Petri Hispani quæ tantū modo bimembris est in sufficientiæ, atq; defectus arguetur. Sed minime gentium, nam homines sapientissimi, simul & grauissimi (de harum propositionum qualitate tractarunt, quæ in philosophiæ disciplinis comparandis subseruiunt: huiusmodi autem propositiones mixtæ nullius prorsus commoditatis, & vsus scientifici sunt, sed ad ingenia vexanda, & obscuranda tantum inuentæ videntur.

¶ **C O N T R A** definitionem affirmantis, hæc nemo currit, est affirmans, vbi tantū est subiectum, & verbum, & tamen prædicatum non affirmatur de subiecto, ergo. Respondetur, quod duplex est negatio, alia aduerbialis, vt non, minime, nequaquā, alia nominalis, siue sit nomē adiectiuum, vt nullus siue substantiuum, vt nihil, nemo. Quarum quælibet propositionem negatiuam, reddit, siue sit expressa, & integra, siue mutila, & verbo, nomine inserta: vt elegantia, & facundia causa fieri solet. Maxime apud poetas, in quibus huiusmodi negationum scisuræ, & implicationes sunt quam frequentes. Secundo contra definitionem negantis. Hæc, nemo nō est sui amator, nullus equus non est sensibilis: non sunt negatiuæ: quia æquipollent affirmanti-



## Liber secundus

tribus. Prima huic, omnis res se ipsam amat: secunda huic, omnis equus est sensibilis, & tamen prædicatum negatur de subiecto. Nam si vna sola negatio disjungeret, quanto fortius duabus expulsum remouebitur. Aduertenda est natura, & cõditio rara negationis. Negat: & negare in substantia est, oppositum eius dicere quod absq; ea diceretur, vel eius quod prius iam dicebatur. Accidit autem negare, & quod affirmabatur, & etiã quod antea negabatur. Vt si quis dicat, homo currit, tu contradicens aias, non currit. Si ille, nullus homo hodie in scholis aderit, tu è diuerso, non nullus homo aderit. Si ergo negare est, semper sensum oppositum reddere, si negatur, quod negabatur: supererit necessario sensus assertus, & propositio affirmans. Quãdo ergo est vnica negatio, ppositio est negativa, quãdo aut duæ, affirmatiua: tũc enim negabitur, quod negabatur. Quod velut regulã infallibilẽ dialectici his verbis explicãt. Paritas negationum cõstituit affirmationẽ, imparitas negationem. Et licet cõmuniter in vna oratione nõ soleãt, vltra duas, aut tres negationes: reperiri: quotquot tamen reperiãt fuerint, hanc regulam obseruant. Nam summu- listã nõnunquã aliquas orationes tot negationibus fingunt onustas, vt eas barbaras reddant. At quantum libet barbaræ erunt affirmans, si fuerint pares, & negans si impares: dum modo neganter in sensu communi sumantur. Nam ad maiorem expressionẽ nollentis voluntatis solemus nonnunquam negationum cõgerie prædicatum inficere, vt nõ nõ nõ ibo, vbi semper est negatiua. Ad argumentum negato minorem, & ad probationem fatetor, cum sola manere negatiua: sed duabus negantibus assertam. Hæc est enim natura negationis, isq; effectus negandi, omnia. s. inuertere, & in sensum oppositum conuertere. Quod breuissimẽ & elegãter his verbis adamuissim explicant dialectici. Negatio est malignantis naturæ, quidquid post se inuenit, destruit, & eius oppositũ reddit. Quod in sententia eadem est quæ regula prior. Nã cum in rebus naturalibus, quæ sunt eiusdem naturæ, soleant se mutuo iuuare, & suum effectũ citius, atq; perfectius absoluere, vt duo ignes mutuo se augent, fouët, & vehemẽtius cõburunt, negatio est talis proprietatis, vt nõ modo affirmationi obstet verũ negationẽ etiã si in aliquã impegerit sibi similẽ, destruat, ac proinde merito maligna appellatur.

### Cap. 8. De quantitate Propositionis.

TEXTVS.

PROPOSITIO- num categoricarũ alia vniuersalis, alia particularis, alia indefinita, alia singularis. Propositio vniuersalis est illa, in qua subijcitur terminus communis signo vniuersali determinatus: vt omnis homo disputat. Signa vniuersalia sunt hæc, omnis, nullus, quilibet, & similia. Propositio particularis est illa, in qua subijcitur terminus cõmunis signo particulari determinatus: vt quidã homo disputat. Signa particularia sunt hæc, quidam, aliquis, alter, & similia. Propositio indefinita est, in qua subijcitur terminus communis sine signo vt homo disputat. Propositio singularis est illa, in qua subijcitur terminus discretus, vel terminus communis cum pronomine demonstratiuo primitiuæ speciei, vt Petrus disputat, hic homo currit. Sed diuisa propositione quadrupliciter sciendum est, quòd triplex est quæsitium

per



per quod de ipsa propositione, quærimus, quæ? qualis? & quanta? Quæ? quærit de substantia propositionis. Vnde ad quæstionem factam per, quæ? respondendum est categorica, vel hypothetica. Qualis? querit de qualitate. Vnde ad quæstionem factam per qualis? respōdendum est affirmatiua, vel negatiua. Quanta? quærit de quantitate. Vnde ad interrogationē factam per quanta? Respondendum erit vniuersalis. Seu particularis, indefinita, vel singularis, Vnde versus. Quæ ca. vel hip. qualis neg. vel affirmat. v, quanta, par. in, sin.

### Lectio Vnica.

**Q** V E M A D M O D V M Aristoteles dicit, artem imitari naturam quantum potest: nos in dialecticali materia expendenda semper consuetum philosophiæ progressum, atq; discursum imitamur (licet non semper huius ordinis tirones admoneamus.) In phisica vero indagata iā rei cuiusq; natura qualitas eius, & quantitas inquiritur quantum. s. homo crescere, possit, quam procerus & gigans esse, vel quam pumilio, quam videlicet paruus, ac humilis staturæ. Ita cognita propositionis natura, & qualitate eius quantitatem rimamur. Doctrina mehercle & ad propositiones constituendas, & ad syllogismos formandos admodum utilis. Quantitas autem propositionis (vt legis ex textu) penes subiectum expenditur, quod est velut materia, & corpus: illius prædicatum vt forma. In rebus autem naturalibus augmentum,

& decrementum ex corpore venamur, non ex anima. Ergo si subiectum est terminus singularis, talis est propositio, & idem, si cōmunis pronomine demonstratiuo alligatus, atq; restrictus fuerit. Quia re vera tunc terminus similiter discretus est. Si vero subiectum cōmunis terminus est, tūc si solus, indefinita est, si comitatus signo: metire quali nam? si vniuersali, erit vniuersalis: si particulari particularis. Sufficiebat autē propositionē duplicē constituere: vniuersalē. s. & particularem. Ad hanc siquidem & indefinita, & singularis reducuntur. Vniuersalis statim in sensu, & significatione, per se apparet. Omnia enim fere sui subiecti significata cōplectitur. Saltem loquitur de multis affirmando, vel negando prædicatum. Nihilominus hæc diuisio est quædam scala, gradusq; quantitatis: vbi propositio singularis infimum locum tenet (vt pote tantū de vno loquens.) Particularis crescit parumper. Nam & si de vno loquatur, illud non singularizat, sed manet indefinatum: vt quidam homo loquitur. Vnus quidem est, verum nō dū ostensus. Indefinita sine dubio maior est, vt homo ambulat, quæ nec dicit esse vnum, nec plures. Hæc eius indifferentia est quedā augmentatio. Vniuersalis autem est maxima, velut res cum gignuntur pusillæ & temporis progressu suis gradibus vltq; ad maximā quantitatem suam augentur. Ita philosophandum de propositionibus. Vnde indefinita mediam & debitam mēsuram habet. Sic dialectici docent eam esse in statu velut homo cum vir est, non iuuenis nec senex. Ex quibus omnibus inferimus ab signis duas species propositionis denominari. s. vniuersalis & particularis. Sed quidnam sit vniuersale signum cum aducta sint exempla haud est opus meo iudicio speciali inquisitione rimari. Res sine expositionibus perse euentissima. Includit enim tam patenter vniuersalitatē, facitq; vt subiectum pariter multitudinem explicet: vt neminē latitare possit. Vt omnis homo currit (id est) singuli, ita, vt nemo sit, qui nō currat. Quem sensum generalē illud signum efficit. Sine quo fidiceres, homo currit, non significares omnes exercere cursum. Idem hinc nullus homo est lapis, nullus etiops. Sed hoc est magnopere aduertendū quod ille horū signorū effectus. s. vt ille terminus cui applicatur multos exprimat, de quibus prædicatū dicitur, siue negādo, siue asserēdo, appellatur ab neutericis distribuere. Et distributio etiam si



## Libert secundus

nominis ethimologiam prospectes, est denotare quòd singulis significatis termini aliquid prædicati tribuatur. Vt omnis homo est albus: homo distributus ponitur pro multis: quibus singulis albedo conuenire innuitur. Sed cum dicimus vniuersale signum vniuersalem propositionem reddere, intellige si ab alio non impeditur, propter signa negatiua, quæ (vt vidimus) sunt malignantis & destruentis naturæ. Vt omnis homo est in agro vniuersalis est: sed, non omnis homo est in agro, indiffinita seu singularis. Vt pote cuius sensus est aliquis abest agro: vbi negatio signi sequentis officium impediuit. Vnde quando vnum tantum signum est à parte subiecti siue negans, siue positiuum definitiones verificatur: quando duo vel plura coeunt, si ambo sunt positiuia, idem obseruatur. Si vero negatiua aut negatiuum immiscetur quædam turbatio & velut cæterorum depopulatio accidit. At quid de simili propositione iudicandum est, per regulam negationis capite superiori traditam luce clarius est: nempe quòd negatio est malignantis naturæ constituens semper oppositum eius, quòd inuenit, non modo in qualitate, verum etiam in quantitate: cum in principio propositionis ponitur vbi in subiectum feratur, & quantificet illud. Vt si absente negatione propositio erat vniuersalis præsentem & subiecto (à quo quanta denominatur) præposita erit particularis, vel indiffinita. Si vero erat antea indiffinita, efficietur vniuersalis. Vt hæc non homo currit, tantum valet, ac nullus homo currit. Et cuiuslibet harum omnis equus currit, nullus equus currit, negatio proponatur, restabunt particulares. Vt non omnis equus currit, aliquis equus non currit, nonnullus equus currit, aliquis equus currit. Quando vero negatio post subiectum collocatur, tunc quantitatem propositionis non mutat quia non agit nisi in subsequencia.

Quot autem modis negatio affirmationi commisceri possit non est loci præsentis, nec diei prosequi, vt pote materiam propriam conuersionum de qua. 3. lib. disputabimus.

Contra diuisionem arguitur, hæc propositiones tantum homo est animal, equus est species animalis, & similes: sunt categoricæ sub nullo horum membrorum clausæ. Nam maxime subindefinita continerentur, & tamen prima æquipollet vniuersali. s. omne animal est homo, secunda non de aliquo incerto, sed de natura certa, & determinata loquitur.

Igitur alicui conuenit diuisum, cui nullum membrum diuidens. Ad hoc argumentum respondeto, duplicem esse diuisionem, aliam exactam, & vndequaque perfectam (quam dialecticalem appellant) de qua omnes conditiones & regulæ præfatæ verificantur: alia etiam bona est, quæ appellatur accommodata cuius. s. membra cum non penitus amplitudinem diuisi amplectantur: tamen exhauriunt quantum opus est. Et talis est præsentem cum plures sint categoricæ hic non contentæ. Continentur hic vero primo illæ, quæ de rebus, & significatis secundarijs vt de indiuiduis loquuntur non de naturis substratis secundis intentionibus. Et ratio videtur esse, quòd in similibus potest esse pluralitas, & paucitas: penes quam propositionis quantitas pensetur. Naturæ autem ab natura determinatæ & immutabiles sunt. Sed melius respondetur, quòd diuisio est consummata, & diuisum non est categorica sed categorica quanta. Et certe omnis quanta erit altera illarum, illa autem equus est species: non est quanta exclusiua autem quanta est. s. indiffinita: nec est inconueniens æquipollet vniuersali. At vt sit quanta propositio, quid opus sit: de particulari, & singulari, ex suis definitionibus iam constat: vt vniuersalis primo requiritur, signum vniuersale esse in subiecto, non post subiectum: (vt diximus) secundo vt illud signum distribuatur subiectum. Illud signum vero tantum (vt. 4. lib. videbimus) aliquam vniuersalem continet sed non distribuit subiectum: nec in hac cui æquipollere argumetabamur, subiectum eius distribuatur sed prædicatum. Indiffinitam autem facile est cognoscere.

Nam terminus communis si absque signo quantificante, & non pro natura sed pro indiuiduis supponat, indefinita est. Iuxta quas expositiones textuales definitiones interpretandæ sunt.

¶ **C O N T R A** definitionem propositionis vniuersalis, hæc cuius libet hominis domus est res artificialis, est vniuersalis, vt pote generaliter de cunctis hominibus loquens: & tamen subiectum non distribuatur. s. domus, de qua prædicatum affirmatur. Ad hoc argumentum aduertito subiectum esse nonnunquam complexum, & tunc siue partes in eodem casu collocentur vt equus & leo pugnant, siue indiuerlis vt angeli intellectus est subtilissimus: pro cunctis est regula, quòd si totum distribuatur, sine cõtrouersia est vniuersalis: &

si non



si non totum quæcumq; pars principalis distribuatur, sufficit propositionem vniuersalem dialectice cōstituere, maxime si pars prima fuerit. Dumtamen aduertas in presenti nos neutiquam intelligere, subiectum esse cōpositum, vel complexum: quando sunt substantiuum, & adiectiuum. Nam ambo quantum ad distributionem pro vnico & simplici termino reputatur, necusquā aptè cōgruèq; vnum sine altero distribuitur existentibus in eodem extremo. Verum est, (vt ad constitutam regulam redeamus) quòd non erit tam vniuersalis ac si totum distribuatur, eam tamen magnitudinis mensuram habebit, vt vniuersalis semper existat, magis, vel minus: secundum quòd eius vniuersalitas aut plus extensa, vel coarctata fuerit. Vnde hæc Petri quilibet equus currit: & equus cuiuslibet hominis est animal, sunt vniuersales: & ambæ sunt maiores in Darij, vbi maior exigitur vniuersalis. Vt bene sequitur Petri quilibet equus currit, fauellus est Petri equus, ergo fauellus currit. Equus cuiuslibet hominis est animal, Petrus est homo, ergo equus Petri est animal. Vnde ad argumentum negatur minor. Nam licet domus non distribuatur, distribuitur genitiuus, qui etiam est subiectum. Nā vt subiectum sit haud opus est, de eo directè dicatur prædicatum: sat est in recto, vel in obliquo.

¶ **VLTIMO** arguitur propositio indefinita æquipollet vniuersali: vt homo est animal. Et omnis homo est animal, cur ergo separatur? Dicitur generaliter in ratione quantitatis distinctas esse: plusq; & minus, ad earum veritatem requiri. Nec idē sonant homo currit, & omnis homo currit. Quia sæpissimè prima est vera, hæc nunquā non falsa. Sed sunt quædam propositiones, quas vocat doctrinales, de his rebus contextæ: quæ & vni, & cunctis conueniunt: vt ignis est calidus, albedo est color, homo est risibilis: angelus est spiritus. Sed de rebus significatis nulla nobis ratio, in præsentiarum habenda est, vbi non materiam propositionum discutimus, sed formam docemus.

## Cap. 9. De suppositione.

TEXTVS.

**SUPPOSITIO** est acceptio termini pro aliquo de quo verificatur. Vt hic leo rugit, leo accipitur pro suo significato. Quod in substantia (vt dixit Aristoteles) est vt termini pro rebus quia eas nobiscum ducere nō possumus. Et est duplex, alia formalis, alia materialis. Suppositio materialis est acceptio termini pro se ipso: vt homo est nomē. Suppositio formalis est acceptio termini, pro eo quod significat vt equus est sensibilis. Quæ quidem partitur in propriam, & impropriam. Propria est acceptio termini pro eo quod proprie significat. Vt virtus est qualitas mētis. Impropria est acceptio termini pro eo, quod improprie significat, vt ille est alter Nero, is alter Hector. Propria est duplex, alia simplex, alia personalis, suppositio simplex est acceptio termini communis pro eo, quod primo significat, vt equus est species. Personalis est acceptio termini pro indiuiduis, vt boues triturant. Hæc autem subsecatur in naturalem;



## Liber secundus

turalē, & accidentalem. Suppositio naturalis est acceptio termini pro omnibus suis significatis proprijs, vt elephans est animal. Accidentalis est acceptio termini pro indiuiduis quæ illis correspondent iuxta exigentiam copulæ, vt equus currit. Sed hæc duplex, alia communis, alia singularis. Communis est acceptio termini communis, vt basiliscus sibilat. Singularis est acceptio termini discreti, vel cōmunis pronomine demonstratiuo restricti, vt Socrates docet, iste vir est ruffus. Cōmunis autem est triplex, scilicet vniuersalis, determinata, confusa. Vniuersalis est acceptio termini signo vniuersali modificati, vt omnis ciuis tenetur parere reipublice. Determinata est acceptio termini communis sine signo, vel cum signo particulari, vt imago est pulchra, aliquis gentilis credidit. Confusa est acceptio terminimmediate post signum vniuersale affirmatiuum, vel quomodo libet cum signo specialis confusionis accepti: vt prædicatum

huius animal est sensibile, vel bis cātaui missam. Ac demū vniuersalis, alia est distributiua, alia collectiua. Prima est acceptio termini signo vniuersali distributi, vt omnis ars est in intellectu. Collectiua est acceptio termini communis collectiui distributi, vt totus populus est in Ecclesia, omnes apostoli Dei sunt duodecim.

### Lectio prima.

POST QUAM quidditatem, & accidentia propositionis expandimus, aptè hoc in loca munia, officiaq; aliquot differemus: quæ in ea termini simplices exequentur. s. suppositionem, ampliationem, restrictionem. Quod & ad perfectiorem eiusdem propositionis notitiam non parum conducet. Nosse sane quid nan faciant? Et quomodo eius partes se habeant? Dum tamen in hoc tractatu modus iam diu ab omnibus exoptatus adhibeatur. Solet nāq; hic paruorum logicalium materia tot sophismatis velut cōdenia tenebrarum caligine offuscari, & inuolui, tot regulis subtilibus, ac inanibus distinctionibus intricari, vt nulla eius substantia nulla species appareat resplendeat ve, ita his aculeis tam spinosis, & scriptulis adeo infestis, fit inaccessibilis, vt eddatur & iam intellectui inuisa atq; inuisibilis. Dabo operam faxit Deus vt tanto clarius per nos tradatur, quanto hactenus confusè, & diffusè tradita est, & quantum scimus ad omnes vbiq; artes eorum notitiā prodesse. Igitur suppositio est acceptio termini pro aliquo. Nam cum termini humanitus inuenti, ac impositi sint, vt homines illis se se mutuo cōmunicarent. Quæ communicatio est quædam rerum diuersarum tractatio, siue earum quas appetimus, & inquiremus, siue earum, quas cognoscimus, siue à nobis gestarum, præsentium, præteritarum, futurarum. Constat ideo nos terminis significacionem



tionem accommodare, vt loco rerum de quibus sermocinamur, eos substituamus. Quod Attico suo stilo Aristotiles explicuit dicens: quia res nobiscum ducere non possumus, vt mur terminis pro rebus. Hæc ergo termini pro suo significato substitutio (vt ipsa etiam eiusdem nominis ethimologia præsert) est eius suppositio. Scilicet vt nos cum de rebus quicquam enunciare volumus, loco illarum terminos supponimus. Siquis de equo prædicat, quod hinnit: vocem equus eius loco in oratione locat, & pro dicenda proprietate verbum hinnit. Ecce quo pacto termini capiuntur pro rebus, & subseruiunt. At vero huiusmodi substitutio debet esse regularis, & quadam rationis forma exercita, non temeraria, & voluntaria. Primo terminus non pro re quacunque indifferenter: sed vel pro se, vel pro suo significato. Vt homo non pro leone, sed pro homine: leo non pro elephante sed pro leone. Secundo cum eundem terminum plura significata inæqualiter importare contingat, per regulas traditas, vel tradendas eius suppositio cognoscenda est. Nam modo haud monstramus, pro quo speciatim supponat: sed quid sit supponere. In æquiuocis dictum est analogum per se sumtū stare pro famoso ri significato. Hic stadii modus est ista suppositio, de qua nunc loquimur. Et stare pro famoso ri significato est, pro principali, supponere: quod in hoc capite repetemus. Sed est quaestio digna agitu: quando terminus accipitur, vt quomodo quoties illum proferimus, an in propositione solum? Et certè re oculatius inspecta non supponit terminus nisi in propositione. Nam substituere est, vt vnus agat quod alter acturus erat: vnde non substituitur terminus ad rem significandam: vt pote quod ipsa res non erat factura, videlicet sese significare: sed substituitur profecto cum de illa aliquid, vel eam de aliquo dicere volumus. Tunc enim si res præsens foret, & aptè collocari posset, nostro in sermone collocanda erat: sed quia abest, & ad sermonem conflandum penitus est inhabilis: termini substituantur. Igitur tantum in propositione exactè supponunt, in qua dumtaxat fit prædicatio. Extra significabit quidem terminus rem, seu cum eam nominamus, aut vocamus: at supponere minime poterit. Sed hoc supposito vltius inquiritur, an quoties inseritur propositioni, supponat? Et exadem radice quibus nullo negotio colliget, solum substi-

tui, quando iuxta exigentiam copulæ res existit. Nam nemo substituitur proprie pro eo quod non est. Quia ex quo corrumpitur: subrogatio cessat. Vnde si quis dicat, Adam est, propositio quidem est, sed res significata non est, cuius vice Adam ibi supponebatur: & ideo non supponit. At si diceres Adam fuit certè capitur: vt pote re iuxta copulam existente præterita: cum constet Adam præterisse. Hinc patet propositiones frequenter inueniri de subiecto, vel prædicato non supponentibus. Quod quantum, & quando sit defectus constabit inferius. Suppositio igitur est acceptio termini pro aliquo, de quo verificatur. In qua dictione (quod dudum diserebamus) s. vt res existat iuxta exigentiam verbi continetur. Hoc enim opus est ad hoc quod verificetur. Quæ verificatio cum ab omnibus nemine discrepante exigatur, liquet, non posse nisi in propositione terminum supponere. Non in alia oratione quantumcumque perfecta, tantum abest, vt solitarius supponat. Eni numero nusquam verbum exigentiam habet nisi verbum propositionis. Alias dic mihi quæso huius orationis verbum, vtinam essem doctus, quam exigentiam habet? Quo modo secundum eam res s. doctus correspondeat. Nū debet iā existere, aut futurus esse? præterea nullus terminus verificatur nisi in propositione, est enim verificari vere affirmari. Igitur si exigentia & verificatio exiguntur (quæ solum modo in propositione reperiuntur) liquet quod termini sola in propositione supponunt? Hæc autem necessitas rei existentis iuxta exigentiam copulæ in ipsa suppositionis natura fundatur. Est enim substitui terminum pro re: vnde par iudicium de suppositione vocis ferendum est, ac de rei collocatione ferretur. Quando vero res iuxta verbum non existit, etiam si foret in oratione ponibilis, tunc non collocaretur, ergo nec signum eius tunc substitui celandum est, cum suum significatum non supponat. Secundo suo modo extrema realia extremis propositionis correspondent. Nam originaliter (vt in prædicamentis videbimus) est in rebus significatis propositio. Vnde quando in re extrema non correspondent: significat quidem termini, haud tamen supponunt. Sed magno ingenio opus est, hanc exigentiam semper dignoscere. Quid s. sit vna quæq; , & qualis: vt in omnibus terminorum suppositiones nosse, possimus. Aliqui exponunt breuiter exigentiam



## Liber secundus

tiam verbi esse, vt res iuxta differentiam tēporis verbo importatam existat: sed non sufficienter dicitur. Primo quia differentia allatae sunt tantum tres: dialectici (vt exponemus) vtuntur quinque: & censent secundum illas res existere. Vt in hac intelligo chimeram, accusatiuus supponit: tametsi differentia sit temporis praesentis: iuxta quam nullatenus chimera existit. Igitur melius, & clarius dicemus, verbi exigentiam ex suo significato colligi. Quae est quidem, vt res existat, secundum quod requiritur, vt verbum illi competat. Verbi gratia vt subiectum huius homo currit supponat, necessario debet viuere, quia non potest currere, nisi viuat. Et idem est in omnibus fere verbis adiectiuis, quorum actiones importatae vt in plurimum rem esse prosupponunt. Et in substantiuo maxime de secundo adiacente, vt leo est, opus est, in rerum natura sit: est in hac homo fuit albus, vt fuerit. Hac enim est verbi praeteriti, vel futuri exigentia. Quia non solum fuerunt qui iam praeterierunt, sed & praesentibus multa vcre enuntiamus conuenisse. Vnde ante se postulant rem stare, seu stetitisse, praedicatum autem fuisse, vel fore. Ideo ex veris & consuetis modis talem esse horum verborum exigentiam colligimus. Sed si dicas homo potest disputare, sat est, vt possit existere. Siquidem & de homine nondum genito asserimus, multa posse. s. magnam esse philosophum, strenuum ducem. Quinimo in hac Adā potest ambulare, tam verbum quam subiectum supponunt. etiam si fingeremus, resurrectionem non esse futuram. Quia non est sensus quod poterit deinceps cursum exercere: sed quod eius naturae insit haec potentia: siue res praeterierit, siue futura fuerit. Diximus supponere, & subiectum, & verbum ambulare quia copula penesquam in his modalibus suppositio penanda est, non est iam verbum, sed modus potest, possibiliter, & similes. Et in hac homo possibiliter disputat, non est de praesenti disputatione sermo, sed de possibili. Ideo si disputatio esse potest, illic disputat, supponit. Et quemadmodum supponunt nonnunquam termini in ordine ad modos verbis relictis: ita etiam quandoque in ordine ad nomina. Vt Ante Christus est generabilis. Qui vt supponat, necesse est, non existat. Nam quod iam est, ingenerabile est. Habent hoc plurima nomina definitia in bile. Vt correptibile, generabile, amabile, intelligibile: nempe vt non dicantur

semper de existentibus: sed de possibilibus & in hac, Petrus contingenter disputat, cum contingens sit, quod potest esse, & potest non esse, constat eandem esse. s. potens, & contingens exigentiam. At vero in hac, Petrus aedificat domum, Paulus consuit calceos, non est opus certe domus, vel calcei sint: quia si forent, non fierent. Nec in his Petrus moritur: domus corrui. Sat est prioribus orationibus, modo praedicata fiant, & sint in sui productione: in posterioribus in corruptione. Verum accusatiuus huius intelligo chimeram, haud est necesse, existat: cum probe etiam intelligatur, etiam quod non existit. Intelligens quidem debet esse: quonia si non vixerit: non intelliget: sed res intellecta sufficit intellectui correspondere. Nec est similis ista, video parietem. Quia sensus non perinde, ac intellectus in non entia, & apparentia fertur: sed tantum (vt Cicero dicit officio. 1.) ad id quod adest, quodque praesens est se accommodat. Demum in his omnibus fingo chimeram, imaginor montes aureos, vellem esse Angelus, hircoceruus significat monstrum: supponunt accusatiui. Quomodo libet enim se habeant, actiones illis competunt, in illosque transeunt. Quid enim exiges, vt ego quid fingam, quam vt fingam? Et ad significandam vocem quampiam quid impossibile, sat est, imponatur: & quod illa res significetur. Sed est plurimum aduertendum, idem esse iudicium de propositionibus negatiuis, quod de affirmatiuis tulimus. Nempe quod si in affirmatiuis termini supponerent & in negatiuis separiter supponunt, siue haec fuerint vera, siue illa falsa. Vt chimera impossibiliter ambulat: & si vera sit oratio, subiectum non supponit. At hic Petrus non contingenter disputat, (licet sit falsa) supponit. Itaque exigentia modi, vel verbi, vel nominis in negatiuis per affirmatiua cognoscenda est. Quam utrobique oculatissime inspiciendam admonemus: vt dignoscant vtrum termini capiantur. Est autem exigentia exacta (vt distinximus) rem significatam taliter existere, vt ei significatum verbi conueniat, vel modi. Quia tunc solummodo loco rerum significatarum signa substituantur. Quam nimirum viam, & cursum si semel tenemus euidenter scio, mille anfractus, & innumeras ampliacionis regulas euitauimus & vacuas, inanesque reddemus. Sine quibus hac nostra expositione in ipsamet & definitione optime omnes suppositiones terminorum



norum saluamus. Quòd est forma, & ars plurimum ingeniosa. Sed supposito terminos in sola propositione supponere, & quòdo: de adiectiuis inter antiquos ac recetiores fortiter dimicatur: vtrum aliquando supponant? Antiqui vt terminus supponat, exigunt ista, quæ hucusq; expositione protendimus, & in super quòd afferat secum suum suppositum. Quo ex gràmatica nomina adiectiua adiectiue tenta carere patet. Sic pro comperto arbitrabantur, ea non supponere. Et suppositio nem definiunt esse acceptionem termini substantiui. Neoterici videtes rem signatam iuxta verbi exigentiam existere, & sæpe talia nomina de alijs enunciari: putant, citra ambiguitatem pro suo significato accipi. Et certè nõ video, cur ipsorum sententia non sit nobis in præsentiarum amplexanda. Quia si suppositio est substituere signum vice signati: profecto loco accidentis in prædicatione adiectiuum, subrogatur. Qua de causa nullã modificationẽ termino in definitione adiecimus, quemadmodum illi adijciunt.

¶ H A E C S V P P O S I T I O multipliciter ordine quodã & descẽsu proceditur. Primo penes rem importatam. Secundo penes terminum importantem: tertio penes signũ, quo terminus modificatur. Hæc enim termino vel intrinseca, vel coniuncta videntur. Primo ergo suppositio alia est materialis, alia formalis. Siquidem & termini prose in oratione ponuntur: quod ex eorum materiæ aptitudine prouenit, vt pote ad conflandas propositiones apta. Cum ergo de ipsis terminis crebrò multa enunciemus, & ipsi possint propositionem intrare: frustra alios eorum loco substituemus. Etenim si res ipsæ (quarum sunt signa) orationem componere possent, res profecto, nõ terminos in oratione poneremus. Ignauiter enim & pigrè cum negotiũ gerere possis, alteri gerendum committis. Quando autem terminus per se supponat, perfacile est ex sensu propositionis colligere. Nam quando non de re, sed de nomine loquimur, constat pro se collocari: vt homo est nomen: mus est vox. Signis quoq; materialitatis dignoscitur: vt iste terminus, leo, hoc nomen, hæc dictio, & id charatèr: ly: est signum materiale: vt cui copulatur, materialiter supponat. Suppositio autem pro re significata, vt homo currit: cũ significatio sit forma termini congruè dicitur formalis. Sed vt hæc significatio in termino, primo in propriam, &

impropriam secabatur (vt primo, & secundo terminorũ capitibus vidimus) suppositio pari forma multiplicatur: videlicet vt alia sit propria, alia impropria. Hæc est acceptio termini pro eo quod improprie significat, vt homo pro effigie, nomen inuentoris pro re inuenta, vt nomẽ Cereris, & Bacchi pro esca & vino, nomen fructus, & prouentus, pro tempore quo maturescit. Li rideo pro floriditate præti. Diximus enim loco præfato sæpe terminum aliud à proprio significato referre propter similitudinem cum illo, vel aliquam affinitatem, vel attributionẽ. Idem dicimus modo de suppositione. At considerato, non esse generale vt omnis analogus improprie pro significato minus principali supponat: siquidem ens proprie pro Deo, & creaturis supponit, quia proprie vtrumq; significat, tamen si Deus eius princeps significatũ existat. Quinimo & accidens proprie illo nomine significatur, quod licet nõ sit absolute ens, est proprie ens, vt pote verè naturã entis habens.

¶ R V R S V S cõsiderato, quòd has significationes, seu suppositiones improprias gràmatici tropos, seu figuras, appellat Rhetores schemata, sed rem superficiali etenus meditantibus, & ad pauca (vt dixit Arist.) respicientes, nõ vniuersaliter profecto cuncta rimates. Nã & si aliqua in parte hæc duo suppositio impropria, & figurata coincidunt, tamen non raro differunt. Enimvero nec omnis impropria est figura, nec omnis tropus impropria. Primo sanũ supponit improprie pro medicina, & vrina, & nulla prorsus figura est, vt nomen signati pro signo, aut nomẽ causæ pro effectu, accipiatur, & cõuerso suppositio Antonomatica est tropus, sed propriissima. Est autẽ Antonomasia quòdo nomẽ cõmune pro indiuiduo omniũ, quæ importatur, dignissimo summitur: vt seruator pro christo, Apostolus pro paullo, virgo, p deipara, orator apud græcos, pro Demosthene, apud nos p Cicerone, Antonomaticè vsurpatur: vt Pontifex pro Romano Põtifice: qui pontificia potestate cunctis orbis pontificibus antecellit, omnibus diuinitus prælatus. Philosophus pro Aristotele qui iã diu sine cõtrouersia omniũ philosophorũ primas obtinuit. Sapiens pro Salomone cui plusquã omnibus mortalibus maior rerũ notitia: atq; etiã clarior, diuinitus concessa est. Et tñ hæc nominatiuè improprie pro illis supponunt. Perpède quantũ illa duo distet. Quin figurata suppositio sæpe nõ in significatione impropria



## Liber secundus

ad huc fundatur. Cum frequenter poetæ vocabula pro ea re quam nullatenus significat, vsurpent. Terēt: sine Cerere, & Baccho friget Venus. Ceres, & Bacchus, vinū, panēq, denotat, quod nō significat, sed illorum inuētores vt euidenter in antiphrasi constat. s. quando nomen pro opposito sui significati capitur: vt lātū pro morte qua nīgil tristius: parca à parcendo quæ nemini parcant. Et quis vnquam probat cuncta nomina nec improprie significare semper contrarium eius, ad quod repræsentandum imposita fuere? & tamen indifferēter in omnibus poetæ ista figura vtuntur, si id carminis mensura, vel pulchritudo narrationis expostulet. Sed est argumentū quod cum omnis suppositio sit propria vel impropria, quæ ambæ penes significationem colliguntur, sequitur antiphrasis pro suo vtcumq; signato supponat. Respondere profecto non video, cur quisq; doctus nō possit: haud oportere has poetarum figuras sub nostris suppositionibus adæquate omni ex parte contineri, vt pote irregulares, & quæ sæpe non significationi vocis, sed fictioni annitantur. Vt nō quid narrent, lecturus, sed quid velint narrare, diuinaturus videaris. Vnde sæpe supponūt nec pro proprio, nec pro improprio significato, cū tropus ( vt definit quintilianus ) sit verbi vel sermonis ab propria significatione ad alia cū virtute mutatio, id est, cum sua vtcumq; significatione, & Isidorus, l. i. etymolo. tropi sunt ab propria significatione ad non propriam similitudine. Et denique respōdemus inter eas nonnullas esse proprias, alias improprias, reliquas reductiue ad has species adduci. Nostræ autem definitiones dantur de suppositionibus improprijs, quæ termini significationem sequuntur: quæ scilicet ex significatione pariter impropria oriuntur. Dicere autem sigillatim quot sint sermonis tropi nemini palam non est, quam sit alterius facultatis, s. gramaticæ: tantum abest huius loci materia id exigat. Quod tamē cerno meos prædecessores (nescio ancum fruge) fecisse. Igitur suppositio impropria sic se habet.

### Secunda Lectio.



**D**OPRIA EST ACCEPTIO termini pro eo, quod proprie significat, vt leo, pro leone, gigas pro gigante: disiuncta illico in duas, nempe in simplicē,

& personalem. Pro quarum notitia considerato, terminos principaliter ad significandā naturam, seu speciē in communi impositos fuisse: secundario ad singularia, quæ perpetua generationis, & corruptionis serie oriuntur, & intereūt. Nam si quæsieris, ad quid nam si significandum homo primitus institutus est? nemo vtique respondebit, ad Petrum, vel Paulum: quos patet tempore impositionis nec natos quidem fuisse, & multōminus cognitos. Impositus est indifferēter ad significandum hominem, Naturam scilicet humanam vbiq; reperta foret: que quidem in singulis, & in cunctis reperitur hominibus: ideo secundario illos significat. Hoc ipsum in cæteris communibus terminis verū experimur. Igitur quando pro primario illo significato pro natura, & quidditate, quæ in omnibus sibi subiectis vniuersalis est, suposuerit: tūc est simplex (id est) principalis, & præstans. Quando vero pro ipsis indiuiduis, supponit personaliter. Ista est quam conueniens sic pingui Minerua iuuenes docere, nō subtiliori ingenio scrutari: ne intempestiue propere mus: maxime cum hæc rei distinctio in communem & singularem iam dudum in omniū ore versetur. Quo autem signo in particulari discerni queat, quādo dictio supponit simpliciter: hoc est vniuersale. Quando accipitur pro re subiecta termino secundæ intentionis vel ab illo modificata supponit simpliciter: si propositio est vera: vt homo est species: animal est genus: substantia est prædicamentum: albedo est prædicabilis, & similes. Dixi supponens pro re, & non pro se, quia loquimur de suppositione formali: & quia materialiter quoq; capta sæpe termino secundæ intentionis subiicitur: vt amo est verbum: sed si formaliter capiatur nusquam regula fallit: qua nescio an clarior vnquam in præsentiarum vlla sit constituta. Quid autē sit terminus secundæ intentionis in proprio iam loco quantum fas fuit, insinuauimus. Verū est (quod: & ingenue fateor) nec secundæ intentionis naturam, nec simplicis suppositionis intelligentiam vllus perfecte hac nostra præsentī doctrina assequatur: donec prædicabilia & prædicamēta cognoscat: quæ proinde vehemēs ordinis appetitor nō conor pluribus modo sternere. Præsertim cum suspicer, si conatū adhibere, fore absq; dubio noxiū, incassumq; laborem ijs, quibus



quibus multum tamen prodesse cupio, nedū frustratum?

**¶ A T I N S V P P O S I T I O N E** simplici magna est inter antiquos, & modernos disceptatio, an terminus singularis vnquā simpliciter supponat? His partem affirmatiuam opinantibus, illis contra sequentibus negatiuam. Sed hac in re libētius veteribus subscripsi: quoniam vix, ac ægerrime in singularibus hæc suppositio simplex intelligitur. Nā cum singularis vnū tantum indiuiduum significet, ( si suppositio personalis de indiuiduis est: non potest certē personaliter non supponere terminus, qui nisi indiuidua non significat. Vnde tam euidentis apud priscos erat eum simpliciter non accipi, vt in definitione adderent, acceptionem termini communis, vt singularis abigeretur. Quod nos ( vt par erat ) imitati sumus. Confirmatur hic petrus currit, subiectum supponit pro eo quod primo significat: ergo debebat nunc maximē simpliciter supponere. Quinimo semper sic supponeret: quoties in oratione collocatur, quod nec ipsi neutrici admittunt.

**¶ C O N T R A A R G V I T V R,** I N hac homo currit, subiectū stat pro eo, quod primo significat: quia est analogum, cuius membrum principalius est viuens: cuius vice illic substituitur, & tamen non supponit simpliciter: ergo definitio est nulla. Respondetur, ly primo intelligi, inter propria non impropria significata. Secundo quod cum sit superlatiuum sumitur stricte pro eo, quod primo omnium significat: qualiter singulares existētes non repræsentat, sed naturam communem: pro qua nunc non supponit. Ambabus responsionibus obiectio diluitur.

**¶ S V P P O S I T I O P E R S O N A L I S** subleatur in naturalem, & accidentalem. Quæ diuisio eum præcedentibus ex formali subductis penes rem significatam ( vt cōstat ) colligitur. Pro cuius noticia scito, quod termini communes habent significationem latissimam: vt pote ad significandos omnes impositi si equus equos, leo leones, sidus sidera, vbi cumq;, & quodcumq; fuerint. Et ita significant præteritos, præterentes, futuros & posibles. Haud tamen semper tam extensa est suppositio, sed maior, & minor iuxta sensus, & locutionis exigentiā. Nec si homo significat omnes homines, consequens est, de omnibus semper loquamur: sed quandoque de vno: nōnunquam de pluribus, raro de cun-

ctis. Vt hic homo est decorus, tantum de demonstrato homine: homo sedet, de altero viuentium, homo fuit magnæ vitæ de præteritis, & sic de alijs. Igitur suppositio accidentalis est acceptio termini pro his, quæ termino iuxta exigentiam copulæ respondent. Vt equus velociter currit, dūtaxat capitur pro existentibus, nō pro corruptis vel generādis: hic, leo irruet esterus, sumitur pro præsentibus, vel futuris. Quando vero pro omnibus in vniuersum suis significatis, est suppositio naturalis: quæ tunc significationi exequatur & cum suppositio formalis ex significatione trahat originem, aptè, & merito taliter formalis appellatur naturalis, non extrinsecus restricta, vel coarctata. Ac proinde quadam tenus ratione non artificialis, sed naturalis tametsi alia sit certior huius nomenclaturæ ratio, quam euestigio prodemus. V. g. homo est animal, angelus est spiritus, albedo est color, numerus est quantitas subiecta, & prædicata pro omnibus supponūt: primū pro vniuersis hominibus non pro his, vel illis seorsum, in altera pro omnibus angelis. Et ratio in promptu est: quia & si homines sint in numeri, & in multis differentes, in natura tamē & ea quæ naturam cōmitantur, summa similitudine, qualitateq; conueniunt. Et equi possunt & figura, colore, magnitudine ac portione differre: omnes tamen equi erunt animalia, hinnitibus apta. Quando ergo sermo de rerum naturis ( vbi indiuidua non differunt ) non de accidentibus habetur, tunc cōsonum est rationi, termini pro omnibus supponant: quibus secundum illam materiam æqualiter conueniunt. Si dicas homo currit, in cursu haud omnes coeunt. Nec si homo fuit albus: omnes huius debent esse qualitatis, proinde iure suppositio accidentalis vocatur: quippe cum aliquod accidentale dicitur. Nec poterit tunc talis suppositio adeo generalis esse, vt omnes amplectatur. Vt pote in illo pronunciato differentes. Quando vero de re quiditas, aut sibi naturalia enūciātur ( in quibus vniuersi nemine dempto maxima æqualitate participant ) supponit terminus pro omnibus, quos significat: vt pote quibus opus est illud competat, vel non conueniat. Vnde naturalis ab re totius propositionis significata hæc suppositio nuncupatur. Eninvero, vel natura subiecti, vel naturam consequens significatur. Recolito quod capite verbi dicebamus, absolui scilicet quan-



## Liber secundus

doq; verbum, à tempore, quod erat nō denotare extremorum existentiam, sed tantum prædicatum vnire subiecto. Vt equus est animal. Non est sensus existat nunc equus animal, cum etiam si nullus existeret, vera esset. Veluti & hæc rosa est pulcherrimus flos, in hyeme vera conceditur: quando nulla decorat agrum. Modo intellige in similibus propositionibus terminos naturaliter supponere: talesq; assertiones, vel negationes semper naturales esse. Quæ duo cōiuncta mutuo se perspicaciter exponunt. Siquidem quia verbum huius homo est animal, ab tempore absoluitur: subiectum non solum pro præsentibus, vel præteritis: sed in differenter pro omnibus supponit: & cōtra quia termini supponunt naturaliter pro cunctis: propositio (si semel vera) est perpetua (quod aūt) veritatis. Quia ob rerum corruptionem, mutationem ve: falsa minime reddetur: quæ solet cōtingentes veras falsificare.

¶ **SED IN CONTRARIUM** subiectum huius omnis homo possibiliter disputat, supponit pro omnibus etiam possibilibus, qui nunquam erunt (vt in tertio lib. videmus) & tamen non naturaliter, sed accidentaliter supponit: ergo definitio est nulla. Item in hac Petrus est albus, subiectum summitur pro omnibus, quorum vice fungi potest, & stat accidentaliter solum pro existenti iuxta exigentiam verbi. Ad primum respondetur dupliciter. Primo supponere quidem pro omnibus ratione additi possibiliter, & in ordine ad omnes differentias positive: scilicet pro præsentibus, præteritis, & sic de alijs: vt exponendo virtutem additionis patet. At suppositio naturalis est pro omnibus ratione sui sine vllō prorsus addito nec extensione. Deinde absq; temporum & differentiarum computatione absolute prædicatum vnire subiecto. Ad hæc (vt dudum dicebam) termini communis duplex est significatum primarium, natura videlicet in singularibus reperta, & secundarium ipsa singularia. In suppositione autem naturali pro vtriusque certè supponit, non pro indiuiduis tantum. Vt hic, homo est animal. In accidentali vero supponitur dumtaxat pro indiuiduis etiã si pro omnibus. Vnde in priori stat pro omnibus pro quibus aptus natus est accipi: in posteriori vero pro omnibus singularibus vltra quos vniuersalis natura superest, quæ primario repræsentatur. Hanc doctrinam oportet

tuit his verbis in præsentiarum exprimere, tametsi alias sublimioribus alijs, & philosophiæ prioribus explicari queat. Quo circa velim naturam suppositionis accidentalis dialectici exactius agnoscerent. Nempe quod in his, homo currit, leo sedet, licet tota propositio solum de homine currente dicatur: exigentia tamen verbi (cuius tam frequenter meminimus) non est cursus: vt homo debeat tantum procurrentibus substitui: sed est existentia præsens, & sic pro viuentibus quantum libet quiescentibus imo claudis substituitur, & currit non modo stat pro cursu ab homine exercito: verum pro quibuscumque cursibus, quod in cæteris (quæ gratia exempli adduci poterant) intelligatur. Ad secundam obiectionem respondeo non esse controuersiam, an terminus singularis supponat naturaliter. Vniuersi admittunt vtraq; acceptio inueniri. Sed in singularibus nō colligitur discrimen penes plura vel pauciora significata (cum vnicum solummodo vni uoce sortiat: sed quia illud plurium vices subiit: pro illo scilicet sene, iuvene, viuo, mortuo, genito, ingenito: ita vt nusquam pro illo non supponat. Quando vero accidentaliter capitur, euenire potest, vt non supponat: sumtus vero naturaliter semper pro suo illo significato. Quod illi numquam deest: & quod multorum instar illi est. Vnde in his suppositionibus Petrus est animal, Ioannes est risibilis, subiecta supponunt naturaliter in exemplo vero argumenti accidentaliter.

¶ **CONTRA EANDEM** definitionem arguitur: subiectum huius, homo fuit animal, videtur supponere naturaliter, cum prædicatum sit quidditas eius: & tamen non accipitur pro omnibus, sed pro præsentibus, & præteritis, nullatenus profuturis: ergo. Lis inter dialecticos cōtestatur: an terminus naturaliter supponat, tantum respectu copulæ præsentis. Et meo quidem iudicio (si communis hominum conceptio consulitur) extrinseca copula non est capax, nec secum naturalem suppositionem admittit. Nam fuit, & erunt, insinuant de his tractare: qui vixere vel victuri sunt, præsens vero non præfert hanc sonantiam. Vnde apta est vt solum prædicati cum subiecto compositionem dicat. Qua propter negatur maior argumenti. Sed replicatur, illa propositio semper est vera: ergo termini capiuntur naturaliter. Nam sua deinesse. s. homo est animal, nunquam est



est falsa. Sed respondetur in hac eiusdem se copulam restringere: quæ proinde negatur perpetua: neinpe homo existit animal. Suppositio accidentalis penes terminum diuiditur in communem, & singularem, seu discretam. Sed communis statim in vniuersalem, determinatam, & confusam. Procius diuisionis intelligētia notato. Signa quæ terminos modificant, in eosq; feruntur, esse quadruplicia, relictis particularibus, vt quidam, aliquis, alter, neuter, vterque. Alia vniuersalia affirmatiua absolute, vt omnis, quilibet, alia negatiua, vt non, nullus, nemo, nihil, de quibus dumtaxat in expositione quantitatis propositionis vniuersalis loqui sumus. Hæc namq; possunt vel sola propositionem vniuersalem reddere. Alia sunt mixtæ qualitatis includētia. s. affirmationem, & negationem. Quorum hic nullam memoriam habemus, habituri in quarto libro exactissimam. Alia sunt specialis confusionis nuncupata, vt promitto, requiritur, bis, & similia: nimirum quæ sic terminos confundunt, vt eos immobiles redant & ad propositionis veritatem necessum sit, nulla eorum singularizatio, nulla resolutio fiat. Vt hæc est vera, ad equitadū requiritur equus, quandiu nullum equum ostēderis: quem si monstraueris, pro illo reddetur falsa. Equus enim est sine quo equitare nō possumus: & nullus est sine quo equitare non possumus. Itaq; cum nullus in singulari sit requisitus, ad equitandum summopere equus requiritur. Et hæc bis cantauit missam, si semel & iterum sacrificium obtulit, vera est, & tamen nullam missam constitues, quā identidem celebrauerit. Sunt itaq; illa nomina tam confuse & in communi supponētia vt nefas sit quodlibet suppositum ostendere Proinde hæc signa bis, requiritur, & similia specialis confusionis (id est) maximæ, & insignis confusionis vocitantur. De quibus in tertio lib. nonnulla animaduertemus. His documentis notatis restat diuisio facillimæ intelligentiæ. Nam suppositio vniuersalis est acceptio termini signo vniuersali determinati: intelligitur de vniuersalibus affirmatiuis, vel negatiuis, quæ primo libro exposuimus. Determinata est acceptio termini communis nullo signo, vel signo particulari modificati. Vltima tantum indiget commento. Ergo aduertito vniuersalis signi affirmatiui conditionem esse agere potenter in terminum immediatum illum distribuēdo: debiliter au-

tem in mediatum confundēdo, in quo ab negatiui efficacia, & actione deficit. Quod omnes terminos eiusdem propositionis distribuit: vt nullus homo est leo, tam subiectum, quàm prædicatum supponunt vniuersaliter. At affirmatiuum non item. Nec hic omnis equus est coloratus, prædicatum vniuersaliter sumitur, sed immediatus solummodo distribuitur. Et in mediatum dicitur adiectiuus, & substantiuus in eodem extremo collocati vt omnis homo albus currit, vterq; vniuersaliter capitur: quia reuera quatenus ad acceptionem pro vno, eodemq; simplici computantur: sed mediatum confunditur. Et confundi aliquem terminum est, sic supponere in confuso, vt significatum ostendere non liceat, in quo dūtaxat ab determinata differt. Vt hæc propositio omnis homo est animal, est vera & si protinus ostenderes, quodnam animal omnis sit, redderes illā falsam. Quod enim dares omnem hominem existens? Indeterminata vero licet. Vt homo nō est lapis, vel homo currit. Et vestigio monstrare poteris ille est, qui currit, is qui non est lapis. Suppositio ergo confusa est acceptio termini communis sequentis mediate signum vniuersale affirmatiuum. Non diximus absolute signum vniuersale quoniam negatiuum non confundit, sed indifferēter vtrumq; distribuit, & pro omnibus facit supponant: nisi obstet impedimentum, vel alterius negationis, vel signi, acceptione termini communis quomodolibet capti cum signo specialis confusionis. Proximos enim, & distantes eiusdem orationis confundit. Vt quemadmodum negatio vtroq; distribuit: ita hæc signa ambos confundunt.

¶ SV P P O S I T I O V N I V E R S A L I S in distributiua & collectiua partitur: quæ patentissimè in textu elucet. At vero circa præfata non nullæ obiectiones sunt doctrinam plurimum illustrantes. Primo subiectum huius omnis homo est animal, supponit pro omnibus suis significatis, & tamen nō naturaliter, sed accidentaliter sumitur, vt patet ascendendo ab suppositione distributiua quæ sub accidentali continetur. Circa hoc argumentum notato, inter dialecticos versari quæstionem: an distributio suppositionem naturalem impediatur? & ratio dubitandi est, quod similis suppositio sine distributione loquitur de omnibus. Nusquam ergo distributione opus est. Sed (meo arbitratu) nullatenus impedit. Nā demonstratiui syllogismi



## Liber secundus

fiunt plerumq; ex propositionibus, vbi naturalis suppositio est, & tamē forma syllogismi propositiones vniuersales, exoptulat. Vniuersalitas ergo, & huiusce suppositio nō pugnat, sed propositiones huiusmodi, siue vniuersales, siue indefinitæ vt homo est animal: possunt pro nostra electione dupliciter accipi: aut verbo scilicet ab tempore absoluto, & tunc sumuntur termini naturaliter, aut restringente extrema: & tunc supponunt secundū regulas suppositionis accidentalis. Sed replicas, absoluat copula à tempore: tunc definitio suppositionis distributæ cōuenit illi. Est enim acceptio termini communis signo vniuersali distributi. Respondetur quod in omnibus his diuisionibus, & definitionibus inferioribus intelligitur superius: nempe quod fit suppositio accidentalis. Vt suppositio distributa est acceptio accidentalis termini: per quod similes suppositiones naturales, & aliæ excluduntur. Quod enim in reliquo conueniant, sane vt sit acceptio termini distributi ab signo vniuersali nō inconuenit. Nam ædē prorsus diuisiones, quibus accidentalem partiti sumus, licet & naturalem, & simplicem diuidere (quemadmodū in opusculo argumentorū exequuti sumus.) Vt suppositio naturalis alia cōmunis, alia singularis. Itidem & suppositio simplex rursus communis triplex vniuersalis, determinata, confusa. Sed hic breuitatis causa nunquam doctores nisi hoc membrum secant: quod eius suppositiones forsā frequentiores apud dialecticos, & obscuriores sint.

¶ **CONTRA** suppositionem distributiua. Subiectum huius, nō omnis homo currit supponit determinatē: quia significat aliquem hominem non currere, & tamen modificatur vno, & duobus signis vniuersalibus: ergo. Respondetur, intelligi signo vniuersali non impedito, vel vniuersalibus non impeditis. Negatio aut affirmantis distributionē impedit. Sed quæres, quo pacto hanc suppositionem tam implexam illis signis iudicabis? Certē regula superius præscripta vt. s. perpendas qualiter absq; negatione supponet, & opposita suppositio reddetur: vt quia ablata negatione subiectum distribueretur, prædicatum cōfunderetur, inserta illa subiectum supponit determinate, Prædicatū distributiue. Per hūc modū procedes tutō & certo iudicabis.

¶ **PREDICATVM** huius leo est omne animal, supponit confuse, si suppositio cō-

fusa est non demonstrare illico rem pro qua substituitur: & tamen stat distributē, ergo mēbra coincidunt. Fateor aliquid confusionis, in ea suppositione inueniri, sed non est confusa tantum, quam illic definimus: sed distributa non nihil confusa. Quatenus videlicet non est fas, incunctanter, sine mora eius supposita ostēdere. Quod in suppositione determinata semper, & in ipsa distributa plerumq; licet. Confusa verō tantū est acceptio termini sequentis mediate signum vniuersale affirmans. Quamquam huiusmodi sequella non necessario pronuntiatione, vel situ intelligitur, sed (vt par est) sensu. V. g. animal est omnis homo: si causa elegantia extrema mutatur, & sententia est, omnem hominem existere animal, confuse animal in priori supponit. Sed quæro qua nam specie suppositinis termini huius, tantum homo est animal supponant? dicito de suppositione exponibilium nullā hic mentionem fieri, fiet aut in quarto.

¶ **EX HAC** suppositione distributa emanat quidam locus arguendi celeberrimus. s. à distributo ad nō distributum affirmatiuē, vel negatiuē est bona consequentia. Vt omnis equus currit, ergo equus currit. Homo est omne animal, ergo homo est animal. Itidem in negatiuis: nullus leo est lapis, ergo leo nō est lapis. Nulla capra est arbor, ergo nulla est ista arbor. E contrario vero à non distributo ad distributū semper est defectus. Et idem est in sententia, arguere ab distributione superioris, ad distributionem inferioris. Vt omne animal est sensibile, ergo omnis homo est sensibilis. Et negatiue pariter, albedo non est tēpus, ergo non est mensis. Vnde iste locus solet his verbis referri: ab superiori ad suum inferius cum distributione superioris affirmatiuē, vel negatiuē valet.

¶ **TANDEM** quæritur de relatiuorum gramaticorū suppositione quomodo supponant? Dicendum, quod cum relatiuum sit duplex, aliud reciprocū primitiuae speciei, aliud nō reciprocum primitiuae speciei: vbi & quæ nullatenus sunt reciproca, includuntur: vt ille iste, qui, alter, talis, qualis. Et reciproca deriuatiuae speciei, vt vnus, meus, vester. Primū solum nostras regulas violat. Nam secunda quæcūq; seruant eas, vt hic omnis homo currit & ille disputat, supponit determinatē ille. Hic vero leo sedet, & non ille mouetur distributiue. Reciprocū autē primitiuae speciei omnino supponit sicut suum añs, quot libet, signa



figna cadāt. Vt hic homo nō est ipsemet supponit d̄terminatē. Hic nullus leo est ipsemet distributiue. Et hic omnis equus est ipsemet distributiue, tam intrinsecam in antecedens reciprocationem, & perfectam dependentiā habet: vt non modo in genere, & numero, verum & in suppositione conueniant. In qua resolummodo natura negationis, & signi affirmatiui reciprocatione vincitur, vt nec distribuat negatio, nec confundat affirmans. Præpterea in tantum reciprocum pendet, vt non possit vllō modo (vt videbimus) resolui antequā a s̄s resoluatur: quinimo nullam aliā resolutionem postulat vel admitit, quam ipsammet sui. antecedentis: ita vt simul ac resoluitur antecedens manet vnā relatiuum resolutum.

¶ CVM SCOPVS & intentio dialecticæ sit, veritatem nosse, & vias multiplices de tegendæ veritatis parare, vndecumq; potuerimus debemus regulas huic scopo assequendo vtilis colligere. Ex suppositione autem dimanant duæ primo peripicaces, deinde infallibiles. Et ex regulis totidem loci arguendi. Vt fecunda, & cōmoda intento nostro tibi materia suppositionis viceatur. Prima est, propositio affirmans, vt sit vera, exigit extrema pro eodem, supponāt. Vnde affirmatiua, cuius extrema pro eodem nō supponunt, est falsa. Prima pars eo constat quod cum vnum de alio prædicetur, quinimo vnum sit aliud, necesse est, ambo accipiantur pro eodem. Nā si res forent distinctæ prædicatum, & subiectum secundum exigentiam propositionis: falso vna de alia affirmaretur. Hanc partem regulæ asseruit his verbis Arist. Si A. (inquit) est B. aliquod vnum est A. & B. Vnde hic homo possibiliter est albus, licet sit ethnicus: extrema pro eodem supponunt. Imo secundum exigentiam propositionis sunt idem, vt pote quæ non asserit hominem album, sed possibiliter album. Vnde supponūt ibi pro eodem. Ex quo infero bene semper sequi, hæc propositio est affirmatiua & vera: ergo extrema supponunt pro eodem. Secunda pars verò vt cuius extrema non supponunt, sit falsa. Ex priori patet, quia quod veritas requirebat, non habet. Et pro eodem in præsentiarū habendum est, nō supponere pro eodem, & absolute non supponere. Vnde si falsa est extrema supponentibus, dummodo nō pro eodem. Quanto facilius falsitatis cōvincitur, si ambo extrema, vel alterum, nec pro diuerso sup-

posuerit. Vnde hic est optimus locus arguendi, Hæc propositio est affirmatiua, & extrema nō supponunt, vel saltem alterum extremū ergo est falsa. Tam certus, & regularis apud dialecticos vt pro inuolabili regula vtatur. Est affirmatiua de subiecto vel prædicato nō supponente: ergo est falsa. Et reuera non habet instantiam. Secunda est pro negatiuis. Negatiua cuius extrema, non supponūt pro eodem, vel non supponunt, est vera. Nā quod falsitatem affirmantis parturit, necesse est veritatem negantis pariat. Tunc enim si extrema non sunt idem, verè vnum de alio negabatur. At vero è conuerso non sequitur, supponunt extrema pro eodem, ergo est falsa. Quia hic nullus homo necessario est albus, capiuntur pro eodem, & est vera.

### Lectio Tertia.



¶ VAMQVAM LECTIO nibus præcedentibus totam suppositionis materiam (vt ego arbitror) expādi: nolo neotericorum modi loquendi tam usurpati, atq; iam tã in scholas inuecti tam contor, neglectorq; videri: vt nec ipse meus commentariis meminerim. Præsertim cum si sobriè, & prudēter tractetur, multum utilitatis, & certe perspicuitatis allaturus sit. Solent hi in suppositione, ampliationem, restrictionē, & alienationē ventilare, sed tãteterribia sophismatum colluione & regularum cōgerie doctrinā obruentes, vt obsint potius sua cōfusione bona ingenia hebetādo, quàm nec ad acuendum quicquā conferāt: & cum breuitas, ac resolutio in omni philosophiæ doctrina sit gratissima, in nulla profecto alia, ac in ista modus, & compendium rationabilius adhibenda erant. Vt pote quæ si ad arguendum in summulis utilis sit, vix vllus eius in alijs disciplinis (quarum causa hanc nobis comparamus) vllus, vel cōmoditas est. Quippe propositiones semper simplicis (vt aiunt) copulæ inherentiæ, & suppositionis naturalis tractantibus: vbi nulla restrictio, nulla ampliatio nulla distractio est. Igitur dabo operam deo opitulante eo stilo, & luce harū rerū materias scribere, vt dialecticorum exercitationē iuuent. Ego quidē arte, & ingenio vtēs omnē ampliationis sermonē mea expositione definitionis (si nō fallor) superuacuum reddidi plurimis & verbis, & exemplis patenter ostendens quam vere in his omnibus homo





## Liber secundus

fuit albus, antichristus erit iniquus, Plato possibile docet: intelligo Chimera. Sine vlla prorsus ampliatione, vel eius notitia termini supponerent, imitatus antiquos quibus nec vox ampliationis quā fuit cognita, nec vna usurpata. Fateor nihil secius ingenuè artificium esse, pariter ac eruditum in hac parte modernorum ingenium, si non foret adeo operosum, & diffusum: ne dicam confusum. Igitur tria post suppositionem definiunt. scilicet ampliationem, restrictionem, alienationem. Ampliatio est extensio termini a minori, ad maiorem suppositionem. Restrictio coarctatio termini ab maiori ad minorem suppositionem. Alienatio est distractio termini ab propria ad impropriam suppositionem. Pro quarum intelligentia notato, quod suppositio (vt crebro in superioribus inuimus) licet ex significatione oriatur, est mutabilis, crescit, & decreuit significatione prorsus immutata. Suppositio siquidem est velut termini officium, & obsequium: quod proinde extendere, ac coarctare licebit: prout locutionis materia & necessitas exegerit. Ampliatio autē est extensio: restrictio, coarctatio. Vt cum pro pluribus substituitur, suppositionem dilatam intelligas: cū pro paucis quasi vinciri, & colligari. Quod in eo aptissime restringi vocatur. At quando id contingat: sic veraciter & perspicaciter intelligetur. In suppositione naturali nec restringitur terminus, nec ampliatur: potius in sua naturali ac proinde suppositione debita & velut in statu est. Quemadmodum homo cum ad debitā staturam peruenit. Materialis vero & simplex suppositiones dicuntur immobiles, nec restringibiles. Cuius ratio est quia supponit pro natura: quæ semper est vna, eademque. Vnde in suppositione accidentali & inferioribus sibi hæc variatio reperitur. In qua si terminus absolute sine vlla restrictione respectu copulæ presentis supponit, est status (aiunt) & quasi medium suppositionis: vt pote stans pro presentibus: qui interpretatos atque futuros iacent. Quæ etiam cæterarum suppositionū recta & mensura appellari potest: & ita dialectici loquuntur eam medium constituentes. Nam respectu ampliationis vocant illam minorem: in restrictione maiorem. Ampliatio ergo contingit quando terminus pro presentibus vel præteritis simul: aut pro presentibus vel futuris: aut pro possibilibus sumitur. Vbi manifeste ampliatio resplendet. Quia cum in om-

nibus his pro presentibus supponat (quod suppositionis & quies & status erat) ac vltra denuo pro futuris, præteritis vel possibilibus addatur: constat suppositionem extendi augeri que. Restrictio autem est quando pro præteritis tantum, vel pro futuris dumtaxat, vel quando non pro omnibus existentibus (quæ est absoluta suppositio.) Sed vel pro albis, vel nigris, iustis, sapientibusue vel similibus generibus. Tunc cum respectu illius copulæ deberet pro omnibus sumi: patet eius amplitudinem coarctari, si non pro cunctis, sed pro aliquibus ceterorum sumatur. Ampliatio igitur est extensio termini a minori ad maiorem suppositionem: restrictio coarctatio a maiori (id est) ab media ad minorem.

¶ AD COGNOSCENDAS autem singulas terminorum ampliationes quatuor regulæ statuuntur. Prima est, verbum præteriti ampliat terminos præcedentes, vt stent pro significatis quæ sunt, vel fuerunt, sequentes restringunt pro his, quæ fuerunt. Verbum futuri pari forma ante se ad id, quod est, vel erit, post se, restringit ad id, quod erit. Vt in hac homo fuit niger: subiectum supponit pro hominibus presentibus, vel præteritis, ita vt vt si modo nullus existeret, extitisset tamē, supponit: & si nemo hæcenus vixisset, & nunc recens aliquis crearetur: etiam supponit. Prædicatum supponit dumtaxat pro nigro præterito: ita vt si quid nigrum nunc denuo fieret: pro illo terminus illic non staret. At quando dicimus pro præteritis non eos intelligas solum, qui iam esse desierunt (indifferens enim est modo existat necne, dū extiterit) ve re enim dicimus de sene viuento fuit: tamen si superstes existat. Et idem in presentiarum est præteritum esse & fuisse. Hoc aduertimus: quoniam in alia acceptione huius verbi prætereo, non dicitur præteritum nisi iam corruptum. Secunda regula, hæc nomina, & verba, & aduerbia contingens, contingenter, potest, possibiliter, impossibiliter, ampliant vique ad possible. Vbi est considerandum quod phisicè & realiter sunt duæ differentię temporis, duæ partes illius, præteritum scilicet & futurum: grammaticaliter vero tres, sane illæ, & pretens, sed logicaliter quinque: nempe tres reales, & alie duæ intellectuales, possibile, & imaginabile. Nam multa intelligimus quæ forte toto in æuo non erunt: vt alius orbis cum sit possibile (vt pote creabilis) nusquam tamen creandus est. Ergo cum hæc propositio



positio affirmatiua sit vera, alius mundus est possibilis, & propositio affirmatiua exigat extrema supponant: illa supponunt. Ergo stant non pro presenti, futuro, vel praterito, sed pro possibili. Rursus multa intelligimus quæ sunt impossibilia, vt chimeram. Vnde similitudine cum hæc sint veræ, intelligo chimeram: volo me esse angelum: fingo duas contradictorias veras: & similes: extrema supponunt: sed illa extrema nõ sumuntur nec pro possibilibus: vt pote quæ tantum res imaginabiles significant, ergo necessaria est alia differentia. Vnde dicunt quod hæc verba & nomina significantia actus animæ interiores ampliant terminum ab se rectum ad quinque. Itaque illa regula propositionem affirmatiuam & veram exigere suppositionem extremorum horum terminorum ampliationem ostendit. Alias multas regulas constitunt: sed hæc sunt principales, dummodo casum regi à verbo, seu præcedere copulam, aut lequi intelligas constructione, & sententia, sicut grammatici intelligunt. Qui vbi libet orationis accusatiuus locatus fuerit, dicunt sublequi verbum: non sicut quidam summulistarum neoterici qui secundum situm aut prolationem materialem, has regulas violenter satis intorquent, ac intelligunt. Scilicet vt nec fuit, ampliet nominatiuum si profertur post illud, vt fuit homo iuuenis, nec restringat prædicatum si antefertur. De quo errore statim.

**DE RESTRICTIONIBVS** autem. Omne adiectiuum & substantiuum sumptum à parte eiusdem extremi mutuo se restringunt. Vt omnis homo albus currit, homo solum pro albo supponit, & albus pro albo homine. Omne antecedens restringit relatiuum, vt non supponat nisi pro se. Quamquam improprie hæc determinatio nominatur restrictio. Nam non est capax relatiuum supponere nisi pro suo antecedente: ille tamen terminus restringi censetur qui aptus est pro pluribus supponere. Tertio omnis determinatio restringit suum determinabile, è conuerso verò nunquam. Et ratio in ipsis nominibus manifesta est. Nam determinatio sonat actionem: determinabile passionem, sic rationi consonum est: vt coarctet prior, & coarctetur posterius. Quis autem terminorum sit determinatio, quis determinabile: facile ex sensu dignoscet. Vt hic cuiuslibet hominis equus currit, genitiuus determinat equum: vt si supponat pro pollensis tantum ab homine:

non pro siluestribus. Et hic iste scit theologiam, accusatiuus determinat verbum, vt accipiatur pro peritia theologiæ. Determinationes autem non restringuntur. Nam hæc propositio, Petrus scit omnem scientiam (casu sciat vnã vel alteram) est falsa: & tamē si restringeretur accusatiuus pro scientia scita ab isto, esset vera. Hæc est natura ampliationis & restrictionis quata ego potui claritate enucleata. Alienatio est distractio ab propria ad impropriam significationem: & cum suppositio impropria sit acceptio pro eo, quod improprie significat: idē est dictu ab propria ad impropriam suppositionem. Nam qui distractitur in suppositione, alienatur pariter in significatione. Vt cum homo capitur pro picto, vel cadauere: rideo, pro floriditate, oculus pro intellectu, clavis pro gutture: tunc termini distrahi, & quasi ab propria suppositione abacti in alienam trahi videntur. Nam supponere pro floriditate non erat dictionis rideo, sed huius floriditas: & pro pictura substitui, non erat hominis: sed effigiei. Merito ergo dicuntur alienari (id est) propriam deserere, & alienam exercere. Sed est dignisimum scitu, quādo terminus in propria quid significat, & supponit. Certe (vt ego existimo) hæc est regula vniuersalis. Cum supponit pro eo quod vere naturam significati habet, non distrahitur: cum vero pro eo quod non habet, tunc alienatur. Exempli gratia, albedo habet naturam entis, etiam si non sit perfectum ens: vnde hic: albedo est ens. Prædicatū stat proprie: at imago & cadaver nullo pacto veram humanitatem habet, ideo hic, homo est effigiatus subiectum distrahitur. Verum verba regulæ sunt altamente perpendenda. Nec enim cuique peruium est scire, quid est veram naturam habere. Existimabit quis forsam debere actu talem esse: quod minime tamen exigimus. Siquidem Adam & antichristus: proprie sunt homines: tametsi neuter existat. Quomodo ergo hanc regulam dialecticis calebunt. Accipe facilissimam eius trutinam. Si in suppositione naturali terminus illi rei competierit (etiam si actu significatum non existat) erit proprium, & suppositio propria, non aliena. Sed magnopere aduerte: quod ampliatio, & restrictio intelligitur eius suppositionis, quæ intra cancellos, & ambitum proprii significati iacet. Vnde quātumcumque amplientur termini nunquam distrahuntur. Sed hac doctrina sine cōtrouersia plane dif-



## Liber secundus

serta super est obiectionibus satisfaciamus.  
¶ **PRIMO** si suppositio naturalis est acceptio termini pro omnibus suis significatis, cum hæc sit maxima & suprema termini suppositio, & quantum potest extendatur, cur non erit ampliatio? Respondetur quod cum hic verbum absoluat ab tempore: non queunt extrema in ordine ad plures differentias temporum ampliari & tamen suppositio definitione ampliationis intelligitur in ordine ad plures differentias. Propterea nulla ibi est extensio, quia mensura extensionis est suppositio accidentalis respectu copulæ præsentis temporis, à qua quanto augetur, tanto ampliatur, quanto decrescit, tanto restringitur.

¶ **SECUNDO** in id quod copula præsens est status. In hac homo currit, subiectum supponit pro præteritis, vel supponit pro presentibus. Nam ut totum sit verum, sat est, vna pars sit vera. s. ut pro presentibus: ergo ampliatur: ac proinde in statu non est. Respondetur quod differentie ampliationis in vna, eadēq; oratione disiunctim (si licet loqui libet) exponendæ sunt. Ut homo fuit albus supponit subiectum pro præteritis vel præteritis ita ut reuera supponat pro vtriusque, & pro vno quoque membro leonum. Ut si quis modo viuit pro illo, si nemo viuit, sed vixit, pro illo: si viuunt & vixerunt, pro ambobus.

¶ **TERCIO** arguitur contra primam regulam. In hac propositione homo albus fuit albo prædicato existente non restringitur, quia situ vel prolatione præcedit: & tamen sensu & constructione sequitur: ergo regula est nulla. Hoc in loco multa docent iuniores veritati manifestissime pugnatio: quibus materiam increpandi simul & detrahendi bonarum disciplinarum opicis coloribus præbeant ut merito (etiam si prauæ voluntatis affectu) artem reprehendant: quæ summarum laudum præconia merebatur. Ita literaliter regulam amplectentes, ut si dictio præcedat, licet prædicatum sit, ampliatur solum quod forte ornatus ac elegantie causa antefertur: eodēq; tramite in alijs multis materijs procedunt. Ut in his ad equitandum requiritur equus: bis cantauit missam: nomina confundatur: in his vero equus requiritur ad equitandum: missam bis cantauit, supponant determinate. In hos me hercle omnino quadrat, quod Augusti. lib. de bono contra manicheos, & in manicheos homines sensibus deperditos stomachatur: illud Ioannis primo exponens, & sine ipso factum

est nihil. Nec audienda (inquit) sunt deliramenta hominum, qui nihil hoc in loco aliquid intelligendum putant: quod nihil non aliquid significat. Et ad huiusmodi vanitatem propterea putant cogi posse aliquem: quia nihil in fine positum est sententiæ. Ergo (inquiunt) factum est. Et ideo quia factum est: ipsum nihil aliquid est. Solum enim perdidernnt studio contradicendi. Nec intelligunt nihil interesse: vtrum dicatur sine ipso factum est nihil, aut sine ipso nihil est factum. Hæc ille vbi simul & quam antiquæ sint hæc fatuæ ac extortæ sententiarum expositiones vides, & quæ sapientibus, ac viris doctrina præstantibus semper inuisæ. Aquibus quantum artis sinceritas ac rei veritas absit, palam simplicitas sermonis Aristotelica de oppositione loquentis ostendit. Dico autem (inquit) vniuersaliter enunciare in his, quæ sunt vniuersalia: hoc modo, homo albus est, homo albus non est: pro quibus alia translatio refert, est albus homo, non est albus homo. In quibus ambabus ita iudicat de negatione, ac si proprio situ prolata foret. Sicut homo est albus, homo non est albus. Sic terministæ (quod illarum venia dixerim) ineptiunt: sic bonam, & forsam maiorem summularum partem his nænis contaminant, & talibus regularum expositionibus futilissimis ne dicam fatuis (quas nisi vni sibi intellectus agens non admittit) hanc disciplinam ita inficiunt, ut eius infectus odor omnium philosophorum nares iam operpleuerit. Et ars que olim nemus voluptatis amantissimus: hortus arboribus feracibus confusus: ager floribus odoriferis micans literarum studiosis, philosophisq; amatoribus videbatur: nunc silua inculta his opinionibus quasi sentibus & rubis scatens imo squalens spinarum vepratū effecta est & necesse est iam dialecticis non modo ingenio vigere sed magna memoria polleere, qua futiles tot regulas teneat, quis. s. cum præcederit sensus, quis quando sequitur fiat. Quæ ut falso iuruntur ita sunt inexplicabiles: vix post diuturnum studium memoriæ adhæreant. Ut pote quas suapte natura animus tamquam ad veritatem natus ab se, prope pellit & sensus adeo vero sensu euacuos, ut etiam de glutos semel atq; voratos, scilicet cum dialecticæ studio vacatur, nemo est qui in grauioribus disciplinas positus non modo euomat, verum deludat etiam, irrideatq; horum somnium assertores & nasso vellut subfanans dicat, non delirum est affirmare distincte per



per has propositiones concipi, ad equitandū requiritur equus, & equus requiritur ad equitandum: & per has quilibet equus cuiuslibet hominis currit, & cuiuslibet hominis quilibet equus currit. Quāto satius, & sanctius est, ea doceri in dialectica (quæ ad cæteras philosophiæ partes comparandas addiscitur) quibus homines in illis constituti commode, & grauiter vtantur: non quæ velud figmenta explodant, & quasi ineptias subsanent.

**¶ I G I T V R** vniuersaliter idem est sensus propositionis, vnaq; sententia, eadem suppositio terminorum siue præcedat copulam prædicatum: siue sequatur, non modo cū copula fuerit verbalis, vt Adam omnis homo fuit, vel Adam fuit omnis homo: sed etiam si adverbialis (quæ syncategoricam appellant) vt æquipollent, homo est vel fuit omne sensibile, & homo omne sensibile est, vel fuit. Itaq; non est prolatio artificiosa, aut descriptio inspicienda, sed sensus: & quo loco vnusquisq; terminus constructione ponatur. Et si in illo situ ampliatur, restringitur, vel distribuitur, talis vbi libet orationis collocetur, iudicandus est. Hæc sententia eo manifestissime iudicio meo probatur, quod sic omnes qui sani sunt iudicij, concipiunt: sic veteres, qui candidè, grauitèq; (vt decet) doctrinam tradiderunt, docuere. Secundo quare in hac, homo fuit albus, restringitur prædicatū, nisi quia vis verbi trāsit in illud, & ab eo deriuatur (ampliatio enim, & restrictio verborum ex illorum vi, & exigentia effluit) sed etiam transit in illud quando prolatione præcedit, vt homo albus fuit: ergo eodem modo supponit, eundemq; sensum faciunt. Irridetur certe inter viros probos, ac eruditos, qui diceret non tā exacte in vna, quā in alia deriuari, atq; regi. Confirmatur. Literæ & voces tantū sunt in dictionibus materia: omnis autē ampliatio, & suppositio vnus termini ab altero non potest, esse nisi ex connexionē, & dependentia alterius ab altero. Quæ quidem dependentia ex materia, quæ tantum passiuè se habet, emanare non potest, sed ex forma, scilicet ex significatione: sed eadem est significatio, eadem dependentia, & connectio, siue præcedat, siue sequatur: tantum in situ materiali discrimen est: ergo eadem ampliatio, idemq; effectus sequitur. Ad hæc si intelligo, & significo ampliāt terminos ab se rectos. i. accusatiuos siue præcedāt, siue sequantur vt chimeram ego intelligo, mōtes

aureos fingo: si homo hominem significat, ergo & alij pariter termini ampliānt ampliāt ab se rectos siue anteferantur, siue postponantur. Maior probatur quia illæ propositiones conceduntur veræ. Quæ non admitterentur nisi accusatiui ampliarentur, alias non supponerent. Tertio vrgentissime. Ipsi concedunt consequenter hanc, homo albus fuit, casu incipiat nunc iuuenis albus esse antea niger existēs, quia ampliatur pro albo præsentis, vnde extrema supponunt pro eodem. Sed contra ipsimet fatentur, prædicatum stare formaliter, subiectum materialiter. In hac ergo homo albus fuit, prædicatur albedo, & non tantum suppositum illic inclusum. Quod euidenter etiam conuincitur, cum apud omnes illa prædicatio accidentaliter censeatur. Sed prædicatum illic vnitur subiecto mediante copula præteriti: ergo denotatur necessario albedinem homini cōuenisse. Non enim illic prædicatur absolute fuisse, alias solum, fuit prædicatū foret, & sic destrueretur hypothesis, qua supponimus, albus prædicari, essetq; propositio de secundo adiacente. Restringitur ergo si album in illa propositione, quādo quidem necessario supponit pro albo præterito. Quarto ipsi quoq; opinantur ad veritatem, propositionis de præterito oportere suā de in esse aliquando fuisse veram: ergo de inesse istius homo albus fuit, aliquando vera stetit. Quæ nulla est alia nisi hæc, homo albus est, ac proinde necessario veritas illius propositionis exigit, albedo in præterito competierit. Et ita idem est dictū, homo albus fuit, & fuit albus. Postremo cum apud latinos tam frequens sit verba prolatione & si tu misceri sensu ordinatissime locata, quis nō irridet dicentes referre plurimum vtrum dicas, omnis homo sapiens fuit, vel fuit sapiens, vel Adam omnis homo fuit, aut fuit omnis homo, vtrubi; si sapiens aut homo prædicato. Maxime cum opposita opinio nulla penitus ratione, sed cæca exultimatione fulciatur. Aut enim regulam esse, vt omnis terminus præcedēs copulam ampliatur, subsequens vero restringat, & quod subsequentes signum specialis confusionis, confundantur, antelati vero sint in affectu. Sed quid absurdius; huiusmodi præcedentiam, vel sequellam intelligi situ materiali, non constructione, & deriuatione, cum varius sensus non ex situ, sed ex constructione, & connexionē terminorum pendeat. Si ergo isdem est sensus, eademq; veritas, vel falsitas,



## Libert secundus

falsitas: eadem est utiq; ampliatio, coarctatio, vel confusio. Quanto igitur rationi conformius est, & verosimilius hac ubiq; regulam in omnibus formaliter suscipere. & quid enim insanius, ac stultius in grammatica foret, quam si quis assereret hic, amo ego Deū li, ego, non regi ante verbum, licet proferretur post verbum: vel relatiuum non referre antecedens, si non antecessit, vt quas credis esse has, non sunt veræ nuptiæ. Nec minus in conueniens videtur non restringi prædicatum: quoniam copulam situ præcelsit, vel nõ confundi accusatiuum ab li promitto: in quæ reuera vis verbi transfuit. Ex qua vi, atq; virtute huiusmodi cõfusio oritur. Quare enim in hac, promitto tibi librum, nullum ostendere licet nisi propter naturam promissionis: quæ semper futurum respicit, cum promissum non specificatur. Et ideo si nullum præsenrem dederõ, potero dare ex futuris: quod prorsus manet, etiam si dicas, librum tibi promitto. Et in hac ad equitandum requiritur equus, cur de nullo equo specialiter agitur, nisi quia, sermo tantummodo de conditione equitationis habetur? ad quam quicumq; equus (dummodo sanus sit) sufficit: ideoq; nullus in singulari requisitus est. Quod ad mille alias locutiones extenditur. Vt ad amandum requiritur voluntas: ad incedendū pedes. Sed profecto non minus veræ sunt, voluntas requiritur ad amandum, pedes requiruntur ad ambulandum, & equus requiritur ad equitandum: & tamen isti iuniores omnes has velut falsas negant. Igitur cum fundamentum in his & similibus sit communis modus concipiendi maxime sapientum: qui idem prorsus per ambas propositiones intelligunt: abijcienda est illius regulæ extorsissima, atq; violenta expositio: vt de situ. s. materiali intelligatur.

¶ **QVOD AVTEM** ad negationem attinet: constat manifeste distribuere prædicatum, etiam si antea, collocetur. Nam hæc, homo animal non est, si animal prædicatum est negatiua: ergo negat prædicatum de subiecto. Non potest autem negare, nisi in illud feratur. Si ergo fertur: & ferri est illud distribuere, nisi aliàs impedimentum alterius distributionis sit: sequitur ibi animal distributum manere, si est prædicatum. Et confirmatur, illic absolute negat (vt auribus patet) unde si non negat animal: negabit esse inclusum in copula, Sic esset sensus, quod non exi-

steret. Quod nullatenus concipimus: supposito animal esse prædicatum. Dices quod negatur vnū animal in particulari de homine. Sed replicatur, nec vnū, nec omnia significata possunt negari, nisi terminus significans negatione afficiatur, si ergo cõcipis necessario animal negatum quo pacto illud ad vnum coarctas cum absolute proferatur: ergo negatur absolute animal, sicut absolute ponitur. Deinde in illa propositione nulla est singularizatio animalis, sed illud vnum (quod tu dicis) significatur in confuso, negari autem vnum in confuso est negari omnia: vt hic homo nõ est aliquod vnum animal. Igitur aut animal est pars subiecti, & sic determinate supponit: vel si accipitur vt prædicatum necessario negatur, ac proinde distribuitur. Si quis vero dicat se se velle de homine vnum tantum animal negare: respondeo, quod talis sensus tali propositione non exprimitur, posse tamen alijs verbis exprimi, scilicet his: homo nõ est tale animal in particulari. Velle autem eum sensū illis terminis exprimere est violentiã terminis inferre. Igitur quoad negationem attinet, omne id negat ac destruit, quod cõstructione sequi intelligitur, quomodolibet disponatur: dummodo ab alio signo nõ impediatur. Vnde si arguas hec propositio omnis homo nõ est omne animal est negatiua, vbi prædicatū negatur de subiecto & tamen nõ distribuitur prædicatū (supponit enim cõfuse: quoniam duo signa cadunt in illud.) Respondemus nos nunquam docuisse, quod vniuersaliter negatio negans pariter distribuat. Scimus plurima esse creberrime obstacula. Sed quod generaliter negat & agit in eos terminos, qui eam subsequi constructione apprehenduntur, ita vt hic omnis homo omne animal non est, si animal prædicatum est, supponat etiam confuse: sicut in hac omnis homo nõ est omne animal. In quo à nobis multi ex iunioribus dissentiant opinãtes in illa supponere distributiue & ab negatione non tangi. Igitur vt finem huic ita imponamus deinceps verborum ac nominū ampliatio (quod erat princeps quæstio) ex connexionione ipsorum & dependentia formali expendatur: quantum libet prolatione verba commista sint & trãspõsita. Et ibi terminus iudicetur collocatus vbi constructione collocandus est, etiam si ibidem causa ornatus aut dispositionis non collocetur. Idemq; iudicium feratur de negationis effectu & officio. Quam regulã si post  
hac



hac. Dialectici in sectati fuerint, ausim certo spondere mille mæandros solerter pariter & facile ipsos declinatuos, milleq; anfractus tuto transmeatuos, & viam adueram philosophiam illico stratam apparituram.

¶ **CIRCA** ampliationem ante se ambiguum est vnde manarint. Nam verbum fuit, & erit importat suas differentias: ergo extrema trahunt in ordine ad illas. Respondetur: quod modus loquendi frequens huiusmodi ampliationes docuit. Cōcedimus enim hoc album fuit nigrum, etiam si denuo albesceret: vbi supponit pro præsenti: & hic senex fuit robustus iuuenis, pariter stat pro se ne præsenti. Ad argumentum fatemur differentias peculiare referre: in ordine ad quas trahunt extrema: verum id nihil aliud est quam prædicatum subiecto pro tempore præterito iungi, quod semper fit. Nā licet subiectum pro præsenti sumatur: prædicatum notatur illi adhæsissē. Itaque semper exigitur vnum extremum fuerit alterum. Quocirca si recens subiectum fiat prædicatum, non affirmatur, fuit: etiam si subiectum supponat pro præsens. Vt omnis homo fuit albus, vel albus fuit. Quia ad eius veritatem opus est albedo conuenerit. Itaque oportuit subiecta pro præsens ampliantur. Vnde solet dici quod illa copula fuit, tamen si præteriti temporis, includit virtualiter præsens, quod vniuersalis conceptio hominum sine disceptione comprobatur. Circa quod duo cōsideranda sunt. Primum si subiectum fuerit terminus connotatiuus: pari ratione quo ad vtiumq; signatum materiale. s. & formale ampliat. Vt sapiens fuit ignarus extenditur pro sapiente existenti vel præterito. Et ratio est comperta. Quia cum ampliatio termini sit ampliatio significati, vnica ampliatione par est signum & signatum extendantur. Signatum autē est vtiumq; s. materiale atq; formale: ergo vtiumq; ampliat. Secundum est, idem esse intelligendum de participijs & gerundijs: quod de verbis. Vt pote naturam verborum participantibus. Nempe quod participium præteriti ampliat ante se ad id quod est, vel fuit: post se restringit. Vt Petrus est amatus à patre, Petro & patre mortuo est propositio vera. Futuri vero ad id quod est, vel erit. Vt anti christus prædicaturus est contra Christum.

¶ **SED DVBIUM** speciale est de sensu & significatione huius mortuus, in hac Pe

trus est mortuus, vbi non videtur subiectum (si vera est propositio) posse supponere: cum necesse sit, nec viuat, nec sit. Dicendum est hoc participium sicut cætera dupliciter capi: nominaliter. s. & participialiter. Hoc pacto habent duo, primo ampliant ad id, quod est, vel fuit (vt dudum de omnibus constituebamus) secundo significat quod obiit mortem, quidquid postea euenerit: siue manserit ex animis, siue mortuus ad vitam redierit. Vnde de Christo domino (qui vt verus homo vere inclinato capite patri tradidit spiritū, qui modo regnat in orbe viuus) proprie ac, vere dicimus passus est, mortuus est, sepultus est: & si postea (vt ante dixerat) resumpserit animā. Et de omnibus iustis post vniuersalem corporū resurrectionem: dicemus ite mortui sunt (id est) amisserunt vitam: etiam si degant tunc fœlicissimi. Quo circa subiectum huius Petrus est mortuus: duplici ex capite, supponitur, sane & quia ampliat ad præsens vel præteritū (& re vera stetit) & quia nō significatur modo non existere, sed quandoque non extitisse. Nominaliter vero primo non ampliat: deinde significat quod vixit & modo non viuat, sed actu careat vita secundum copulam, cui coniungitur. De saluatore dicemus vere nunc: fuit mortuus, nominaliter (id est) vixit, & desinit aliquo tempore viuere: sed non asseremus: mortuus est (id est) caret vita. Vt pote qui vita est omnium nostrum amplius nunquam moritura. Sed tunc quæres an sic acceptum affirmetur de homine nunc mortuo: vt Ioannes est mortuus. Tunc enim argumentum currit quod subiectum non supponit si (vt diximus) non ampliat. Nam si ampliaret: prespicua foret extremorum suppositio. Primo quidem de cadauere vere nemini dubium est verificari mediante illa copula est. Et cum li homo improprie supponat pro cadauere potest vere dici homo vel hic homo est mortuus. Sed si sumatur proprie pro eo, qui vixit: dico quod mortuum esse est re vera non esse. Sicut cæcum esse, non est quid esse: sed quid nō esse: viliū scilicet non habere. Vnde in re propositio est negatiua: & ideo suppositionem extremorum non exigit secundum quod isti iuniores suppositionis exigentiam & naturam explicant. s. vt res significata existat. Quia vt nos explicuimus (constat) existere & supponere secundum exigentiam propositionis sane que est vt non viuat. Sed quoniam in  
forma



## Liber secundus

forma & specie est affirmatiua. Dicim⁹: quòd li est illic non dicit existentiam extremorū, sed compositionem veritatis, sicut in hac cæcitas est. Idem aliqua ex parte dicendum est de hoc participio præteritus. Quòd participialiter sumitur pro eo quod præterit, siue modo maneat, siue corruptum sit: nominaliter vero includit vt modo nō sit. Sed de priori plurimum aduertendum est: quòd cū mors sit quædam priuatio & negatio vitæ (non enim mors aut mortuū esse est desinere quomodolibet esse, vt desinere esse infirmū, aut regem, aut sapientem, sed amittere realiter vitam. Vnde in eodem sensu omnis modificatio, si quæ adiecta est, accipitur vt mortu⁹ est Parritjs, id est, Parritius amisit vitam, egit illic vltimum diem iuæ vitæ. Vnde pudet hic aliquot propositiones absurdas a modernis concessas referre & nonnullos sensus ita fatuos & intellectus integritati aduersos: vt verius ipsi mortui sint veritatis vita. Quos multo conducibilius est nostrorum dialeticorū honori sub toto telluris pondere humare, ac velut caducauera sepellire, quā nec anathematizatos relatione prodere.

**I N H I S R E G V L I S** duo dubiola discutienda, superiunt. Primum est quonam pacto terminus singularis (qui vnicum tantum significatum sortitur, & vnicam significationem inextensibilem) ampliatur: cuius suppositio crescere aut deprimi nequit. Et difficultas augetur. Quia hic, Petrus erit logicus: nō aparet quo modo pro futuro sumatur. Cum si non est, nomen non habeat. Discrimen est in acquisitione nominis communis & singularis: quòd priora omnibus & singulis ab principio sunt imposita, ita vt absq; noua impositione quā primum quis naturam hominis adipiscitur, vel possit habere, protinus sibi cōpetit nomē homo. Singularia vero cum vnū tantum significant, opus est singulis recenti constitutione imponātur. Imponi autem nō queunt nisi ipsæ res cognoscantur, cognosci vero à nobis minime possunt prius quam existant (Deus enim solus est qui vocat ea, quæ non sunt, nominibus proprijs, tamquam ea quæ sunt) Sed his non obstantibus nihil inconuenit quominus de facto singulares termini ad præteritū & futurum ampliari queāt & de se ad omnia esse amplabiles, licet deper accidens quandoque fieri non possit. Agit ad idem quod superius de suppositione naturali similium disseruimus.

¶ **S E C V M D V M** dubium est de istis ampliationibus & restrictionibus cōmixtis. Vt omnis equus, qui currit, erit albus: aut omnis qui fuit albus, conuertetur in nigrum: omnis homo ethiops fuit pallidus. Vbi subiectū restringitur ab copula implicationis, & ampliatur ab verbo principali. Idem de modo possibili vt homo qui viuit, possibiliter disputat. Solent dialectici in huius dubij explicatione multa verba prodigere: cum resolutio sit plana. Nam cum regulæ ampliationis communiconceptione colligantur, secundum eam dicendum est: quòd restrictio nominis adiectiui, & cuiuslibet similis ampliatur ab verbo vt homo albus fuit, omne velociter currēs possibiliter sedet: totum subiectum supponit pro homine albo etiam præterito, & pro omni velociter currenti possibili. At copula implicationis non ampliatur, ab alia copula: qui nimo eius exigentia ampliationem impedit eius termini, cui adiūgitur. Vt homo qui est, possibiliter ægrotat, supponit tātum pro præsentis: & in hac, omne quod fuit, est subiectum ampliatur pro omni eo quod fuit, & pro eo distribuitur. Et sic est falsa. Idemque censendum est de copula siue inseratur subiecto, siue locetur à parte prædicati dummodo referat subiectum. Idem est sensus omnis homo currit, qui est albus, & omnis homo qui est albus: currit: dummodo li qui currit in priori, vt copula implicationis accipiatur. Quia si vt distinctum pronunciatū accipitur (cōstat) diuersos sensus efficere. Et cum eadem interpretatione idem equipollet omnis propositio est vera, cuius contradictoria est falsa, & omnis propositio cuius contradictoria est falsa, est vera: tametsi multi id inter eas discrimen constituent, quòd prima est falsa, & secunda vera, ob id quòd in prima cum li propositio restrictionem non habeat, pro omnibus supponit, & tamen falsum est omnes veras existere. Sed pape possit vir eruditus vltus per illam totam propositionem ita concipere, nempe quòd omnis absolute sit vera, cum ipsa tantum asserat eas omnes veras esse, quarum contradictoriæ fuerint falsæ.

¶ **H I C** superest discutienda ampliatio modalium: sed proprium locum habet in. 3. lib. Adhæc de ampliacione ad quinque, quā in his nominibus constituunt significo, intelligo, fingo, imaginabile, intellegibile & similibus aduerbijs: verum tamquam multum imaginabilis doctrina visa est mihi apta, vt in opusculo  
argu-



argumentorum ventiletur.

EX HAC ampliacionis, ac restrictionis materia promanarunt inter dialecticos quidam loci arguendi nec numero pauci, nec robore firmi, nec intelligentia faciles, tametsi admodum celebres, & in quibus tutadis plurimum operis, ac ingenij præstant, qui sophistissimi nunc videri cupiunt. Verum in argumentorum tractatu existimo appertissime multis, ac efficacibus argumentis ostensum: quã hæ consequentiarum sedes quassatæ, ac fractæ sint, quã vacillantes, quibus quoduis argumentum adnitatur, nisi aliunde aut vires, aut fulcimentum habeat, quã patenter ruinã minetur. Quã ex causa vniuersos hinc ex composito præcidimus, ibiq; inseruimus. quippe vbi fusa eorum instabilitatem, infirmitatẽ, innanitatẽq; apte detegere, potuim9. Et nihilominus has duas tam ampliacionis, quam restrictionis regulas interim iudicovtiles: quã defectum argumenti ex ampliacione varia antecedentis, & consequentis demonstrant. Prima est ab amplo ad non amplum sine distributione ampli, numquam nec affirmatiuẽ, nec negatiuẽ sequitur. Vt homo potest currere: ergo homo, qui est, potest currere. Instatur si viuens is cruribus careat. Nec itidem valet, aliqua substantia impossibiliter est Deus: ergo substantia quã est, impossibiliter est Deus. Nam si solus existat Deus (vbi ante orbem conditum) instatur. Secunda ab non amplo ad amplũ cum distributione ampli nullibi tenet. Vt equus ambulat, ergo omnis equus potest ambulare. Aliqua substantia non potest esse infinita, ergo nulla substantia. Quã Regulæ ita connectuntur: vt cum primus defectus comittitur, arguendo ex opposito consequentis, ad oppositum antecedentis secundus perpetretur. Totidem necesse est in restrictionibus caueantur. Nam nec valet ab non restricto ad restrictum sine distributione non restricti: neq; ab restricto ad non restrictum cum distributione nõ restricti. Primi exempla sunt isthæc: homo currit: ergo iste homo currit. Negatiue sic, aliquis homo non parit, ergo homo non parit, cum sola in orbe mulier inueniri possit, & parturiẽs. Secundi hæc: aliquis homo est pater, ergo omnis homo est pater. Reliqua loco præfato discussimus.

Cap. 10. De inductione.

TEXTVS.



**I**NDUCTIO (quam vocant ascensum) est argumentatio in qua ex singularibus sufficienter enumeratis inferitur vniuersale: vt iste ignis calefacit, et iste: ergo omnis ignis calefacit. Descensus contra est argumentatio, in qua ex vniuersali inferuntur singulares. Atqui huiusmodi resolutio est duplex, copulatiua & disiunctiua. Copulatiua est inductio, vbi singulares connectuntur mediante coniunctione &. Quã debetur termino supponenti distributiue. Alia est disiunctiua: vbi numerantur particulares illa disiunctione vel, aut alia simili. Quã debetur termino supponenti determinate.

Lectio Vnica.



**I**N SUPERIORIBUS argumentationis naturã enodauerimus: ecce alteram eius speciem. s. inductionem. Atqui speciem argumentandi existere est quemdam specialem modum esse, methodumq; arguendi. Sunt namque plurimi, quorum sparsim ac diffuse dialectica notitiam tradit. Cuius multitudinis causa est diuersa natura rerum & dispar ratio multi-



## Liber secundus

multigenæ veritatis detegendæ. Haud enim vna via, eodemq; tramite cuncta, cognoscimus. Quædam necesse est intellectus discursu apprehendere, vt pote spiritualia, & ab sensibus corporis longissime posita. Quædam experimêto sensu que percipere: quæ oculis ac tactu pertinguntur. Quocirca opus est cû argumentatio sit veritatis inquisitio ac inuentio ) multiformis arguendi modus existat: quibus in procinctu sit dialecticus: vt rei cuiusque conditio exigit, disputationem in ire & rem (vt oportet) scrutari. Inductio ergo est: vt ex singularibus aliquot enumeratis vniuersalis propositio probetur. Vt si quis velet hanc propositionem ostendere: omnis homo est risibilis, vtetur hoc pacto inductione. Iste homo est risibilis, & iste est, & sic quinque, aut sex demonstrando: ergo omnis homo est risibilis. Siquidem cum in vniuersali risibilitas de singulis prædicetur: idonea probatio est ipsa sensibilis ostensio, quam multis singularibus conueniat. Dixi sufficienter enumeratis: non quod omnes sint computandæ: sed quoad suffecerit: vt more humano huius enunciationis fides astruatur. Si omnes singulares enumerandæ forent, non ne id tibi impossibile aut sane difficilimû videretur? quis vniuersos quotquot mortales nunc orbem colunt: digito monstrabit. Deinde & si monstrare quis omnes posset: non prodesset. Si quidê hic magnopere cõsiderandû est: quod vt argumentum sit bonum, necesse est non solum antecedens quomodolibet firmet illatum, sed vt clarius sit, notiusq;. Vnde & apud logicos iudicatur defectus ignotum per ignotius ostendere: tenebras. i. tenebris offundere, atq; augere. Antecedens enim velut quædam lux est, qua consequens cernatur: si ergo in vno vel altero argumento, vitium est antecedens obscurius esse: quanto deformius est vna arguendi species id criminis in sui natura exigit? vt. i. necessario antecedens conclusionem obfuscatius sit. Et necesse est id accidat: si omnes singulares computantur. Quis non fastidiet omnibus attendere? Igitur sufficit vt sufficienter, id est, quantum satis apparuerit, aliquot in medium adducantur: quo vniuersalis veritas elucescat. Est autem singulare duplex aliud absolute: aliud comparative. Simpliciter singularia sunt indiuidua vt iste leo, iste equus, Socrates, Plato: cõparatiue inferiora respectu superiorum. Homo vniuersalis quidem est & ipse terminus

communis, & leo, & elephas: at si animalis amplitudini conferatur velut singularia apparent. Nam quemadmodum Petrus & ille-fonsus sunt hominis supposita & de illis prædicatur: ita hæc vt membra quædam sunt & partes animalis: & ita eius comparatione singularia appellantur. Qua in re indiffinitione li, ex singularibus pro ambobus supponit. Nè pe & pro absolute singularibus (vt in exemplo subiecto splendet) & pro singularibus respectiue. Et sicut hæc argumentatio Ioannes est gressiuus, Mathias est gressiuus itidê & Andreas, ergo omnis homo est gressiuus, est inductio ab singularibus ab vniuersale, progressio: ita hæc, omnis homo est sensibilis, omnis equus est sensibilis, omnis piscis, & omnis volucris: ergo omne animal. Et quot modis ascendimus, possumus & ab superioribus ad inferiora descendere: ab summis capitibus ad infima membra, naturalis instar virtutis: quæ totum corpus (vt Paulus apostolus philosophatur) ascendendo & descendendo versat, mouet, & conseruat. Vt omnis color est qualitas sensibilis: ergo omnis albedo, & omnis viredo, & pallo: rursus omnis homo est erectæ figuræ: ergo Socrates est erectæ figuræ, Aristotiles & Xenophon.

¶ **Q V A E S T I O** est inter modernos iam pridem nimium exagitata, quantum nam sit efficax arguendi modus inductio? fortis ne ac valida, an contra debilis & clauda (haud omnes enim arguendi species æquales vires fortiuntur) Syllogismus si verus existit, & nõ apparens dumtaxat: omnium efficacissimus est: at inductio non ita firma videtur. Ipsam enim eius maceram cutê (vt aiunt) quisquis aspexerit, debilitatem illico non suspicabitur modo, sed cernet. Vt iste homo currit, & iste, & sic quinque aut decem ostendas, ergo omnis homo currit: quæ consequutio est, omnem hominem currere quia decem aut viginti currunt? cum passim contingat nõ tantum decem, sed decem millia, aliquid aut esse aut agere: cæteris nihil tale agentibus. Hoc pacto probares omnes homines esse monachos: omnes coniugatos: cum sint plusquam mille in orbe tales. Inualida ergo hæc ars arguendi detegitur. His & similibus rationibus in summa plurimi persuasi, neq; apparentem inductionem iudicant. Vt pote quæ tam in pelle ægritudinem ferat: nisi pluribus adiectionibus vallata velut cepibus muniatur. Primum censent addendam esse singularibus hanc



hanc particulam & sic de singulis. Vt iste ignis calefacit, & iste calefacit, & sic de singulis, ergo omnis ignis calefacit. Et iste homo est monachus, & iste est monachus, & sic de singulis ergo omnis homo est monachus. Hanc particulam adijciendam fore omnes vbiq; scho- larum sine controuersia admittunt. Quod ipse non multum refragor. Tametsi vellem ego hoc argumentum soluerent. Antecedens debet esse consequente notius. Ergo si id consequens obscurum est omnis ignis calefacit, quomodo & illa adiectio, & sic de singulis, æque dubia non erit? cuius sensus est reliquos pariter calefacere, quæ est ipsiusmet propositionis vniuersalis sententia & assertio: de qua ambigebatur. Sed age in re minima non inmoremur. Ad huc tignum, istud vel trabs non ita iustinet, quin etiã cum illo frequenter ascensus descendisc; labatur. Vt iste homo non currit vel sic de singulis: ergo homo non currit, casu sit solus vnus in orbe, & currat, antecedens est verum signando aliquem non existentem. Opus est (aiunt) vt pancreatice valeat constantia, addatur. Et constantia est quoddam omnium significatorum complexum cum existentie assertionem. Vt iste ignis calefacit, & iste & sic de singulis & isti sunt omnes ignes: ergo omnis ignis calefacit. Prospice quantis inuolucris ac funium nexibus miseram inductionem onorent atq; inglomeret: sed aduerte pariter quæso, quam hebetem sic cõtectam stolidamq; formam arguendi. Ad hæc si ob difficultatẽ singula non enumerabatur, quo ingenio tibi fingis facile omnia monstrare dicendo: & isti sunt omnes aut ignes, aut leones. Sic solent homines & se & alios fallere, dum violatis arguendi legibus pro libito argumenti speciebus contra earum naturam abutuntur. Aristotiles docet inductionem suapte natura præspicacissimam esse atq; efficacem quinimo omnium disciplinarum principium & totius euidentiæ originem. Iuniores tot restrictionibus primo illam obicuiam deinde nulli scientiæ accomodam reddunt. Hominibus (inquit ille) scientia & ars per experientiam euenit, dum ex multis experimentalibus conceptionibus fit vna vniuersalis de singulis æstimationem, atq; iudicium. Vt videre Calliæ tali ægritudine laborati hanc herbam profuisse, Socrati pariter eunden morbum habenti & sic in multis casibus ac euentibus facit, vt colligatur, cunctis huius temperaturæ hominibus talem infirmitatem habentibus eam

herbam profuturam. Quæ nimirum vt iam propositio vniuersalis ad scientiam & artem medicinæ, pertinet. Non vides quo nam pacto ingeniosa inductio artem genuit. Est enim inductio quædam veritatis iuasio per experientia sensibilem collecta. Necessè est ergo sit ipsa lucida, & plana. Vnde semper ego existimaui eam impropria materia efficacem: verum si extra proprios limites egressa vagaretur, necessario non modo illico ægrotaturã, sed vt extra æquora pisces morituram. Materia autem inductionis est propositio de rebus naturalibus loquens, aut de natura rerum artificialium (& vt clarius dicam) vbi termini supponant naturaliter. Deniq; cum triplex sit propositio inmodalibus (vt videbimus) contingens, necessaria, & impossibilis: necessaria est propria materia inductionis: præsertim quæ de rebus naturalibus sit contexta. Quod satis eo probatur: quod his tantum disciplinis & artibus inductio in vtu est, quæ circa rerum naturas cognoscendas vel artificiata construenda versantur. Est namq; talium rerum & propositionum singularis conditio: vt si proprietas enunciata quatuor vel quinque competat, euidens sit competere cunctis. Nam in his quod est speciei, omnibus eius suppositis ac indiuiduis conuenit. Vt quia naturale est homini esse risibilem: si experimur sex aut octo ridere: fas est certo colligere vniuersos risibiles esse. Et si operatio naturalis igni est calefactio, & exemplum in quatuor vel quinque sumimus, euidenter infero omnes generaliter calefacere. Et quia ars de agibilibus est: & propositiones scientiales necessariæ sunt: dixit verissime aristotiles inductionem artis & scientiæ in hominibus esse principium originemq;. In simili materia non est necessaria illa dictio, & sic de singulis, multoq; minus cõstata. Incõtingenti vero huiusce firmitatem non adipiscitur, quam si coneris apponere, circum armis profecto puerum, qui ipso armorum pondere obruitur. Sed quia dialectici vt plurimum his contingentibus digladiantur: præscribenda est illis per nos forma, qua in illis inductione vtantur. Et videor certem mihi eam genuinam ac natiam ex Aristotile decerpere: vbi ait, vtenti inductione, si negata fuerit consequentia, oportere maxime instantiam petere non illationis, sed illati. Igitur probaturus inductione vniuersale ostendat quinque,



## Liber tertius

aut sex singularia, eius ostēdat p̄tinus illud sine alio addito inferens. Et si consequutio infecta fuerit, instantiam consequentis petat ut respondens ignem non calefaciētem, aut hominem non currentem assignet, si probas omnem currere: quippe obstructus iam atq; intricatus assertionis negatæ instantiā adducere. Vt si probes hanc omnis homo est coloratus, hoc pacto, iste est coloratus, & iste, & iste, ergo omnis, & concessio antecedenti, quod ad oculos apparet, negatur vniuersalis tenetur ille, aliquem non coloratum dare. Non est omnino etiam absurdum, si quis in ipso antecedenti eandem postulationem, etiā si præpropere inserat. Hac forma iste est coloratus & iste, & nō dabis quempiam, qui non sit coloratus: ergo omnis est coloratus. Erit quidem summulisticus modus, haud tamen æquè grauis, nec lucidus, ac præcedens. Multo enim clarius foret, si tacita, postulatione illico omnis homo habet colorem inferres. Quæ si ad sensum p̄bata rursus negata est, tunc tempestiuè ac oportune ostēdat ille, petes, non habentem colorem. Quòd si cui placuerit in summulis gratia exercitatio nis hoc additviti: & sic de singulis, nihil in mane iudico id dialecticis concedamus. Dum tamen aduertant qui, literas dialecticales addiscunt, multo cum maiori grauitate, simul & sinceritate, inductione, & nonnullis alijs modis arguendi in philosophia suo tempore fore vtendum. Quibus hic tantisper vel ludi, vel politioris ingenij causa aliquid confusionis permisceri, permittimus. Et dico quòd cū illa additione inductio ad suos proprios effectus est consequentia efficax, sine vlla prorsus cōstantia. Quæ in hac parte est mera chymera. Cur enim eam necessariam existimant, nisi ne in singularibus huius inductionis, iste homo albus non currit, vel iste, vel sic de singulis: ergo homo albus non currit: homines non existentes demonstrantur. Quia ostensis antecedens est verum. s. vna pars disunctiuè per nō suppositionem extremorum, & consequens fallum, casu sit tantū vnus homo albus in orbe, & currat. Igitur ne hi singularizentur, addendum est (inquiunt) & isti sunt omnes homines, quæ obstat, ne ostendantur non viui, vel si eos singularizes sit pariter cum consequente falsa. Sed valde infirma est ratio, cum multo facilius, & verius possis tunc respondere consequentiā esse nullā, vt pote quæ nec ascensus est, nec ab singu-

laribus ad vniuersale processio. Enimvero intelligenda est definitio, ab singularibus proprijs illius vniuersalis procedatur: quæ. s. significantur per terminum, & pro quibus illic supponit. Primo debēt significari. Quia si resoluo hanc homo est albus, non singularizo parietes. Nec sufficit tamen repræsententur: sed in super pro illis ibidem sumatur. Nā singulares huius homo est species non est Petrus est species, vel Paullus est species. Quia & si repræsententur per subiectum, haud tamen ibidem pro illis supponit. Cum ergo ascensus sit à singularibus ipsius vniuersalis propositionis ad eandem vniuersalem, non est opus, aliter similibus fictionibus respondere quam negando esse ascensum. Dices, necessario assignandum esse defectum, cur non sit ascensus: minime gentium, nisi in consequentis substantiam illius loci habentibus. Substantia autem huius inductionis est, vt ab singularibus proprijs talis vniuersalis procedatur. Secundo sufficiens est defectus is per nos assignatus, nempe non procedere à solis proprijs singularibus. Nāquid de isto: iste ignis calefacit & sic de singulis & iste sunt omnes ignes, ergo omnis homo currit. Præterea arguo nemo horum iuniorū est, qui nō sentiat, necessarium omnino fore, vt ab singularibus saltem significatis procedatur: & in casibus præfatis neutiquam singulares illæ significantur. Nam (quod est plurimum aduertendū) inductio nō est primario ab singularibus terminis ad cōmunem, sed ab propositionibus singularibus: nimirum quæ in vniuersali continentur ad eandem vniuersalem. Quod patet, quum ex definitione tradita, tum ex natura cōmuni consequentiæ: quæ primo semper propositionibus compacta est, & ab propositionibus ad propositionem graditur. Et certe in hac omnis homo currit, non continentur hæc, antichristus currit, nec significatur (inquam) Antichristus quidē significatur per subiectum, tota vero propositio nequaquā. Haud fas ergo est, ex similibus singularibus procedere. Ad hæc ista constantia est obscurior deinde habitu, & verificatione difficilior quàm ipsa vniuersalis: ergo naturam inductionis destruit, ac diruit. Scilicet vt sit species conclusionis probatiua. Siquidē difficilius omnia complexim singularia monstrabis, quàm vniuersalem probes.

¶ Igitur quod gratia disputationis dialecticis permittatur, illa dictio est & sit de singulis, qua



qua adiecta ( vt dixi ) inductio, consequutio ad suos effectus proprios gignendos efficax, & valida efficitur. Propij autem effectus ad quos inductio destinatur, sunt, vt veritas propositionis, aut falsitas, aut impossibilitas colligatur, aut collecta & scita manifestetur. Circa quod est considerandum, tot de propositione probari posse, quot sunt eius ( vt narrauimus ) differentiæ. Probatum enim quandoq; vera, nonnunquam falsa, sæpe impossibilis, aliquando necessaria, plerumque contingens. Et sunt variæ species probationum, quibus vnum quodque eorum deprehenditur. Inductio autem non ad omnia vnquam valet, sed ad tria tantum priora, nempe falsitatem, impossibilitatem, ac veritatem detegendam. Et ratio est, quia cum sit ab singularibus ad vniuersale progressio, id de vniuersali per inductionem cognoscemus, in quo cum suis singularibus communicat. Communicat vero hæc dūtaxat tria, ideo ea solummodo inductio de vniuersali venatur. Propositio vniuersalis si vera est, singulares veræ sunt, & e converso si falsa, aut impossibilis itidem. Nō tamen si necessaria, particulares pariter necessariae sunt. Vel si hæc sunt contingentes, maior propositio contingens est. Cum frequenter contingat, propositionem vniuersalem esse necessariam, singulares vero eius contingentes: vt hæc omne ens est, infalibilis est: hæc vero, hoc ens est, & hoc, & sic de alijs contingentes sunt. Igitur inductio est aptissima, vt per experientiam sensibilē veritatem, falsitatem, aut impossibilitatem cognoscamus. Necessitatem vero, aut contingentiam: quæ ex causis pendent sensibus non substernatis, per inductionem male instituti ingenij est ( meo arbitrato ) cognoscere velle. Vtinā hæc doctrinæ planities, simul & veritatis decisio dialecticis cōprobetur, euitabunt certè cymmerias ( quod aiunt ) tenebras, quibus ab hinc quinquaginta annis miserabiliter prædecessores nostri inuoluti, & adglomerati sunt.

**H A E C A V T E M** resolutio ( vt in textu habetur ) ex diuersitate propositionum & in qualitate & in quantitate infertur. Nam est duplex: negatiua. s. & affirmatiua, copulatiua & disiunctiua. Qualis enim, & quanta resoluibilis est, talis & tanta resolutio est, & tales, & tantæ resoluētēs. At qualitate relicta, in qua nulla est opus speciali doctrina: circa quantitatem est aduertendum, quòd termino supponenti determinatè resolutio disiunctiua de

betur. Supponenti vero distributiue copulatiua, cæteris speciebus suppositionis nulla applicatur. Quia discreta singularizari vltra nō potest. Confusa, quam diu talis est ( vt ex definitione illius constat ) non resoluitur. Ordo autem harum duarū resolutionum hic est, vbilibet terminus determinate supposuerit ab eo resolutio exorditur, cæteris pro tunc in suis suppositionibus stantibus, postmodum resoluitur distributus: vt homo nō est albus, subiectum statim vt pote determinate supponens resoluitur, deinde prædicatum, & si hunc ordinem peruerteres, ab prædicato scilicet inchoando determinata subiecti suppositione intermissa, propositionem patenter falsam redderes veram, nam hæc est falsa, homo non est animal, quæ hoc pacto tamē probatur vera, homo non est hoc animal, & homo non est hoc animal, & sic de singulis: ergo homo non est animal. Si quidem omnes singulares antecedentis sunt veræ cum: subiectum illarum disiunctiue resoluatur, & certè dabitur aliquis ab hoc animali differens. Et sensus protinus resolutionis errorē indicat. Nam in vniuersali exprimitur, omnia supposita prædicati remoueri ab aliquo subiecti: in singularibus vero, quòd ab vno subiecti remouetur illud ostensum prædicati. Quando vero omnes supposuerint determinatè, regula generalis est, indifferens esse à quocumq; incipiatur: cuius nullam credo instantiam afferri. Quando vero omnes distributiue determinatione, & determinabili exceptis etiam est indifferens à quo incipias. Quando autem determinatio, & determinabile fuerit: necesse est ab primo incipiatur: vt cuiuslibet hominis quilibet equus non currit, aut non est albus: cum omnes termini vniuersaliter supponant. Licet quidem si sermo de prædicato vel subiecto sit, vtrūlibet statim resolueret. Sed partes subiecti quarū altera est determinatio, altera determinabilis, necesse est ab priori inductio summat exordium. Quamquam vt in tertio lib. videbimus inulto verius & tutius est ab determinatione resolutio incipiat, quomodo libet determinabile vel supponat, vel collocetur. Sed donec huius rationem tradimus: hæc regula teneatur.

¶ **C O N T R A H V N C O R D I N E M** triplici regula expressum omnes simulistarum obiectiones militant. Primo iste est bonus ascensus, omnis homo est hic albus, vel ois est hic albus, & sic de singulis, ergo omnis



## Liber secundus

homo est albus, cum non possit antecedens esse verū, & consequens fallum: & tamen terminus supponens confuse ante distributum resoluitur. Secundo iste est bonus descensus homo non est animal, ergo homo non est hoc animal, & homo non est hoc animal, & sic de singulis, & tamen descendimus sub termino distributo, antequam sub determinato, ergo. Item arguitur de ascensu, nā iste est bonus, hominis iste equus currit, & hominis iste equus currit, & si de singulis, ergo hominis quilibet equus currit: & tamen ascendimus prius sub termino distributo prætermisso determinato, & subdeterminabili relicta determinatione, ergo. Secundo iste est bonus descensus homo non est animal, ergo homo non est hoc animal, & hō nō est hoc animal, & sic de singulis debetur & semper resolutio copulatiua. Et ex aduerso de determinato arguitur, iste est bonus ascensus, iste currit, & iste currit, & sic de singulis, ergo homo currit, vbi copulatiue determinatus resoluitur, igitur.

¶ DISCEPTATIO est inter dialecticos, an vt sit bonus ascensus requiratur, è cōuerso valeat descensus: & (mea sententia) si tuto quis velit procedere, omnino requisitū est. Et ideo statuimus regulas, quæ adeo veræ, ac certæ forent, vt nullum sit in obseruatione periculum, nulla intransgressione securitas. Secundo est aduertendum, dialecticos huius tēporis sponte grauissimum sibi onus imposuisse. Nam proposita illatione fallaciosa ordine faciunt. Primo ostendunt regulā in consecutione violatam, & præter violationem regulæ alium seorsum assignant defectum plerumq; & de se obscurum, & eis verbis contextum, vt propemodum sit in intelligibilis. Ac demum instant consequentiæ, verificant (in quam) antecedens, & falsificant consequens. Vt proposita hac inductione homo non est hoc album, & homo non est hoc album, & sic de singulis: ergo homo non est album: quam constat nullius esse roboris. Dicerent quæssari & infringi regulam ascendendo prius sub termino supponenti distributiue in ordine ad terminum stantem determinatē, & deinde committi defectum ab pluribus determinatis ad vnicam determinatam ar-

guendo. Rem profecto fere inexplicabilem, Quasi ad peccatum consequentiæ non sufficeret, regulam à cunctis approbatam violari. Hoc ergo onere subleuo ego, (si subleuari voluerint deinceps) dialecticos: quibus magnus & certus defectus erit nostræ regulæ transgressio. Vt sufficienter, ac probè se se respondisse putent, si regulam ostendant in cōsequentiā violatam. Hæc autem constitutio eo probatur, quòd cum argumentū deficiat, quia regulam nō seruat, quid opus est, distinctum vitium ab regulæ violatione assignare. Arguunt è contrario isti (quibus nulla probatur vera, nisi obscura, & operosa doctrina) petitio principij videtur: si ego obnitor consequentiæ bonitatem illam regulam nō exigere, respondere ideo esse inuvalidam, quòd non seruetur præceptum. Hoc (inquiunt) est quod inuertere, molimur, superfluum fore præceptum, ac proinde necesse est, distinctū crimen aliquod ab violatione regulæ adducere. Sed nulla certè ob hanc obiectionem necessitas est. Nam quæro, si ego pariter cōtendo defectum parte assignatum esse quoque nullum, & hanc consequentiā non obstante defectu valere. s. homo non est hoc album, & sic de singulis, ergo homo non est album, quem defectum huic consequentiæ excepto præfato assignares: vtique nullum. Petis ergo principium, si asseuerare cōtendas, non tenere, quia argumentamur ab pluribus determinatis, ad vnicam. Igitur quemadmodum existimas, probe ac doctè respondere per istum defectum, existimamus nos, & forte non fallimur: si pro defectu violatio regulæ habeatur. Ex illis ergo tribus sufficiūt duo extrema, nempe regulam referre quæ inferendo violetur, & illationi postmodum instare, videlicet constituere casum: vbi antecedens detur verum, & consequens falsum. His stabilitis respondetur primo argumento, & generaliter omnibus: consequentiās esse nullas, quia ex opposito non valent. Sed priori specialiter dicitur: quòd descensus ille tenet, quia cum posset inferre copulatiuam, à fortiori disiunctiuā: & ascensus secundus valet. Quia inferenda erat vniuersalis, ex qua sequitur illa indefinita. Cæteris iā satis est factum.



## LIBER TERTIVS SVMMVLA

rum Petri Hispanij de oppositionibus, conuer-  
sionibus, & modalibus.



**P**ROPOSITIONUM catho-  
gicarum: quædã  
participãt vtroq;  
termino: vt hõ

est aial, hõ non est aial. Aliæ  
participãt vno tãtũ: vt hõ est  
aial, hõ nõ est lapis. Aliæ vero  
nullo: vt hõ est animal, equus  
non est lapis. Item propositio-  
num participantium vtroq;  
termino. Aliæ participãt secũ-  
dũ eundẽ ordinẽ: vt hõ est a-  
nimal, hõ nõ est animal. Aliæ  
vero ordine conuerso: vt hõ  
est animal, animal est hõ. Itẽ  
propositionum participantũ  
vtroq; termino secũdum eũ-  
dẽ ordinẽ, aliæ sunt cõtradi-  
ctoriæ: aliæ cõtrariæ: aliæ sub-  
contrariæ & aliæ subalternæ.  
Contradictoriæ sunt vniuer-  
sali affirmatiua & particula-  
ris negatiua: vel vniuersali  
negatiua & particularis affir-  
matiua: eiusdem subiecti &  
eiusdem prædicati: vt omnes  
homo est animal, quidam hõ  
non est animal: nullus hõ est

animal: quidã hõ est animal.

**CONTRARIÆ** sunt vniuersales affirmati-  
ua et vniuersalis negatiua eiusdẽ subiecti et eius-  
dẽ prædicati: vt omnis homo est animal, nullus hõ  
est animal. Subcontrariæ sunt particularis affir-  
matiua & particularis negatiua eiusdẽ subiecti  
& eiusdem prædicati: vt quidẽ hõ est animal,  
quidã homo nõ est animal. Subalternæ sunt vni-  
uersalis affirmatiua & particularis affirmati-  
ua: vel vniuersalis negatiua & particularis ne-  
gatiua: eiusdẽ subiecti & eiusdẽ prædicati: vt ois  
homo est animal, quidã homo est animal: nullus  
homo est animal: quidã homo non est animal. Et  
hoc totũ patet in figura sequẽti. Lex siue natu-  
ra cõtradictoriarũ talis est: quòd si vna est vera:  
reliqua est falsa & econtrario. In nulla enim ma-  
teria possunt esse simul vera, aut simul falsa: vt  
omnis hõ est animal, quidam hõ non est animal.  
Lex siue natura contrariarũ talis est: quòd si vna  
est vera reliqua est falsa & nõ econtrario. Pos-  
sunt enim ambæ simul esse falsa in cõtinenti ma-  
teria: vt ois hõ est albus: nullus hõ est albus, om-  
nis homo disputat. In naturali vero materia &  
remota: semper vna est vera & reliqua falsa:  
vt ois hõ est animal, nullus hõ est animal, ois ho-  
mo est lapis, nullus hõ est lapis. Et in materia cõ-  
tingenti de accidẽte inseparabili: vt quilibet cor-  
uus est niger: nullus coruus est niger. Sed illæ quæ  
sunt de accidẽte separabili: possunt ambæ esse fal-  
sæ: vt ois hõ est albus, nullus hõ est albus. Lex siue  
natura subcontrariarum talis est: quòd si vna est  
falsa: reliqua est vera & nõ econtrario. Possunt  
enim ambæ simul esse vera in cõtinenti mate-  
ria: vt quidã hõ est albus: quidã hõ non est albus:  
vnde lex subcontrariarũ contrario modo se ha-  
bet legi contrariarũ. Lex siue natura subalterna-  
rũ talis est, quo si vniuersalis est vera: particula-  
ris erit vera & non econtrario. Potest enim par-  
ticularis esse vera vniuersali existente falsa. Sed  
si particularis est falsa: vniuersalis est falsa: vt  
omnis homo est albus: quidam homo est albus.

Cap. I. Lectio prima.



## Liber tertius



**V**M DIA  
lectica inda-  
gatrix verita-  
tis, & modus  
existat scien-  
di, omnē viā  
nobis sternit  
qua in no-  
titiam veri-  
tatis perue-  
niamus. Mul-  
tipliciter enī  
ad veritatē acceditur, vt pote quæ latissime  
pateat, & cū recto tramite quæritur, illico a-  
dest. Est autem optimus modus veritatis, &  
falsitatis propositionis detegendæ: oculos in  
eius contradictoriā conijcere. Quia necesse  
est, oppositæ prorsus qualitatis in omnibus  
fit. Quoniā id est à natura mentibus nostris  
insitum, vt contradictorias propositiones si-  
mul esse veras non posse, nec falsas perspe-  
ctum habeamus. Cuius causa hic oppositionis  
& contradictionis sermonē inferimus, vt ar-  
tē facile habeamus, qua de cuiusvis obiectæ  
propositionis veritate cito iudicemus. Quam-  
quam & ad arguendum plurimum iuuat, vt  
pote ex quo plures loci argumentandi (vt vi-  
debimus) certi, ac cōstantes exhauriuntur.

¶ **T E X T V S** & si longiusculus est lectio-  
ne, non interpretatione indiget, adeo pla-  
nus, ac verax est. Pro notitia tamen absolu-  
tione notato, Aristotilē his verbis oppositio-  
nē definisse. *s. Oppositio est affirmatio, & ne-  
gatio eiusdem de eodem, non æquiuoce &  
quæcumq; talium determinatiuimus cōtra so-  
phisticas importunitates. Quibus etsi paucis  
(mea sentētia) natura oppositionis iusticien-  
ter exprimitur. Quinimo & his paucioribus.  
Oppositio est affirmatio & negatio eiusdem  
de eodē. Primo altera debet esse affirmatiua,  
altera negatiua (quæ quid sint secundo libro  
expositū reliquimus.) Id solum in hac mate-  
ria adijciendū est, quod cū qualitas proposi-  
tionis penes copulam principalem pensetur,  
hæc tātūmodo in qualitate mutanda est. Nē  
pe vt si in vna affirmetur, in altera negetur,  
cæteris (si quæ fuerint aliæ verbales minus  
principales) intactis relictis, vt homo qui lo-  
quitur, sedet in gymnasio, opponitur huic ho-  
mo qui loquitur, nō sedet in gymnasio. Nā se-  
det est copula principalis, qui loquitur, nō de-  
bet tāgi: quia penes eā nec affirmatio, nec ne-  
gatio propositionis metitur. Tametsi alia est*

huius quoque ratio statim subiūgēda. Eiusdē  
(inquit) de eodē, eiusdē prædicati dē eodē sub-  
iecto, quia debet in ambabus idē subiectū de  
eodē prædicato dici. Vbi cōstat, quā necessa-  
rio tales propositiones extremis ordine eo-  
dē participant. Nā cum extrema sint subie-  
ctū, & prædicatū, si idē exigitur prædicatum  
atq; subiectū, eadem profecto vtriusq; extre-  
ma exiguntur. Pro quō aduerte cōtingere sæ-  
pe affirmari, & negari idē in duabus proposi-  
tionib; sed de diuersis: vt lapis nō est animal,  
leo est animal. Affirmatio & negatio sunt e-  
iusdē, verū non de eodē. E contrario accidit,  
dici vtrobiq; de eodē, at nō idē: sed diuersa  
vt homo est albus, nullus homo est infans.  
Nullæ harū opponuntur, quia oportet sint e-  
iusdē de eodē, idem, in quā, prædicatū, idēque  
subiectū. Quod idipsum rursus multipliciter  
euenit. *s. esse idem re nō voce, & idē voce nō  
re, & tamen necesse est idē re, & voce ambo  
sint. Vt videas cōnexionē admirabilē, quāta  
idētitas cum quanta oppositione ac proinde  
diuersitate requiratur. Nā si dicas gladius est  
acutus, ensis nō est acutus: re idem est subie-  
ctū, vt pote vocibus synonymis, sed nomina  
nihilominus diuersa sunt. In equiuocis vero  
vt canis latrat, canis nō latrat, subiectū quidē  
est idē voce, diuersum re. Vnde dicit Aristo-  
teles, quod si duobus vnū nomē est positū,  
ex quibus duobus vnū nō cōstat. Vt canis la-  
trabili & sideri nō est vna affirmatio, nec vna  
negatio. Vt si quis ponat hoc nomen tunica  
homini, & equo: & dicat tunica est alba, hæc  
nō est vna affirmatio, nec vna negatio, nec  
iste oppositæ: tunica est alba, tunica nō est al-  
ba. Quare in his nō est necesse alterā esse ve-  
rā, alterā falsam. Igitur ambæ debēt esse eius-  
dē prædicati, eiusdēq; subiecti re, & voce. Et  
omnes termini vnus debent esse in altera de-  
tis signis quantificantibus. Omnes enim sunt  
aliquatenus extrema. Si quis est his partibus  
nō clausus maxime verbū, quod velut tertia  
pars propositionis videtur, verū licet forma-  
liter iūgat extremā, ex parte tñ prædicati se  
tenet. Quinimo semper quādā tenus ratione  
prædicatur. De adiectiuo & substantiuo se-  
cundo adiacente sine lite conceditur. Adia-  
cens vero tertio, si rem oculatius inspicimus,  
absque cōtrouersia pariter admittemus. Nā  
omnis prædicatio asserit, aliquod esse, quod  
necessario per verbū importatur. Itaque (vt  
oratio redeat vnde profecta est) in omnibus  
oppositæ propositiones debent in subiecti  
copu-*



copulis: & prædicatis participare: & si quid cum istorum aliquo adiungitur, adiunctum in altera manere, ut hic homo qui loquitur se det, copula implicationis, cum pars existat subiecti, manet quoque in negativa, affirmata. Et hæc erat ratio, cur illa copula haud neganda erat, nimirum quia si negatur, mutatio resultat subiecti. Etenim non affirmabatur se si nisi de homine loquente. Unde in opposita debet eadem sessio de homine loquente negari, si vero de homine non loquente inficiatur, non erit affirmatio, & negatio de eodem. Et si dixeris leo currit, leo non currit velociter, non opponuntur, nec idem utrobique affirmatur, vel negatur. In priori ponitur absolute cursus, in posteriori tantum cursus velox, remouetur. Et non est idem unus, & alter. Imo contingit idem simul, non velociter, sed lente currat. Hæc vero omnis homo currit, nullus homo currit, bene opponuntur et si terminus ille omnis in ambabus non reperitur. Quia non est pars alicuius extremi, sed velut signum vniuersale quântificans pars totius orationis. Libet adhuc exactius ista emungere. Horum enim verborum, eiusdem de eodem, sensus, atque sententia multum prægnans est. Hæc homo fuit albus, homo non est albus; nihil. Ut pote in quibus non est eadem copula, ac per consequens nec idem prædicatum, nec realiter idem subiectum. Quia in priori subiectum est homo præsens, vel præteritus, in secunda tantum præsens. Ad hæc in prima prædicatum est albus præteritus, in secunda præsens. Igitur cum hæc sola verba affirmationem eiusdem de eodem tantam participationem eorumdem terminorum, & ipsorum acceptionis exigant, constat, ea omnibus iuniorum conditionibus æquipollere: ut. i. proprietates logicæ obseruentur, suppositio, ampliatio, restrictio & reliquæ. Quæ ideo necesse est, custodiantur: ut negatio, & affirmatio sit (quemadmodum explicuimus) eiusdem de eodem: in quorum verborum expositione satis multa dicta sunt. Hæc erant quæ Aristoteles contra importunitates sophisticas determinauerat. Oppositio autem hæc continet sub se tres species, scilicet contradictorias, contrarias, & subcontrarias. Nam propositiones tripharie opponuntur: nempe contradictoriè, contrariè, aut subcontrariè. Quibus communis est, ac vniuersalis ipsius oppositionis definitio. Sicuti cuncta animalia et si inter se differentiarum affiatim habeant,

cunctis natura animalis generalis est, ut viuât, & sentiant. Itaque tam contradictoriæ, & contrariæ: quam subcontrariæ erunt semper affirmatio, & negatio eiusdem de eodem. Circa quas considerato quod princeps oppositio (ut dicit Aristoteles. 4. & 10. Meta. tex. 15. & 27.) est contradictio: ut pote maxime repugnans. Contrariæ vero incipiunt iam ab perfecta repugnantiæ natura de generare, & multo magis subcontrariæ. Contradictio autem in oppositione est quasi rectus & fons, reliquæ vero ut obliqui, & riuuli & sicuti albedo in genere colorum. s. prima, & perfectior. Unde necesse est contradictoriæ (si maxima oppositio est) penitus opponatur non modo in qualitate, videlicet ut altera sit affirmatiua, altera negativa, Verum & in quantitate, ut vna sit vniuersalis, alia particularis. Hæc namque quantitates sunt magis oppositæ. Nominem vero particularis indiffinita pariter comprehendimus. De singularibus autem nullus est hic nobis sermo: sed de eis propositionibus dumtaxat ubi terminus communis subiicitur. Hæc ergo est definitio contradictionis ut. s. sit oppositio duarum, quarum altera sit vniuersalis, altera particularis. Et dictione oppositio integra eius definitio iam exposita subauditur, nempe affirmatio, & negatio eiusdem de eodem. Aristoteles sic breuius definit dicens. Opponi itaque dico affirmationem & negationem contradictoriè quæ vniuersaliter significat, & quæ non vniuersaliter: ut omnis homo albus est, aliquis homo non est albus, nullus homo est albus, quidam homo est albus. Contrariæ vero sunt oppositæ ambæ vniuersales. Ita philosophus statim subiungit. Contrariæ vero vniuersalè affirmationem, & vniuersalem negationem ut omnis homo iustus est, nullus homo iustus est. Et Paulo antea si vniuersaliter, inquit, enunciet de vniuersalibus competere (inquam) aut non competere quipiam, erunt enuntiationes istæ contrariæ. Atque de vniuersalibus vniuersaliter enunciare quempiam dico hoc modo, omnis homo albus est, nullus homo albus est. Subcontrariæ autem è conuerso sunt oppositæ, ambæ particulares, unde Aristoteles. quando de vniuersalibus non vniuersaliter non sunt contrariæ, hoc modo homo albus est, homo albus non est.

¶ CIRCA PRIOREM DEFINITIONEM aduerto, oppositionem quantitatis tam exactam in propositionibus esse ut sit



## Liber tertius

etiam in ipsarum terminis vt pote partibus illarum, & in quibus suo modo quantitas inueniatur. Nam quemadmodum ex propositionibus alteram vniuersalem, alteram particularem appellamus, ita & in terminis eidem appellationibus vtimur. Vniuersalitas autem & particularitas illarum est duplex, sicuti & terminus, nempe cathegorematica, & syncathegorematica. Vniuersalitas cathegorematica est terminus cathegorematicus distributiue supponens: vt omnis homo est albus. Particularitas est terminus supponens determinate, aut confuse, vt leo sedet. Vniuersalitas syncathegorematica est signum vniuersale, vt li omnis, quilibet, li &, atq; alia similia generalitatem aliquam complectentia, de quibus post modum sigillatim differemus. At li Et iure vniuersalitas nuncupatur, vt pote pluralitatem includens vt homo & equus pariter incedunt. Particularitas syncathegorematica est vt li vel & quid simile. Quando ergo dicimus, contradictorias oppositae quantitates esse debere intelligitur tam prorsus oppositae vt & propositionum vna sit vniuersalis, alia particularis. Et terminorum qui in vna supposuerunt distributiue, in alia stent particulariter. Vt omnis vniuersalitas mutetur in particularitatem sui generis. Et omnis particularitas e conuerso in vniuersalitem. Cathegorematica in cathegorematicam. Et syncathegorematica in simile. Omnis inquit d. li. Et, in Vel: vt apparet in istis, nullus terminus æquiuocus est cathegorematicus aliquis terminus æquiuocus est cathegorematicus, omne nomen est rectum, aliquod nomen non est rectum. Et idem est dictu, absq; signo, nomen non est rectum. In quibus omnes termini supponentes distributiue in alia supponunt particulariter, & e contrario distributi mutantur in particulares. ¶ Contra hanc contradictionis definitionem arguitur, hæc Petrus disputat, Petrus non disputat, homo est species animalis, homo non est species animalis, sunt contradictoriae, & tamen non competit illis hæc definitio, cum nulla earum sit vniuersalis, quinimo si definitio obseruaretur, non contradicerent. Etenim hæc homo est species, nullus homo est species non contradicunt, sed ambæ sunt verae. Maior tamen probatur quia repugnant in veritate, & falsitate. Ad hoc argumentum notato, Primo quod hæc definitio intelligitur de propositionibus, quarum subiecta sunt termini communes. Nam vbi sin-

gulares nulla in eis est vniuersalitas, nulla particularitas. Sed quia oppositio est eiusdem eodem, necesse est, idem singularis ponatur: Vt pote qui sua singularitate tã quietus est, vt sit penitus immobilis. Quinimo hoc generaliter maneat animaduersum in singularibus enunciationibus consuetis, vbi integrum subiectum est singulare nullam nisi contradictionem oppositionem esse. Quia si affirmatur, & negatur idem: necessario fiet de eodem numero, quæ optima contradictio est. Siquidem in communibus ideo hanc quantitatis oppositionem exigimus, vt de eisdem omnibus ambæ loquantur, minime requirendum si vnica tantum res significaretur, tantum abest, vt singulares definant contradici. Quia non est altera vniuersalis. Imo e conuerso. Ideo in communibus vniuersalis requiritur quia non sunt ambæ singulares. Ad secundum conceditur, pariter contradicere ob eandem partem causam, nimirum quod termini sumti simpliciter ferè sunt singulares: quippe sumti pro vna re dütaxat quam primo important. Hæc autem quantitatis mutatio tunc requisita est, quando terminus extendi, & restringi, & pro pluribus, & paucioribus potest supponere. Contrariae autem haud tam totaliter opponuntur, sed ambæ sunt vniuersales etiã in terminis: vt omnis particularitas mutetur in vniuersalitem; vniuersalitas vero non varietur. Vt subiectum huius omnis homo currit, est vniuersalitas: quæ, & in contraria manere debet, prædicatum vero, quia est particularitas, mutatur, sicut patet in ista eius contraria, nullus homo currit?

¶ SVB CONTRARIAE contra postulat, vt eius particularitas maneat, & in particularitatem si quæ fuerit vniuersalitas mutetur: vt homo non est sapiens, homo est sapiens. ¶ NON DVM perfecte patefacta est harum oppositionum natura, nec fas est, opinemur in propositionibus, & terminis solummodo repugnantiam contineri: quin hæc tanta, tãque exacta qualitatis, & quantitatis vtriusq; differentia transeat quoque & in significationem, & in rem significatam. Vnde & in text. illico subnectitur, quod contradictoriae ita in veritate, & falsitate repugnant, vt ambæ simul verae esse, non queant, ne falsæ, sed in quibusuis terminis siue singularibus, siue vniuersalibus contradictio construatur, vna debet esse vera, altera falsa. Quam legem his verbis Aristoteles explicuit. Contradictiones hæc  
quæ



quæ vniuersalium vniuersaliter sunt, id est, de terminis communibus ita se se habent, vt altera pars earum sit necessario vera, altera falsa. Eadem conditionem & in singularibus esse constat, vt Socrates est albus, Socrates non est albus. Contrariæ vero tantum veritate repugnant, ambæ (inquam) non possunt veræ inueneri, nihil tamen inconuenit falsæ inueniantur. Subcontrariæ vero è contrario repugnant falsitati, conueniunt in veritate, ambæ sane reperiuntur veræ, haud falsæ tamé. Vt homo currit, homo non currit, veræ datur: si vnus cursum exerceat, alius quiescat. At hæ contrariæ nullus currit, omnis currit falsæ sunt, si tres currant, & tres sedeant, quod sepæ cõtingit. At veras esse, vt nullus currat, & tamen omnis currat omnino est impossibile. Sic Aristoteles, has (inquit). s. contrarias impossibile est simul esse veras. His vero oppositas subcontrarias videlicet contingit aliquando in eodem, vt quidam homo albus est, quidam illorum non est albus. Et de subcontrarijs rursus. Hæ quæ vniuersalium non vniuersaliter sunt nõ ita se habent vt semper altera pars ipsarum sit vera, altera falsa. Hæ nãq; simul sunt veræ, homo albus est, homo albus non est. In hoc sensu interpretatur optimè & sumulisticè Aristoteles in locis præfatis, constituens discrimen in his. Nempe quod cõtradiçtorias nullum habent medium in nullo (inquã) cõueniunt nec in veritate nec. In falsitate: reliquæ vero oppositiones habent medium. Id enim quo conueniunt, medium aptissimè vocabitur. Quia in medio extrema comunicant. Contrariæ autem cum falsitate coeant. Subcontrariæ veritate, & medium habent & cõueniunt in illis. Cõtradiçtio autem in nullo horum conuenit, & ideo maxima oppositio est, & distantia, differentiaq;.

¶ Hoc hæctenus præfenti paragrapho exaratum vocant dialectici legem harum oppositionum, illud vero quod de quãtitate, & qualitate antea prosequuti sumus, naturam, & definitionem. At quonam nomine nuncupetur, id quidem refert parum, refert multum tamen nosse quam hæc potius veritatis & falsitatis repugnantia sit ipsa oppositionis quidditas, & essentia. Nam opposita propositionum quãntitas, & qualitas eo tendunt, vt opposita significentur. At quia proprium est dialecticorum, de vocibus vt veritatem, & falsitatem exprimunt, differere, congruè non explorato modo hæctenus vsitato loquendi breuissima forma defini-

niemus. Quod contradicçtio est oppositio diuersa in quãtitate, & veritate, ac falsitate. Nam nomine oppositionis intelligitur diuersa qualitas. Contrariæ oppositæ in veritate, non in falsitate. Subcontrariæ oppositæ repugnant falsitate, non in veritate. Quod omnium definitionum vltimum si legem vocare velis, non immoror legem vocemus.

¶ HÆC AVTEM lex, seu proprius vera natura oppositionis eodem modo probatur, quo approbatur. Primum quidem quod non possint contradicçtorias veræ esse, nec falsæ, intelligitur tam euidenter, vt nulla ratione adhibita opus sit, roboretur. Tam pericunctis notum, vt nulla suasionem indigeat. Nam contradicçtorias esse veras erit, idem eidem simul in esse, & non in esse, quo nihil impossibilius, nec imaginari quidem potest, esse autem falsas simul idem non esse, nec nõ esse, quod protinus intellectus exhorret quo fit, vt nullo monstrante omnes citra negocium clarissime intelligant. Contradiçtorias omnino & in veritate, & falsitate pugnare. Vnde Aristoteles nihil est verius (inquit) quam idem affirmari, vel negari de eodem. Quacumque enim de re singulari necesse est, alteram contradicçtoriam verificari, vt deus vel est lapis, vel non est lapis, angelus currit vel non currit. Si ergo alterum necesse est, conueniat impossibile est ambæ sint veræ, vel falsæ. Quia si quæ competit est affirmatiua, vbi illud esse, asseritur: negatiua dicens non esse, nõ potest conuenire, si repugnat illud esse & non esse. De quo philolophus in quarto meth. tex. 9. idem (inquit) simul inesse, & non inesse eidem impossibile est. Hoc autem omnium est principium certissimum, & firmissimum omnium principiorum: contra quod mentiri impossibile est. s. quodlibet est, vel non est. Ex cõtradiçtorijs videlicet alteram esse veram, alteram falsam, quod est omnium disciplinarum semen, vnde vniuersa veritatis soboles promanat. Itaque est vbiq; gætium apud omnes constantissimum contradicçtorias, & in veritate, & in falsitate differre. Et præterea tam euidenter vt ad probandum aliquid esse falsum, aut impossibile efficacissimum argumentum sit, ostendere, si illud foret, duas inde contradicçtorias veras, aut falsas deduci. Quo genere arguendi è vestigio nos vtetur. Hoc igitur fundamento sine demonstratione suscepto. Nam niti rationibus conuincere est, (vt dicit apertè philosophus) ignorare quorum



## Liber tertius

oporteat rationem quærere, & quorum nõ oportet. Multa enim sunt, quorum ratio effi-  
cax necesse est, non inuestigetur. Ni velis ra-  
tiones quærendo in infinitum procedere. Cõ-  
trarias autem pugnare in veritate eo mani-  
feste probatur: quòd si veræ inuenirentur cõ-  
tradictoriæ vnà veræ existerent. Pro cuius  
causæ deductione cõsiderato, quòd ex qui-  
bus vis duabus contrarijs facillimè duæ cõtra-  
dictoriæ inferuntur. Nam cum illæ sint ambæ  
vniuersales, quid facilius quam ex his vnã  
vniuersalem & alteram particularem infer-  
re, vt omnis equus est hinnibilis, nullus equus  
est hinnibilis, ergo omnis equus est hinnibi-  
lis, aliquis non est hinnibilis. Prima formaliter  
est eadem, quæ in antecedenti: secunda  
patenter ex negatiua, deducitur. Cum ergo  
semper à contrarijs ad contradictorias sit op-  
tima illatio, si cõtrariæ (quæ sunt antecedēs)  
veræ conceduntur, consequens etiam. (i. con-  
tradictoriæ,) erit verum. Quoniam in bona  
consequentia (vt diximus) si antecedens est  
verum, consequens contingitur verum. Sed est  
obiectio. Eodem pacto saltè cõtradictoriæ  
falsæ dabuntur, cum tales contrariæ queant  
esse, & ex illis contradictoriæ sequantur. Res  
põdetur, quòd licet deducatur, & antecedēs.  
i. contrariæ sit falsum, non proinde cõsequēs  
falsum probatur. Siquidem nulla est conse-  
quentia, (vt secundo lib. notauimus) si conse-  
quentia est bona, & antecedens est falsum  
consequens esse falsum. Hæc enim argumen-  
tatio est bona, (vt statim explicabimus) om-  
ne ens est Deus, ergo aliquod ens est Deus:  
cuius consequens est verissimum & antece-  
dens falsissimum. Probatur itaq; probe con-  
trarias veritate pugnare: quia alias essent cõ-  
tradictoriæ veræ. Non autem pugnare falsita-  
te. Quinimo (vt nuper dicebamus) nullum se-  
quitur inconueniens dentur falsæ. Subcon-  
trariæ repugnant in falsitate, non veritate, vt  
homo disputat, homo non disputat. Ambæ  
quidem erunt veræ, non tamen falsæ. Cuius  
probatio est quòd si falsæ forent, duæ contra-  
riæ, & demum contradictoriæ essent veræ.  
Quia presupponendum est, (vt nullo negotio  
quisque experiri potest) quòd contradicto-  
riæ subcontrariarum sint inter se contrariæ,  
vt his subcontrarijs leo rugit, leo non rugit  
contradicunt, nullus leo rugit, omnis leo ru-  
git, quæ (vt palam est) cõtrariantur, vt pote  
ambæ vniuersales. Quocirca si subcontrariæ  
illæ possent esse simul falsæ, suæ contradicto-

riæ essent veræ, quæ inter se sunt contrariæ,  
sic duæ contrariæ darètur veræ quæ supra ex  
pugnauimus. Ex hoc autem quòd sint subcõ-  
trariæ veræ (vt ingenue fatemur) tantum in-  
fertur eorum cõtradictorias esse falsas: quod  
nullum est inconueniens cum illæ tales con-  
tradictoriæ inter sese dumtaxat contrarien-  
tur. Leges ergo p quã stabiles ac inuiolabiles  
sunt nempe vt cõtradictoriæ in vtroque op-  
ponantur, contrariæ solum in veritate, sub-  
contrariæ in falsitate. Quod alia ratione pro-  
babili ostèditur. Inter dialecticos velut pro-  
uerbium fertur. Omnis vniuersalitas ædificat  
falsitatem, omnis particularitas veritatè. Pro-  
positio enim vniuersalis multum ad sui veri-  
tatem exigit, quando hæc omnis homo cur-  
rit, vera erit: nunquam. Cum opus sit, vniuer-  
si cursum exerceant. Itidem & hæc negatiua  
nullus homo currit, ad quarum verificationè  
prædicatū conueniat aut non cõueniat om-  
nibus in subiecto cõtentis, requiritur. Quod  
rarissimè contingit, ac proinde raro sunt ve-  
ræ. Falsæ autem frequenter, quia sat est, vni-  
ex omnibus prædicatum nõ conueniat. Om-  
nis itaque vniuersalitas prona est in falsitatè,  
particularitas in veritatem. Quoniam vnus  
dumtaxat verificationem postulat. Quia er-  
go contradictoriæ vniuersalitatem ac parti-  
cularitatem includunt, æque distant, æqueq;  
repugnant. Contrariæ vero ambæ vniuersa-  
les proclives sunt in falsitatem. Subcontraria-  
rũ particularitas cõfert plurimũ ad veritatè.  
¶ **EX QVIBVS** omnibus horum no-  
minum etymologia contraria, sub contraria  
patescit. Res quidem inter se sunt contrariæ  
vt albedo, nigredo, infirmitas sanitas, par, &  
impar. Inter contraria vero plerumque in-  
uenitur medium, vt pallor, et viredo me-  
dijs colores sunt, tepiditas inter calorem ia-  
cet & frigus, conualescentia inter in columi-  
tatem & ægritudinem. Ad hunc modũ pro-  
positiones contrariæ habent medium, ita vt  
nec nullus faciat, nec omnes, sed aliquis vel  
aliqui. Subcontrariæ vero appellantur: quo-  
niã. Cõtrarijs subducuntur. Nã vniuersalitati  
par est particularitas subijciatur.  
¶ **SVB ALTERNAE** dicuntur duæ  
propositiones, altera vniuersalis affirmatiua,  
vel negatiua, altera particularis eiusdè quali-  
tatis, quæ & continetur in priori, & illinc ex-  
trahitur: vt omnis albedo est color, albedo  
est color, nullus equus est homo, equus non  
est homo. Quarum vniuersalis est subalter-  
nans,



nās, particularis subalternata. Ex quibus proinde locus quidam generalis arguendi subducitur, scilicet ab subalternante, ad subalternatam. Tamen si cuius haud præmium est nosse quid cui subalternetur? nam non tantum propositio vniuersalis particularem subalternat, verum modus vniuersalis modum particularem, vt necessariū includit possibile, & infert illud. Vt valet: homo necessario est animal, ergo homo possibiliter est animal. Esse itidē subalternat posse. enim uero in eo quod est quid esse, aut quid fieri, clauditur, aut esse, aut fieri posse, quid enim est, aut fit, nisi quod esse, vel fieri potest.

### Lectio secunda.



**S**UPEREST VTEA quæ diximus, argumentorum solutionibus clarius elucescant: nonnulla opponere. In quibus tamen obijciendis, ac refellendis modus ab omnibus nunc vsq; vehemēter optatus per nos spero, certò adhibebitur. Nam tot hic hæctenus tamq; offuscata inculcant, vt materia quæ ob sui necessitatem euidentis, ac splendida lux esse deberet, tenebroia potius, ac tetra caligine circumcepta, inaccessibilis reddatur. Enim uero contradictio, cæteræq; oppositiones, cum id tantum utilitatis ferant, vt trutina sint, qua propositionum veritas clarescat, ac mensuretur, quid notius ipsa mensura nobis esse debet, si prodesse debet. Igitur sicubi hoc in opere quid lucis, ac splendoris nostris resolutionibus arti dialecticæ attulimus: hic maxime omnibus neruis conemur opus est, vt tenebris effugatis meridiano sole illustriores procedamus.

**A**RGVITVR ergo contra definitionē oppositionis, quæ basis tractatus est. Hæ opponuntur, Marcus orat, Tullius non orat: quibus nulla participatio subiectorum est. Item hæc, homo est animal, nullum animal est homo, vbi participant ordine conuerso, non eodem, nec est eiuſdem de eodem. Antecedens tamen vtriusque cōsequentia patet. Quia vtrumque binarium in veritate, & falsitate repugnant. Solent dialectici duo genera oppositionum distinguere, aliud quod re significata dumtaxat opponitur, aliud quod re, & voce pugnat. Primum vocant realem oppositionem, secundum de modo enunciandi. I. quòd in ipsa enunciatione vocali opposi-

tio resplendet. Distinctio quidē perplacet vt pote satis erudita. Inter quas ea est differentia, quòd primum genus oppositionis nullius fere momēti est, nullasq; vires ad arguendum habet, vt pote cum omnis argumentatio in voce consistat, in qua tunc non apparet repugnantia. Secundum autem genus magnas vires habet. Præterea hæc est absolute oppositio, & absolute talis nuncupatur, prior vero cum additamento. Cuius vtriusq; discriminis causa sequitur, nos hic in dialectica arte disputandi versantes non nisi de oppositione & contradictione inenunciando differere. Maxime quòd cum oppositio ad detegendam veritatem propositionum, & falsitatem eliminandam subserviat, debet oppositio vt pote regula, esse patens, & certa: in qua nulla sit ambiguitas, nulla tergiuersatio, illa vero solius rei: & est nimis obicura, atque recòdita, & mille sophismatis conuoluta, ac proinde inuersa penitus atque extorta. Sed rogas, quibusnam documentis oppositionem realem dignoscemus? certe (vt ego arbitror) nullis certis regulis in dialectica logici id aptè cōprehēdent. Vt pote si quæ darentur, necessario rerum naturæ cognitionem præsuppōnerent. Id tantum in præſenti doceri potest, quòd, si affirmationis, & negationis eiuſdem de eodem extrema termini synonymi fuerint, oppositio realis erit. Sed sane cū similis oppositionis intelligētia nimis laboriosa sit, deinde ad scopū intentū inutilis, ac innanis: multo conducibilius de ea nos oppositione tractabimus, quæ in re, & in voce cōsistit. Negatur itaque, illas opponi: nec vllius roboris probatio est, nempe quòd in veritate, & falsitate repugnant. Quasi hoc tantum naturam oppositionis constituerit, vel solum suffecerit. Nam & hæc deus est ens, homo non est animal, non possunt eūſe simul veræ, nec falsæ. Quinimo omnis similis propositionum binarius, cuius altera fuerit necessaria, altera impossibilis. Nam repugnantia plus explicat, quàm non esse vel falsas, aut veras: scilicet vt inter se se verbo pugnet, quæ illis adductis non competit. Bene non repugnant quidem istæ.

**V**ERVVM pugnatē stat dupliciter, vno modo in re tantum, alio modo in re, & in voce. Et dico quod lex contradictionis, seu oppositionis intelligitur hoc pacto: vt sine magno negotio protinus veritas, aut falsitas vtriusque cognoscatur & probetur. Nec secundæ contradicunt tamen si facile ex illis contradicunt



## Liber tertius

ori as inferre possis, per conuersionem videlicet simplicem negatiuæ, de re qua postea tractabitur.

¶ SECUNDO in diffinitionem contradictionis. Hæ: omnes apostoli, dei sunt duodecim, omnes apostoli dei non sunt duodecim, contradicunt: quæ tamen sunt vniuersales. Et è cõuerso istæ: ad equitadum requiritur equus nullus equus requiritur ad equitandũ, videntur contradictoria, vt pote altera particularis, altera vniuersalis, & tamen simul verificantur, vt patet. Itẽ istæ, promitto tibi librũ, nullũ librum tibi promitto, sicuti & hæ, homo est species, nullus homo est species, Ad hæc argumẽta notato, quòd vt ex Aristotile stat nulla est propositio contradictoriam nõ habens. Quoniam (inquit) est enunciare, & quod est nõ esse, & quod non est esse, & quod est esse, & quod non est non esse. Et circa ea quæ sunt extra præsens tempus, similiter fieri sane potest: vt omne quod affirmauit quispiam negetur, & quot negauit, affirmetur. Quare patet cuilibet affirmationi negationem, Et cui libet negationi affirmationem esse oppositam. Sed dupliciter contradictoria assignatur. Vno modo affirmatiue per antepositionem negationis, vel iam neganti per eius ablationem. Vt homo currit, nõ homo currit, non Petrus sedet, Petrus sedet, homo est species, nõ homo est species. Alio modo per quantitatis, & propositionis & terminorum mutationem. Primus modus assignandi contradictionem generalissimus, & tutissimus est. Quum in omni propositione, tum in omni genere suppositionis. Dummodo de negatione aduerbiali, non de nominali intelligatur. Plus enim naturæ & negandi conditionis illa, quàm ista possidet. Nempe vt destruat, quod inuenit, & eius oppositum reddat. Siquidem nominalis, cum necessario substantiuo sit vnienda, non perinde eius virtus libera manet, ac aduerbialis: quæ in frontispitio iacta, soluta in subsequencia fertur, et eius semper sensum contradictorium reddit, quem reperit, quomodolibet termini supponant. Vnde prouerbum est dialecticorum, non est melius contradicere quàm toti propositioni negationem apponere. Finis namque negantis est, contadicere, quod negat. At uero contradictio per mutationem quantitatis, & suppositionis terminorũ, nec adeo vniuersalis est, nec perspicua æque: vt pote in qua necesse est, multa præcepta seruentur

in quibus & frequenter delinquitur, & vehementer erratur. Non est ita vniuersalis, quia sunt quamplurimæ propositiones, imo integra genera propositionum: quarum quantitas variari nõ potest. Cum suppositionem habeat immobilem. Primum in suppositionibus discretis, vbi subiectum pro vno tantum supponit, & eadem pænè causa in simplicibus, vt animal est genus, contradictoria est, animal non est genus. At hæc, nullum animal est genus, minime. Quia affirmantis sensus est, animal in communi esse genus, negantis vero nullum in particulari, quod vtrumque nullatenus contradicit. Præterea in suppositione materiali, quia cum supponat pro se nulla opus est vniuersalitate. Sed hæ: homo est nomen, homo non est nomen, contradicunt, hæc aut nullus homo est nomen, nullatenus. At hæc nec interminis collectiuè distributis, vt omnes apostoli Dei sunt duodecim: quantitas mutatur. Vbi est aduertendũ, hoc signum omnis, multas ac varias acceptiones habere: de quibus plenius in subsequentibus agetur. Sumitur nonnumq; distributiue, cum scilicet distribuit pro singulis significatis termini, cui adhæret, vt omnis leo rugit, omnis albedo est qualitas. Aliquando collectiuè vtli totus, & licunctus, quæ solummodo collectiuè aptè capiuntur: vt tota ciuitas vbi termini pro multis quidem sed in vi, ac vice vnius existunt, vt omnes ciues sunt mille omnes apostoli Dei sunt duodecim, vbi sermo semper in similibus de vno corpore fit, vel reipublicæ, vel, conuentus, vel collegij. Quia ergo realiter, & formaliter vt plurimũ supponit pro vno, est in illis quantitas inmutabilis. Quoniam mutata sensuum diuersitas resultat. Nam prima asserit, collegiũ apostolicum esse duodenum. Hæc vero, nulli apostoli dei sunt duodecim, nulli in particulari, vt isti duo, vel isti non sunt duodecim. Nec istæ. Omnes ciues sunt respublica, aliqui ciues nõ sunt respublica contradicunt, nec est affirmatio, & negatio de eodem. Vndè generaliter obseruatur, vt in suppositionibus collectiuis distributis quantitas eius in contradictoria non mutetur. Quando vero diuisiue, aut collectiuè distribuat, cũ vtrumquæ agere queat, nonnumquam de se palam est, aliquando eget distinctione. Præterea non est locus huic mutationi in propositionibus de signis specialis confusionis, vt in istis, ad equitandum requiritur equus, promitto tibi librum, bis: cantauit



cantui missam, quibus per adiectionem, vel etiam post positionem negationis probe cōtradictoria assignatur, vt nō ad equitandum requiritur equus, vel ad equitandum non requiritur equus, non promitto librum, nō bis cantui missam: nullo tamen modo permutationem terminorū. Nam sensus primæ est omnino equum, vt fiat equitatio, exigi, cum nullus in singulari sit necessarius. Hoc vocat specialem confusionem, id est perfectam, & absolutam, vt non liceat quempiam ostendere, de quo propositio verificetur, quod est in istis singularissimum. Nam in cæteris suppositionibus fas est, vel in particulari, vel saltem in communi intellectui mōstrare: vt hæc, homo est species. Tamen hic ad equitandum requiritur equus, nec in particulari quispiā est requisitus, & multo minus in vniuersali sumtus. Idem dicendum est penitus de istis promitto tibi librum, bis cantui missam, in quibus idem est quod termini præcedant, vel sequatur. In quo à neotericis prorsus dissentio, qui discernunt istas, ad equitandum requiritur equus, equus requiritur ad equitandum. Promitto tibi librum, librum tibi promitto, cum reuera constructione, & sensu, & in prima nominatiuus præcedat, & in secūdo exemplo accusatiuus subsequatur. His ergo similibus propositionibus non contradicunt, hæc, nullus equus requiritur ad equitandum, nullum librum tibi promitto, vt pote quarū sensus est longe diuersus. s. nullum monstratum ad equitandum exigi, quod sine controuersia conceditur, & nullum codicem quem ostenderis, subpollicitatione cadere, quod est verissimum. Sed construetur contradictoria etiam per negationis postpositionem, vt ad equitandum non requiritur equus.

¶ **HACTENVS** de contradictione, quæ de contrarietate, & subcontrarietate dicemus. Nempe non est necessarium, omnem propositionem contrariam, aut subcontrariam habere. Siquidem hæc, Petrus currit, cōgrue nullam potest habere contrariam. Nec ista, homo est species. Quando vero plurium regularum obseruatione, & satis incongruè per distributionem prædicati habere possunt icire nō reffert. Quin potius reffert maxime nescire. Vt pote studium adeo inutile, & nullius momenti, vt nihil inde frugi, emolumentue excerpere queas. Deinde adeo implicitū vt animum nimis vexet, & lassitudine debilitet, ac eneruet. Quæ cōmoditas enim talem

constituere oppositam, vt multo maior contentio, & disceptatio de ipsa oppositione futura sit, quā de principali quæstione? Sed dicet, si apud nos idem est: ad equitandum requiritur equus, equus requiritur ad equitandum, promitto tibi librum, librum tibi promitto, cum hæc contradicant, librum tibi promitto, nullum librum tibi promitto. Cur harum ad equitandum requiritur equus, nullus equus requiritur ad equitandum, cōtradictio non admittitur? Respondetur quod nec priores illæ contradicunt quia non seruatur eadē suppositio. In negatiua enim negatio nominalis impedit confusam suppositionem accusatiui, sicut hic, omnes apostoli Dei sunt duodecim, nulli apostoli dei sunt duodecim. Aduerbialis autem non impediret. Sic cōtradicunt istæ, omnes sunt duodecim, omnes nō sunt duodecim, & hæc, librum tibi promitto, & librum tibi non promitto, & participant extremis ordine eodē. Quia & ordo, & participatio debet & penes sensum, & constructionem sumi. Quod si existimes (vt probe forsitan existimare potest) illud signum confusam suppositionem non tollere: admittito has esse contradictorias, librum tibi promitto, nullum librum tibi promitto: equus requiritur ad equitandum: nullus equus requiritur: sed negato inductionē immediate sub accusatiuo fieri vt pote supponente cōfusa.

¶ **TERTIO CONTRA** legem contradictoriarū, hæc Petrus cras scribet. Petrus non cras scribet, contradicunt, & tamen nō est necesse, altera sit vera, altera falsa. Vna quæque enim potest esse falsa, & pariter vera, & si necessario altera est vera, necessario profecto alterum illorum erit. s. quod necessario scribet, vel non scribet, cū reuera vtrūque contingenter sit euēturum. Quæstio est admodum celebris. Inter philosophos pariter & theologos de veritate contradictoriarum de futuro contingenti. Quam Aristoteles in primo perihermenias ventilat: quem in istum tertiū Petri Hispani comentamur. Sed nos breuiter ac perspicaciter (vt decet) difficultatem expediemus, perfectiorem inquisitionem maioribus philosophis altioribusq, disciplinis (vt par est) defferetes. Supra firmiter constituimus cuiuslibet cōtradictionis, alteram partem esse verā. Quod in quibuslibet copulis siue de præterito præsentis vel futuro inuenitur, & nihilominus. Est inter eas discrimen, quod in propositionibus etiam



## Liber tertius

etiam de materia contingenti præterita vel præfenti, altera determinate est vera altera falsa, vt Petrus cucurrit, Petrus nõ cucurrit, Socrates scribit, Socrates non scribit, vna pars est iam certo vera, reliqua falsa: sed in futuris contingentibus & si altera debeat esse vera, altera falsa, hoc est in cõfuso, determinate nulla est vera, nulla que falsa. Differentia hæc eidem rationi & argumentationi adnititur. Ab eo quod res est vel non est propositio est vera vel falsa, vt in secundo lib. retulimus. Vnde sicut res significata ad veritatẽ vel falsitatem se habet: ita propositio significans. Res autem contingentes, quæ præterierunt, vel nunc sunt. Iam non sunt in differentes. Nam indifferens est quod potest esse, & potest non esse. Quod vero fuit, non potest iam non fuisse: nec quod est, potest modo non esse: ideo neutrum indifferens, sed determinatum, & certum: vel verum vel falsum. Vnde & propositio illarum ita se habebit, vt determinate sit vera vel falsa, res vero futuræ contingentes sunt indifferentes potentes, s. euenire & impediri. Hæc enim indifferencia eas inesse cõtingentium constituit. Nam si tales non forent: haud contingentes, essent: vt scribet, vel nõ scribet vtraque pars est potens accidere, & vtra sit futura, est ad huc indeterminatum. Ob id quod vtrumq; in causæ potestate sitũ est. Igitur & ipsæ propositiones similiter iudicandæ sunt nempe & si necessario altera debeat esse vera altera falsa, neutra tamen aliquid horum determinate sit. Sed forsan videbitur cui facilius, huic difficultati se se hac distinctione satisfacturũ. Scilicet aliud esse alterã determinate esse veram, aliud cognoscere nos, quæ determinate vera. Sit in præsentibus & præteritis & est determinate vera & scitur esse: in futuris vero cõtingentibus licet determinate in se sit vera, non cognoscitur à nobis. Sed falsa est multum responsio. Primum non est verum in præteritis & præsentibus cognosci semper vtra, sit vera falsaue, cum sæpissi me id contingat ignorari. Deinde futurum contingens non modo ignoratur quale sit futurum, sed in se reuera indeterminatum est. Nam istæ actiones scribere vel legere, aut non scribere, vel non legere, non possunt equidem priusquam exerceantur esse magis determinatæ quàm sua causa: sed enim causa quando ad earum productionem non est actu complete applicata, interminata, & ad vtrũ

libet indifferens est: ergo & ipsæ actiones. Ergo in se indeterminata est, non solum à nobis ignorata. Ad argumentum itaque concedito, esse cõtradictorias, & necesse fore altera sit vera, altera sit falsa. Cum quo tamẽ cõpatitur vtraq; sit indifferens, donec altera producat.

¶ **CONTRA** eamdem definitionem, istæ contradicunt: in hac platea sunt homines, in hac platea non sunt homines, & dantur veræ supposito esse in ea quatuor homines, & totidem equos. Affirmatiua manifeste est vera: & probatur argumento negatiua. In platea sunt isti quatuor equi, & isti non sunt homines: ergo in platea non sunt homines, Idẽ argutatur de istis, in Secana sunt pisces, in Secana non sunt pisces, inter hunc diem & hunc diem erit bellum: inter hunc diem & hunc diem non erit bellum, demonstratis die dominica, & feria quarta. Omnis hibinarius contradicunt, omnes que repugnant: & omnes nihilominus probantur eodem paralogismo veræ. Vnde omnibus est idẽ modus repondendi. Constat autem quod illo in casu hæc est falsa, in platea non sunt homines, cuius sensus planus est nullos illic reperi homines, nullos in fluuio pisces, nullum toto in isto tempore futurum bellum, quod palam falsum est. Sed pro solutione paralogismi aduertito quod cum propositio debeat saltem in virtute prædicatum, subiectum, & copulam habere. Quando formaliter non exprimuntur, debemus subintelligere, vt hæc, Plato fuit tempore Socratis, fuit illo æuo viuens. Sed vnde ista supplementa extrahantur, generalis regula dialecticorum est, ab verbo extrahi. Vt in exemplo dudum adducto sit aparte prædicati, & idem in propositionibus argumenti sit aparte subiecti. In Secana sunt pisces, aliquam entia sunt pisces. Et per consequens quando huiusmodi verba negantur subiectum, pariter negatur, & negatum distribuitur. Vt in Secana nõ sunt pisces, id est, nulla entia sunt pisces. Nihil est in fluuio, quod sit piscis. In platea nullæ res sunt homines. Idem de tempore in copulis de extrinseco tempore incluso dicitur. Nimirum quod negatis copulis, distribuitur vnà tempus ibidem inclusum. Nam hæc Petrus fuit albus, æquipollet huic, Petrus aliquo tempore fuit albus, vnde hæc non fuit albus debet huic æquipollere, nullo tempore fuit albus deinde si aliquo tempore fuisset hucusque



que albus, nō ne falso assereretur, Petrus nō fuit albus: utique. Ergo tempus copulæ distribuitur: alias esset vera. Et hæc, inter hunc diē & hunc diem erit bellum, id est aliquo tēpo re inter hos dies tráfacto inietur certamen: & non erit bellum, nullo tēpo re intercepto præliabitur. His sensibus expositis facile est elenchos diluere: in quibus virtualiter ab nō distributo ad distributum arguitur. Nam maior, in platea sunt isti equi, id est aliqua entia sunt isti equi: cōsequens æquipollet huic nulla entia.

¶ **I N E A N D E M** finitionem, hæc videntur contradicere omne animal fuit in arca Noe aliquod animal non fuit in arca Noe, quæ tamen dantur veræ. Prima Genesis. 7. his verbis habetur. In articulo illius diei ingressus est Noe, Sem, cham, & Iaphet filij eius & vxor illius & tres vxores filiorum eius cū eis in arca, ipsi & omne animal secundum genus suum, vniuersaque iumenta in genere suo, & omne quod mouetur super terram in genere suo, cunctumque volatile secundum genus suum, vniuersæ aues omnesque volucres ingressæ sunt ad Noe in arca. Secunda probatur ratione, Plato fuit animal, qui non stetit in arca: ergo aliquod defuit. Ad hoc argumentum notato: quod hæc signa omne, vniuersum, cunctum vt ex dudum locopræfato colligitur, dupliciter distribuunt, præterquam (quod vt superius docuimus) bihparie capiuntur, collectiue. s. & distributiue, hæc vero horum signorum distributio (quod in presentiarum tradimus) est duplex cōpleta videlicet, aut incompleta. Quod ex multigena varietate locutionis emanat. Solemus enim aliquando de suppositis singularibus generaliter loqui: nonnunquam vero (vt supra aduertimus) de naturis Cum pro singulis suppositis sui significati terminus distribuitur. Vt animal pro omnibus animalibus particularibus. spiritus pro cunctis substantijs abstractis, tūc (cum hæc generalitas omnia cōplectatur) vocatur & distributio completa & alio nomine distributio pro singulis generum. Frequens admodum apud priscos nomen clatura, quasi pro singulis omnibus suppositis vni cuiusque generis vel speciei. Vt omnis color est qualitas, omnis actio est motus. Supponūt diuisim subiecta pro quocūque colore, pro qualibet actione, & de quibuscumque verificatur, iste color est qualitas, ista actio est motus. Quando vero sermo vniuersalis non tā

de suppositis quam de natura habetur, distributio nūcupatur incompleta, non vsque quaque exacta, solū pro naturis omnibus manentibus ferè indiuiduis extra distributionem. Vocatur quoque distributio pro generibus singularum, pro naturis (inquam) suppositorū non pro ipsis suppositis. Sed licet his duobus modis distributio contingat: prima est tamē vniuersalior & frequentior, secunda tam rara, & paucarum propositionum, vt iam sua singularitate sint celebres: vt quibusuis obiectis oppositis non sit opus, semper distributionem subiecti qualis sit, distinguere, aut rogare, nisi propositionis materia illarum singularum sit, in quibus huiusce distributio inuenitur. Et præterea non vbique, non in terminis specificis, sed in genericis tantum locū habet. Hæc autem argumenti propositio necessum est, vt sit vera pro generibus singulorū accipiatur. Cuius sensus est, ingressa fuisse arcam ex omnibus speciebus animalis aliquot bina & bina, vt scriptura narrat, vt sexus varietate generationi & multiplicationi naturæ prodesse. Non inficimus & complete summi posse: sed erit falsa, vt pote asserēs omnia & singula animalia arca Noe commorasse, quo nos tamen (qui sensibus pollemus) neutiquā interfuimus. Et ex præteritis per pauca. Quod de horum signorum distributione notatum est, notatur pari forma de singularizatione huius signi aliquod & similitum. Nempe singularizare nonnunquam supposita absolute, vt aliquod animal currit: quæ est singularizatio completa, & perfecta, aliquando pro natura, vt aliquod animal, habet tantum sensum tactus, id est. Aliqua species animalis ex sensibus a natura tributis dumtaxat tactu donata est. Et hæc herba nascitur in India ostensa aliqua crescente Hispali. Constat enim non penitus herbā digito monstratā singularizari, cum illa met numero India nasci non possit, sed eius naturam ipsa herba recondita. Secundum has expositiones facile propositionum oppositiones iudicantur: quando (vt dixi) distinctione opus fuerit. Alias vt complete distributa & particularizata sumantur. Hac enim acceptione vt plurimum vtuntur dialectici. Primo si eadem distributione termini vtrobique modificentur siue completa siue incompleta, nulla est in qualibet specie oppositionis difficultas sed seruant regulas traditas. Vnde præfatæ in exordio propositiones quomolibet sine discrimine



## Liber tertius

crimine sumantur contradicunt. Complete quidem affirmatiua est falsa, negatiua vera: incomplete vt scriptura illas dictiones exponit adijciens secundum genus suum in genere suo affirmatiua est vera, negatiua falsa. Cuius sensus is certè est aliquam speciem animalis, idest, alicuius speciei omne indiuiduum defuisse ex his quæ non erant pisces. Nam hi non erat opus in arca seruari, qui optime in aqua degebant. Hæc autem contrariantur omne animal fuit in arca Noe, nullum animal fuit in arca Noe, hæc vero, aliquod animal fuit, aliquod animal non fuit sub contraria. Quæ quidem omnia & plana sunt, & ad notitiam veritatis vtilia. Iuniores vero claritatis & sinceritatis ocores eo negocium & ingenium expendunt, vt inuestigent, quænam legem propositiones retineant ordine conturbato, & subiectis dispari acceptione sumtis, vt verbi gratia vniuersalis complete capta, particularis incomplete. Sed facile est hoc baratrum euadere oculis viuacibus in sensus propositionum coniectis. Vniuersalis complete accepta dicit quod libet indiuiduum, interfuisse particularis aliquam naturam totaliter abfuisse, nullum eius indiuiduum illic extitisse. Hi sensus profecto contrariantur, & ambo sunt falsi. Vt pote quia ambæ vniuersales. Hæc, omne animal fuit, omne animal non fuit: affirmatiua incomplete capta, negatiua complete pariter sunt contraria. Contradictoria autem nullatenus inueniuntur, nisi eodem modo termini sumantur. Quia in contradictione (vt pote exactissima oppositione) necesse est omnino identitas terminorum (vt diximus) & acceptionum obseruetur. Quamquam in alijs speciebus oppositionum non nihil varietatis & licentiæ tolleretur. Sed quæris quonam pacto fiat huiusmodi propositiones in uocatione resoluendæ. Respondeo incomplete & exacta distributione quæ apud nos frequentior est, nulla est obscuritas: cum sensus sit quemadmodum iacet, & sonat manifestus: quædo vero incomplete, cum sermo sit de naturis, ostendendæ sunt species singulæ in suis indiuiduis. Vt omne animal fuit in arca, hæc species fuit & illa & sic de singulis: ergo omne animal. Aliquod animal non fuit in arca Noe, hæc natura non fuit, vel hæc & sic de singulis, ergo aliquod non fuit.

¶ **QVÆRITVR** de istis vterque homo non disputat alter disputat non nihil obfuscationis habetibus, quamnam oppositio-

nem sortiantur. Sed breuius ex grammatica recole: ista signa subiectum pro duobus restringere, vt sensus, sit ex duobus neutrum seu nullum disputare, ita ut non absolute neminem disputare, sed ex aliquibus duobus nullum asseratur, & secundæ ex duobus vnum saltem disputare, qui sensus nullatenus opponuntur. Quod cum adeo euidenter appareat, apparet certe absurdissimum magnam sensuum vbertatem & copiam, ex his propositionibus haurire, siluam potius & vepretum topismatum serendo, & mera figmenta volentium in dialectica non nisi vera somnia doceri. Aiunt enim accipi hæc signa & complete, & incomplete, primoque modo parere hunc sensum, omnium duorum, quilibet homo currit, vt in sententia æquipoleat vterque homo currit, & omnis homo currit, idemque veritas vtriusque, supposito plures sint homines requirat, fascinatio sonantiū potiusquæ assertio vigilatum aparet. Quis vnquam ad explicandum homines currere his verbis, vterque homo currit, inter veros philosophos, aut latinos vnus est: profecto li vterque tantum pro duobus, & li alter pro vno duorum suscipitur, nec vlla acceptionum diuersitas in his fingenda est. Igitur illæ & similes propositiones erunt forsitan subcontrariæ, contradictoriæ vero in his signis nullæ construi possunt, nisi subiectum pro eisdem omnino capiatur. Sed replicatur hæc absque dubio contradicunt, vterque homo currit, non vterque homo currit, ergo non sic hoc signum restringit pro supposito duorum quin possit subiectum pro omnibus hominibus sumi. Respondetur & restringi semper per binario, ita vt vno dumtaxat viuente non supponat, & supponere nonnumquam pariter pro omnibus eadem modificatione captis in numero. s. binario. At huiusmodi vniuersalitas non ex signo vterque nullatenus provenit, sed ex adiecta negatione, aliàs diceres li aliquis includere etiam vniuersalitatē, quia in hac non aliquis homo currit negantur omnes.

¶ **IN E A M D E M** legem. Hæc, quilibet equus hominis currit, equus hominis non currit, contradicunt: & nihilominus dantur veræ calu omnes equi possessi ab hominibus, vt modo res sese habet, currant, & quidam illis careant. Manifesta est affirmatiua: negatiua ratione probatur. Equus Petri non currit, Petrus est homo, ergo equus hominis non currit, supposito Petrus sit ex non habentibus equum. Ad hoc argumentum vt sua forma soluat

uatur



Uatur aduerte, sensum huius, equus hominis non currit, equum possessum ab homine non currere. Sub quo proinde nisi vere possessum ab homine haud equum signari licet. Nam & subiectum supponit, & qui sunt ab hominibus possessi. Sic propositio est falsa. Argumentum uero conatur ostendere veram per non suppositionem subiecti illius propositionis assumptæ, equus Petri, aut equus istius hominis non currit, ex qua inferitur, ergo equus hominis non currit, antecedens est verum, ut pote negatiuum de subiecto non supponente. Verum non sequitur, quia arguitur ab magis ad minus restrictum negatiue, nam in antecedenti supponit pro equo Petri, in consequenti pro equo cuiuscumque hominis, quod est defectus, ut homo albus non currit, ergo homo non currit, nec via inductionis hec equus Petri non currit est singularis huius. Quia cum consequentis subiectum supponat, debet in singularibus quoque supponere, ut in capite de inductione docuimus. Ut cunctis viris albis currentibus falso assereres, vir albus non currit quod tamen probares inductione verum iste vir albus non currit, ergo vir albus non currit, si liceret quemlibet etiam non album monstrare, ut per non suppositionem verificaretur. Nec ex negatione inferioris ad negationem superioris, ut non valet. Homo non currit, ergo animal non currit, casu non uiuant in orbe homines & cætera animalia currant. Sed nec de facto inferitur, homo non est genus, ergo nec animal. Ita nec, equus Petri non currit, ergo equus hominis non currit. Nisi affirmes equum Petri existere (quod alij uocant constantiam.) Sic, equus Petri non currit, & equus Petri est, & Petrus est homo, ergo equus hominis non currit. Sed si fuerit verum antecedens, uniuersalis est falsa, quilibet equus hominis currit. Sic satis & plane argumento dicitur, & sufficenter ac vere soluitur.

¶ S E D libet in hac obliquorum materia ad exercenda iuuenum ingenia utcumque commoda: aliquantulum immorari. Ut pote sum mulistarum labyrintho, quem semel ingressus, nisi Thesei arte ac ingenio utaris, inde in columis neququam egredieris. In argumentorum nostrorum opusculo monstrauimus, quantis perplexitatibus, & inuolucris soleat hic iuuenes irretiri, quamque efrænatè vel ultronei pariter intellectus splendore luxuriari consueuerint. Quatum fas existimo, paucis documentis complectar, quibus cætera

explicari quantumlibet complicata valeant. Igitur determinabile & determinatio in uniuersum combinantur dupliciter. Vno modo sic, quod determinatio præcedat, ut cuiuslibet hominis codex est papiraceus. Tunc dicitur accipi pluribus (id est) disiunctim, utque duo integri termini seorsum singulas suppositiones habentes. In quibus contradictio & omnis oppositio formaliter regulas supralatas sequuntur. Ut istæ contradicunt. Cuiuslibet equi color est mistus, alicuius equi quilibet color non est mistus, & hæc, cuiuslibet equi nullus color est mistus, est contraria priori. Istæ subcontrariæ, alicuius hominis equus currit, alicuius hominis equus non currit. Coniunguntur etiam sic, ut determinabile præcedat, & determinatio sequatur. Ut intellectus cuiuslibet angeli est illustratissimus. Tunc dicuntur ambo accipi unicâ acceptione, (id est) in vi unius termini & unicam totalem suppositionem habentis. Inter has acceptiones præter discrimen iam constitutum, differt in alijs multum (ut dialectici docent). Primo in acceptis pluribus determinabile non restringitur collectivè, sed diuisiue. Ut cuiuslibet hominis equus currit, ly equus stat pro equis diuisim ab omnibus possessis, at in hac equus cuiuslibet hominis currit, supponitur pro equo possesso à cunctis simul, ita ut si nullus sit communis omnium, subiectum non supponat. Qua de ratione non valet, cuiuslibet hominis equus currit, ergo equus cuiuslibet hominis currit. Instatur, si equos singuli possideant, nullum omnes. Argumentatur enim ab non restricto ad restrictum affirmatiue, è contrario tenet. Secunda differentia est, quod in acceptis pluribus determinatio in oppositionibus mutat quantitatem (ut dicimus) secundum regulas superiores, in acceptis unicâ manet inuariabilis. Ut hæc quilibet equus hominis currit, equus hominis non currit, contradicunt. Ad obiectionem uero quod manet eadem particularitas ex parte genitiui, respondent, in negatiua genitiuum virtualiter distribui. Sed rogati, per se sumta istæ, equus hominis non currit, quomodo determinatio statuitur, respondet determinate. Quod (meo iudicio) est inconueniens, sane aliter supponere in eadem propositione si hæc absolute in se sola consideretur, & aliter in eadem, si contradictoriæ comparetur. Nam si sumi in oppositione mutat suppositionem, possumus incunctanter dicere, has contradictoriè opponi, homo currit, homo non currit,



vt pote quibus nihil deest, nisi quod subiectū in negatiua nō distribuitur. Respondebimus enim distribui sumta in opositione, tametsi per se propositio capta nō distribuatur. Ego certe arbitror suppositiones terminorum nō sumi ex opositione, sed è diuerso opositiones ex suppositionibus. Deinde quanto verius, & cōformius rationi (si quæ distributio in his oppositis seruanda est) constitueretur, in affirmatiua, quilibet equus hominis currit: cum omnes consentiant, accipi vnica, & accipi vnice esse, & supponere, & distribui vnica distributione. Ad hæc illa propositio non admittetur vera, nisi omnibus equis hominum currentibus, ergo determinatio distribuebatur pro omnibus possidentibus. Aliàs si pro vno determinate vel confuse supponit, equis illius currentibus deberet concedi, quod nullatenus fit. Et confirmatur cum in hac, quilibet equus hominis currit, non possit negatiuum aliquatenus distribui, si in contradictoria distribuitur, eadem profecto vniuersalitas, vtrobiq; maneret: quod denuo confirmatur. Valet equus Petri nō currit, & petrus est homo habēs equum, ergo equus hominis non currit. Ergo non argumentamur à nō distributo ad distributum, vt pote semper defectus: & per consequens genitiuus in cōsequenti non distribuitur. Igitur vniuersalitas, si quæ in similibus propositionibus requisita est, in ipsa vniuersali, siue affirmans, siue negans fuerit, ponenda est. Vbi. f. determinabile distribuitur, vt pote cuius distributio consequenter determinationem afficit tamquā vnice acceptam. Nō restringitur quidē, vt solum supponat pro possidentibus: sed ex vi possessionis, (quæ illo cōplexo innuitur, seu exercetur) solum pro possidentibus distribuitur. Itaque quæ admodum in his, nullus homo currit, homo currit, sermo est de omnibus, & inter omnes cōtradictio versatur. Sic in his, quilibet equus hominis currit, & equus hominis non currit, sermo est & de equis possessis ab homine, & de hominibus possidentibus equos: tametsi genitiui non restringantur, quoad suppositionem, virtute tamen totius orationis nec oratio affirmatiua, nec negatiua verificatur nisi de habentibus.

¶ S E D quid de his, quilibet pater habēs filiū diligit illum, aliquis pater habens filiū non diligit illum. Quæ cum sint contradictoriæ videntur verificari: nisi accusatiuus distribuatur. Casu sint duo patres plures filios ha-

bentes, quorum aliquos diligit, aliquos habeat exosos. Arbitror præfactas orationes hæc hypothese non verificari. Nam relatiuum distribuitur in negatiua, & sensus est, habens filiū non diligit filiū. Ac proinde opus est nullum diligit. Secundo dicitur apertissime, similes propositiones de complexis acceptis vnice esse earum, quæ contradictoriam habere non possunt, per mutationem suppositionis, & quantitatis terminorū: sed per appositionem negationis toti propositioni (cuiusmodi aduertimus superius quam plurimas. Sic materiam aliàs nimis obstrusam videor mihi quàm planissimè simul, & verosimillimè explicari: & sensu, & conceptione communi omnem oppositionem saluari.

¶ I T A H I S paucis obseruatis labyrinthus is acceptionum vnica, & pluribus (meo iudicio) peragatur. Sed quem libentius euerissem, atq; ex dialecticorum mentibus disruptū funditus diruissem, quam reserassem, & ariadnes (quod dicitur) filo resoluissem. Vt pote cum sine vtilitate, & absq; vlla profus causa, & necessitate senticosam siluam laboriose colant nullam sementem daturam, nullum fructum allaturam. Et posset (meo arbitrato) indemniter, atq; impune tota hæc materia succidi, quæ tā in Syllogismo, quàm in oppositione, atq; inductione tantum negocium inutiliter, nedicam noxie dialecticis facessit. Primo secundum omnes cæteris in complexis fere omnibus, demta hac possessionis habitudine genitiuo expressa, idem est prorsus vtrouis modo sumatur. Ac qui pollēt namq; etiam in significando hæc, Petrus sciens omnem scientiam dormit, & Petrus omnem scientiam sciens dormit. In communibus terminis itidem. Quis diuersa per has orationes intelligit, homo habens omnes diuitias mendicat, & omnes diuitias homo habens mendicat. Et vniuersaliter quotiens necessariam dependentiam in deriuatione constructionis determinatio ab determinabili habet (vt omnis accusatiuus verbi actiui, aut participij habet) idem penitus sensus gignitur quomodocumq; anteponatur, vel postponatur. Pro similibus ergo complexis, (quæ pænè sunt omnia) hæc acceptionū varietas cum regulis eam consequentibus, atq; præceptis omnino superfluent, quando eandem sententiam vtraq; concipimus. Ad hæc ipsa genitiui habitudo penitus est inuariabilis, vtrumq; disponatur. Nam, quod aiunt, aliter



aliter multo nos concipere, si dicatur, quilibet equus cuiuslibet hominis currit, pfecto si qui etius ipsis animum aduerteremus, constaret, quantam vim, opus est: nobis inferamus, vt aliter concipiamus: & quam fallax regula iam dudum introducta, quæ ipso abusu nostras si bi conciliauit aures, vt aliter nobis concipere videamur: cum minimè concipiamus. Etenim per hanc, quicumq; equus cuiuscumq; hominis, non magis ab omnibus collectivè possessos agnoscimus, quam si diceres, cuiuscumq; hominis quicumq; equus. Et in Hispano idiomate qui dixerit. **Qualquiera cauallo de qualquier hõbre es blanco.** Nullatenus nisi de singularibus loquitur. Et cum secundum omnes istæ hæc signa æquiualeant, quilibet, quisquis, quicumq;, quinis, fit, vt par ratio existimanda sit & in orationibus ex hoc signo, quilibet, contextis. Maxime quod equum esse omnium nunquã contingit. Contingit autem frequenter isto signo, & similibus utroq; modo indifferenter susceptis vti. Quod evidens indicium est nequaquã huiusmodi sensum progigni. Si enim sensus ille fieret, cum nusquam hætenus verus sit, nunquam tali propositione homines vterentur, vt pote semper falsa imoraliter impossibilis. Fundamentum etiam horum iuniorum est infirmissimum. Aiunt, cum determinabile præcedat, resoluendum esse prius, vel disiunctivè, vel copulativè: in cuius singularibus propositionibus constat sine controversia restringi pro possesso ab omnibus. At ego contendo nullam per illud complexum collectionem importari: importari vero per istud, equus communis omnium currit, vel omnium communis equus currit. Et tunc nullum sensus discrimen diversus situs verborum efficit. Et rationi eorum respondeo, quod cum ipsi verè putent confusam antecedentis æquipollere determinatæ respectu relatiui. Vt hic omnis ipsemet est homo, animal suum quilibet homo videt, subiecta reuera stant confuse, licet distributionem præcedant, & aliàs sæpe propter dependentiam vnus ab altero. Quid vero similiscum, determinabile restringat determinatione: & p consequens ab hac illius suppositio pendeat, quam determinatam determinabilis æquipollere confusæ, resoluendæq; prius determinatione. Quod duplici argumento corroboro, determinabile semper restringitur à sua

determinatione: restrictio autem est coarctatio suppositionis: ergo suppositio determinabilis, & semper dependet à determinatione, & absq; illa cognosci non potest, & per consequens determinatio est prius, & respicienda, & resoluenda. Et cum tam inefficaci rationi hæc tam operosa documentorum machina, & inextricabilis, error (vt ille ait) adnitatur: quid prudentius, si nullum sequitur inconueniens, quã ipsam dissipare, atq; destruere? pfecto si hac via gradiri dialecticis placuerit, vepreta multa succident nubilaq; cuncta à mentibus pro pullabunt. Et huius Hydræ pullulantia capita, quæ ferro excindi nequeunt, igni vastabunt, ac repriment. Nã primo non erit opus ista similitudo acceptationum in medio, & in extremitatibus tantopere obseruetur: deinde mille absurditates distributionis in materia oppositionis aductæ sepeliuntur. Et sincere atq; cadide simul, & vere dicemus huic, quilibet equus hominis currit, opponi hæc, equus cuiuslibet hominis non currit: ac multa demum elidemus adeo rationi aduersantia, vt faciem certe, & speciem nostræ dialecticæ fœdent, & polluunt. Id duntaxat si hoc tramite inceditur, superest in superioribus corrigatur. Nempe quod vbi capite de inductione diximus, inconplexis ex determinatione, ac determinabili constantibus inchoandam esse apriori, dicatur ab determinatione siue vnica siue pluribus accipiatur, semperq; determinabile supponere in ordine ad determinationem confuse. ¶ Contra definitionem contrariarum. Hæc, nullus homo disputat omnis homo disputat sunt contrariæ. Et supposito si nullus restringat (vt solet) pro masculinis, pro illisq; distribuatur: dantur veræ. Casu sint tantum mulieres & currant. Affirmans enim est vera, & pariter negatiua: cuius subiectum non supponit, respondetur non esse contrarias. Quia non est prorsus affirmatio, & negatio de eodem. Sed contra. Hæc, quilibet homo disputat, omnis homo non disputat, etiã si quilibet restringat, contrariatur: & subiectum non sumitur omnino pro eodem: ergo defectus est nullus. Maior probatur, quoniam repugnant in veritate, & dantur falsæ. Dicitur affirmationem & negationem omnino eisdem de eodem esse obseruari strictè in contradictoriis: quæ princeps & summa oppositio est, reliquæ (vt ab oppositione perfecta tantillum velut decidunt, ita non nihil huius exigentiæ remittunt. Fas ergo est in contrariarum negatiua pro pluribus, supponatur, aut stet minus



## Liber tertius

restrictè. Vbi & si eiusdem sit, haud tamen penitus de eodem. Cuius exceptionis ratio potissima ea est, quòd id iuuat ad falsitatē, in qua contraria conueniunt. Aut sane nullum est inconueniēs conuenire. In subcontrarijs vero è conuerso affirmans potest accipi pro pluribus. Quia id ædificat veritatem. Vt homo currit, quidam homo non currit. Vbi in affirmatiua stat pro utroque sexu, negantis subiecto subrogato dumtaxat pro viris.

¶ **C O N T R A** leges arguitur. Hæ, omnis homo est lapis, nullus homo est lapis, contrariantur, & tamen inueritate simul & falsitate repugnant: vt pote altera impossibilis, altera necessaria. Itidem & hæ, quidam leo est equus, quidam leo non est equus sunt subcontrariæ: quæ non possunt verificari. Lex siue natura contrariarum non est, vt semper ambæ sint falsæ: neq; subcontrariarum: vt veræ, sed quòd priores repugnent inueritate, non in falsitate (id est) vt nullum sit absurdū ambas falsificari. Posteriores vero in falsitate, non in veritate. Quòd vero inueniantur veræ: lex nec præcipit, nec prohibet. In hoc substantia consistit, vt nec illæ sint quoquo modo veræ: nec istæ falsæ. Quod manifeste probatur. Plurimæ sunt contrariæ: quæ non falsificantur, vt omnis homo est animal, nullus homo est animal, omnis albedo est qualitas, nulla albedo est qualitas. Et subcontrariæ pariter, quæ verificari nequeunt: vt homo est cælum, homo non est cælum. Cuius rei similitudo in natura reperitur. Contraria siquidem tametsi versentur circa idem subiectum, & mutuo se expellant: quando alterū illorum à natura subiecto, conuenit, necesse est semper, illud inesse. Vt calor, licet contrarietur frigori, nūquam igni non inest, ita profecto quando prædicatum conuenit naturaliter, vna contrariarum erit vera, altera falsa. Si vero à natura quoq; dissidet, erit ex subcontrarijs altera perpetuo falsa, altera vera. Cum ergo raro possint contrariæ esse falsæ, subcontrariæ veræ, & semper illæ in veritate, hæ in falsitate repugnent: optima est huius constitutio legis. Scilicet vt contrariæ repugnent veritate, non autem falsitate. At dialectici eo verborum contextu naturam harū oppositionum exprimunt: vt exigat semper contrarias dandas esse falsas, subcontrarias veras. Coguntur autem tali argumento. Istæ contrariantur omnis homo est lapis, nullus homo est lapis, & tamen repugnant in falsi-

tate. Quid enim est repugnare falsitate, nisi simul falsæ possint esse, & certè illas nemo falsificabit. Si ergo debet non repugnare, possunt dari tales. Sed facili negotio poterat hoc argumentum in Dialectica dilui, dicendo, non repugnare in quantum sunt contrariæ. Nam si quatenus cōtrariæ pugnarēt, profecto omnes contrariæ id haberent: & tamē plurimæ incunctanter assignabuntur falsæ. Sed repugnant gratia materiæ. Moderni nō sic distinguunt: sed quòd illæmet non repugnant in similibus sibi, id est, in alijs contrarijs: & leges sic interpretantur. Contrariæ repugnant veritate, & in se & in suis similibus, (id est) in omnibus contrarijs: non autem falsitate in se, vel in suis similibus. Quia etsi quādoq; in se gratia materiæ repugnent, dabuntur aliæ similes falsæ. Subcontrariæ vero opponuntur generaliter in falsitate, non autem veritate: vt pote quæ semper dabuntur veræ, vel in se, vel in similibus. Cōtradiçtorix vero distāt vtraque in re, & in se, & in cunctis alijs similibus. Vt autem similes inueniant aptas verificationi, vel falsitati semper ad materiam cōtingentem recurrunt.

¶ **V B I E S T** aduertendum: quòd materia propositionis est res significata per illam. Propositio aut principaliter significat cōpositionem prædicati cum subiecto. Huius modi autem compositio est triplex: & ita triplex est materia propositionum, alia scilicet naturalis, alia contingens, alia remota. Naturalis est, vbi prædicatum conuenit à natura subiecto, siue sit affirmas, siue negans propositio, siue falsa siue vera. Vt hæ omnes. Nullus equus est animal, omnis leo impossibiliter est animal, cum suis contradictorijs sunt in materia naturali. A natura dicitur alicui conuenire, quod est eius natura, essentiaue, aut ex illo promanans. Contingens est, cum prædicatū nec conuenit à natura nec alienum est: sed potest conuenire & minime conuenire subiecto. Vt homo est albus, equus est procerus, leo est niger, & similes. Nam color, & magnitudo magna vel parua accidentia sunt cōtingentium. Repugnans dicitur, quando à natura non congruit: etiam si per miraculum possit quandoque conuenire, vt homo est lapis, mater est virgo, Deus est homo. Dicunt ergo summulistæ: in materia cōtingenti posse nullo negotio reperiri contrarias falsas, & si in alijs nō possunt. Et fat est in similibus dentur. Et similes esse nihil aliud est: nisi vt reuera



reuera sint pariter contrariæ. Idem iudicant in subcontrarijs. Sed superest post modum alia inter arguentes disputatio. Vtrum. s. quæ denuo ad legem exequendam assignantur, sint cōtrariæ. Sed labor est non adeo improbus, nec omnino vacuus aut in cassus. Hactenus de oppositione propositionum.

### Lectio tertia.



**D**ERACTO DE PROPOSITIONIBUS OPPOSITIS, restat terminos oppositos paulisper ventilemus. Habet enim non nihil & difficultatis, & utilitatis huiusce tractatio. Quam solent recentiores primo

libro discutere: sed meo arbitrato intempestiue, vt pote quorum natura, & difficultates emergentes notitiam oppositionis præsupponant. Igitur aduertendum est quòd quem admodum in rerum pluralitate non nullæ sunt disparatæ, nullum respectum inter se se habentes: vt color & dulcedo, musica, & lux. Nonnullæ amicæ, ac germanæ vt animal, & sensibile, homo, & risibile. Nonnullæ contradicentes, vt calor, & frigus, humiditas, & siccitas. Ita termini res ipsas significantes sunt triplices (signum enim conditionem induit partim sui signati). Alij scilicet impertinentes, & disparati, vt equus & actio, alij pertinentes se quella, alij repugnantia. Quidam (inquam) adeo affines ratione rerum significatarum, vt vnus, inferatur ex alio, vel inferat illum. Vt bene sequitur, est rationale: ergo admiratiuū. Est homo: ergo animal. Non potest hæc illatio non arguere aliquem inter hos terminos nexum, atq; necessitudinem: quæ appellatur pertinentia sequella. De quibus quot modis pertineant, quo pactoq; se se inferant, videbimus in post prædicamentis. Postremi sunt pertinentes repugnantia, inter quos est aliqua oppositio: nimirum quæ in rebus signatis. Hi sunt quadruplices, contradictorij, contrarij, priuatiui, relatiui. Contradictorij sunt, quorum alter explicitam negationem importat alterius: vt homo, non homo: leo, non leo. Quæ materia tanto facilius est cognitu præcedenti oppositionis propositionum: quanto simplicior. Contrarij sunt: qui important qualitates omnino

eodem in subiecto incompatibiles. Hi semper referunt accidentia: vt inductiue est pendere. Accidentia vero numquam nõ subiecto inhaerent, nisi miraculo absque substantia conseruentur: vt in sacramento altaris. Accidentia ergo, quæ eidem subiecto vnà adhaerescere non queunt: hæc eorum incompatibilitas signum est efficax repugnantia. Vt albedo, & nigredo: paritas, & imparitas: retitudo, & obliquitas: ægritudo, sanitas. Hi cōtrarij importat seorsum aliquas (vt diximus) qualitates. Priuatiui sunt, quorum alter significat priuationem alterius: vt cæcus, & videns: mortuus, & viuens. Cæcus vero, & mortuus nihil. Quoniam ambo priuant alijs rebus: sed vnus quisque positio priuatiue opponitur. Quod philosophi, pariter & theologi vocant habitum. Relatiue opponuntur: qui significant respectus oppositos, vt pater, & filius, magister, & discipulus, creator, & creatura, dominus, & seruus. Igitur cum horum omnium natura in repugnantia consistat: querimus quantum nam repugnent? & primo an æque repugnet, verificari, vel falsificari terminos cōtradictorios de eodem: ac contradicentes propositiones veras, vel falsas. Et pars affirmatiua suadetur. Quia propositionum contradictio inter minorum repugnantia fundatur. Innititur enim huic principio, quodlibet est, vel non est, (id est), esse vel non esse, quod est duo termini, vel huic, impossibile est, idem simul affirmari vel negari de eodem. In contrarium est quòd isti termini, videt, nõ videt, falsificantur de eodem. Vt si dicas Petrus & Paulus videt, Petrus & Paulus non vident, de eodem (inquam) subiecto complexo. Ambe enim sunt falsæ, casu vnus sit cæcus, alter videns. Deinde generaliter in propositionibus contrarijs duo termini contradictorij falsificantur. Vt omnis homo est videns, omnis homo est nõ videns. Tertio verificantur in istis Petrus possibiliter est albus, & idem Petrus possibiliter est non albus. Respondetur, non perinde repugnare vnum, ac alterum. Nam contradictoria in nullo casu dantur, contradictorij in multis (vt vidimus) verificantur. Solu repugnat verificari, seu falsificari terminos contradictorios de eodem singulari, & mediante simplici copula inhaerentia. In hoc sensu est infallibile axioma quodlibet est, vel non est. Quodlibet (inquam) in particulari, & vnum numero. Nam quodlibet in genere est simul, & non est aliquid. Vt animal est



## Liber tertius

albus, & animal non est albus: est rationale, & irrationale. Hoc de vno in communi. Si multa in particulari: neutrum contradictorium erunt aliquando. Vt iste, & iste, est albus, iste, & iste est non albus. Itaque non adeo vniuersaliter pugnat. Sed est plurimum aduertendum: quod in casibus vbi verificatur, seu falsificantur contradictorij, non inferuntur vlllo pacto propositiones contradictoriae: sed vel contrariae, vel subcontrariae. Ad argumentum in oppositum iam exposuimus pro verbum.

¶ **Q V A E R I T V R** modo de contrarijs, an de eodem verificari queant? Non investigatur falsificatio. Quia vt contrariae orationes fallae conficiuntur: ita contrarij saepe falso, asseruntur. Vt palidum est album vel nigrum: vnum est par: vnum est impar. Sed an vere dici possint, non est modica disceptatio. Nam contraria sunt qualitates, quae repugnant esse in subiecto: vnde facilius, & frequentius eueniet, vt neutrum sit in eodem subiecto, quam vt vtrumque reperiat in coniunctu: & nihilominus exemplo triuali sumulistarum arguitur. Sit equus, vel scutum cuius medietas sit alba, medietas nigra, videtur esse album scutum & nigrum. Quoniam regula metaphysicorum est. Sat maiorem partem esse talem: vt totum sit illud: sed maior pars scuti est alba. Sumo namque tres quartas, & argumentor: haec tres quartae sunt albae (siquidem duae albescunt, & disgregat visum) & haec sunt maior pars, igitur. Respondeto: quod illud scutum neutrius coloris est, sed mistum: & regula intelligitur primo, vt maior pars sit prorsus talis. Quod alij explicant hoc aduerbio synchegorematicè, (id est) vt illa pars maior sit talis secundum quamlibet rursus sui partem. Quod non competit nostris quartis. Et praeterea non sit vtrumque maior, sed multo maior: vt ex decem septem vel octo: non si solum sex sunt tales: quia excelsus est modicus. Sed quid ad quaestionem principalem respondebitur? Nempe quod duo termini contrarij non possunt de eodem numero verificari: secundum copulam praesentem: median te vero extrinseca poterunt. Vt Petrus erit albus, & erit niger: & de eodem in genere, quem admodum de contradictorijs pernotauimus. Sed est discrimen quod contradictorij non verificabuntur, nec per miraculum. Contrarij poterunt, dici supernaturaliter: vt simul poterit dari album, & nigrum. Et ratio est,

quoniam priores includunt negationem alterius, & ideo implicat esse hoc, & non esse hoc. At contrarij non ita: sed esse album, est habere albedinem. Qui hoc asserit: non dicit propterea nigredine carere. Et ideo supernaturaliter potest fieri, vt simul quis colorẽ vtrumque sortiatur.

¶ **DE PRIVATIVIS** demum indagemus, an possint de eodem verificari. Priuatio autem est negatio in subiecto apto nato. Caecitas carẽtia visus: mors negatio vitae: hoc addens quod deberet caecus videre, & mortuus viuere, quod non dicit li non videns, vel li non viuens. Ideo de lapide asserimus, non videt: haud tamen esse caecum, & de eodem non viuere, non autem esse mortuum. Itaque priuatio est negatio sui oppositi in subiecto tamẽ apto. Respectu ergo talis obiecti (quod alias nũcupatur proprium) priuatiui sunt contradictorij. Idem est (inquam animal, quod est aptum prospicere, esse caecum, & non videre: quandoquidem priuatio est negatio. Non vt contrarietas: quia album, vel nigrum esse, non est non esse aliquid: at tenebrosum esse, est non habere lucem, quam erat aptum possidere. Et caecum esse nihil aliud est, quã non habere visum: quem habere poterat. Igitur priuatiui sunt contradictorij contracti, (id est) non absolute, & respectu cuiusque: sed respectu sui proprii subiecti. Hoc supposito dicito, quod possunt primo falsificari de eodem numero, sed non existente. Vt Antichristus est mortuus, & ille est viuus: chymera agrotat, & valet. De eodem etiam existente, sed non proprio subiecto: vt lapis videt, & est caecus. Et ratio est: quia priuatiua certum sibi vendicant subiectum: extra quod nulli competunt. Sic nullo negotio de alijs falsificantur. At de proprio subiecto numerico nec verificantur, nec falsificantur. Quia respectu illius sunt contradictorij, affirmatio. i. & negatio. Vnde sicut implicat contradictorios, ita & priuatiuos de vlllo vere vel falso dici.

### Cap. II. De Æquipollentijs.

TEXTVS.

**SEQUITVR** de æquipollentijs: de quibus tales dantur regulae. Prima si alicui signo Sequi-



vniuersali, seu particulari præponatur negatio, æquipollet suo contradictorio: vt hæ æquipollent: non omnis homo disputat, quidam homo non disputat, omnis homo disputat, non quidam homo non disputat. Secunda, si alicui signo vniuersali postponatur negatio: æquipollet suo contrario: vt hæ æquipollent: omnis homo non disputat: nullus homo disputat. Tertia si alicui signo vniuersali vel particulari præponatur, & postponatur negatio, æquipollet suo subalterno: vt hæ æquipollent, non omnis homo non disputat, quidam homo disputat: omnis homo disputat, non quidam homo non disputat. Et dictæ regulæ his versibus continetur. Præ. contradic. post, contra, præ, postque subalter. Ex his regulis inferitur: quòd si duo signa vniuersalia negatiua ponantur in eadem locutione, ita vt vnum sit in subiecto, alterum in prædicato, primum æquipollet suo contrario per secundam regulam. Secundum suo con-

tradictorio per primam: vt nihil est nihil, æquipollet huic quodlibet est aliquid. Nam per secundam regulam nihil non, & quodlibet æquipollent: sicut omnis non, & nullus. Et per primam regulam non nihil, & aliquid, sicut non nullus & quidam. Et sic duæ primæ sunt æquipollentes. Vnde versus.

*Non omnis, quidam non, omnis non, quasi nullus.  
Non nullus, quidam, sed nullus non, valet omnis.  
Non aliquis, nullus, non quidam non, valet omnis.  
Non alter neuter, neuter non, præstat vterq;*

### Lectio Vnica.



**I**N TENTIO INTER alias præcipua dialecticæ in his tribus libris est sic suos alumnos instruere quos erudiendos suscepit, vt peritè nouerint propositiones velut ensem, ac scutum, in utramque partem strenue vibrare. Quibus proinde præcepta tradit non modo illarum sensum intelligendi, verum tam potenter illis dominandi: vt ex quibuslibet quilibet, qualesq; expedierit pro suo arbitratu faciat. Vt propositio nis virtus ac potestas, (quæ sunt ipsorum gladius, & arma) ita in eorum sita sit ratione, ac intellectu: quemadmodum in manu figuli maffa luti. Ideo cum in superioribus docuerit quid sint & quomodo se oppositiones habeant, hic ostendit quam arte omne genus oppositionis producat, & productum resoluatur. Quæ omnia virtute, officioque: negationis velut instrumento peraguntur. Est namque eius natura, reddere semper oppositum eius quod reperit. Quo (vt palam est) nullo negotio, citraque puluerem fit, vt & oppositæ æquipolleant, si eas negatio cõiungat, & æquipollentes rursus (si auferatur) ad pristinam oppositionem redeant. Vt datis his contradi-



## Liber tertius

Et orijis omnis equus est quātus, aliquis equus non est quantus, cui libet præponas negationem, coincident, & si eam adiectā tollas ad suam oppositionem redibunt. Vtilis tractatus: vt pote quo tam scite, ac doctè nostris armis instruimur: vt quasi cataphraſtivndiq; armis septi, digladiari vbiq; certareq; contra quoscunq; audeamus. Ex quo inferitur primo has regulas intelligendas esse de negatione negante, liberèq; sumpta: cuius virtus sine obiectione in totam orationem fluat: non de infinitate, vel priuante, (vt in materia cōtradictoria rum aduertimus). Secūdo quòd cum multiplicibus modis propositiones æquiualeant: nempe per cōuersionem, per synonymitatem terminorum, per rerum idemtitatem, alijsq; multis de causis, hic dumtaxat illa æquipollentia describitur: quæ in oppositis, vel subalternis p̄ additionē negationis fieri potest. Ita carmen has regulas cōcinens signa affirmatiua negatiuis semper immiscet (vt in textu videre licet.) Vnde solū modo intelligūtur de propositionibus vtriusq; extremi participatibus ordine eodem.

¶ PRIM A regula est, si alicui signo vniuersali vel particulari præponatur negatio, æquipollet suo contradictorio. Per hanc, propositiones contradictoriæ æquipollent, æquipollentesq; contradicunt. Eadem namque via est (vt aiunt) ab Thebis ad Athenas & e conuerso. Negatio siquidem est malignantis naturæ: quare præposita vni cōtradictionis parti in sensum eam alterius inuertet. Quod si iā æquipollebant, denuo adiecta necessario opponentur. Regula quidem in textu exprimitur his nominibus: signum vniuersale & particulare: quoniam plerumque in contradictorijs reperiuntur: & quia etiam extra contradictorias vbi libet signum sit insertum, habet locum. Signa autem contradictoria sunt veluti propositiones ipsæ vniuersale negatiuū, & vniuersale affirmatiuum, vt nihil, non, nullus, & aliquis, quidam. De quibus signis regula accipienda est, quòd sint vniuersalia, & vniuersaliter sumpta: nō sic restricta: vt vix in eis vlla resplendeat vniuersalitas. Vt hic, omne quod est Petrus, currit, si omne nō est tam signum quam subiectum, & hic, Petrus qui est omnis homo loquitur, non vniuersaliter capitur, sed pars efficitur extremi. At si sermo sit de contradictorijs propositionibus, regula est lucidior, & vniuersalior. Nempe quod

cui libet præponatur negatio, æquipollet contra dicenti: dummodo de negatione adverbiali intelligatur: quæ communior & aptior est ad opus negationis præstandum. Nam nominalis frequenter non aptè cohæret. Vt si dicas nullus omnis homo currit, latinius dicitur, nō omnis homo currit. Nā cōgruentia, cōcinitasq; locutionis tā necessario præsupponēda est in arte, qua vere, rectèq; loqui docemur, vt si nec adverbialis cōgruet, pretermittenda sit. Secunda regula est: si alicui signo vniuersali postponatur, æquipollet contrario. Signa contraria sunt vniuersale affirmatiuū, & negatiuum: (vt in calce textus intueri licet) vt nullus, omnis, nemo, quilibet. Et de signis quidem seorsum nulla est in regula obcuritas, nulla difficultas. At si contrarijs propositionibus applicetur. Regula habet innumeras fallentias, ob id quòd signo vniuersali postposita negatione potest signum ipsum eum situm in propositione sortiri, vt negatio nihil in illo agat. Verbi gratia hic, omnis ars, quæ est qualitas mentis, est res spiritalis, si inferatur negatio copulæ implicationis, non redditur contraria. Et hic: omnis equus est omne viuens (cuius cōtraria est nullus equus est viuens) etiam post posita negatione haud æquipollet suæ contrariæ. Vt si affirmes: omnis equus non est omne viuens. Quia in hac per regulas superiores prædicatum supponit confuse, in contraria (vt palam est) distribuitur. Demum cum hæc regula ad constituendam contrariam alicuius propositionis deseruiat: & non omnis propositio habeat cōtrariam (quemadmodum in superiori capite ostendimus) sequitur: non tam generalem esse ac præcedentē, ergo habebit locum in propositionibus simpliciter vniuersalibus de extremis pariter simplicibus. In his prodest in cæteris non, nisi mille præceptis obseruatis & semper titubans.

¶ Tertia regula, obsequitur subalternis. Vbi est aduertendum: quòd non est elegans, vel apta æquipollentia nisi vbi est & diuersitas vocum, & idemtitas sensus. Nam Petrus currit, & Petrus currit, non tam æquipollentes quam eadem sunt. Hæc vero: non omnis homo non disputat, & quidam homo disputat: proprie æquipollent. Inter quas tanta est terminorū differētia & paritas sentētiæ. Quæ sint subalternæ, capite superiori elucidauimus. Igitur vt oppositæ, quæ tantum differunt, virtute



virtute negationis coëat: ita subalternæ quæ pariter distāt, vt vniuersale & particulare eadē negatione equipollent. Atq; cū in præcedentibus æquipollentijs simplex suffecerit hic duplicata requiritur. Nam prima reddit vniuersalem affirmatiuam, particularem negatiuam, secūda facit ex ea affirmatiuā. Vnde per has inmutationes velutres naturalis tādē sensus subalternæ producitur. De subcontrarijs nulla regula statuitur: non quia æquipollere negationis adiectione non possunt: sed potius quia tam assimilantur negatione, vt nulla sit vocis disparitas: quæ tamē in æquipollentibus tantum, vt decus, exigitur. Nam datis his subcontrarijs homo currit, homo non currit, quid facilius, quàm in affirmatiua negationem postponere? Verum post posita eadem prorsus ac altera negatiua resultat. His ergo regulis si quis sobriè, ac tempestiuè vtatur: multas inde subducet, atque formabit argumentationes perutiles.

¶ IN CALCE TEXTVS Appendix, vniuersam amplectens, atq; exornās doctrinam infertur. Quod si duo fuerint signa vniuersalia scilicet negatiua. At vero primo non verificatur solum in duobus, sed in pluribus quantumcumque multiplicentur. Nec opus est etiam illa conditione vt alterum sit in subiecto, alterum inferatur prædicato: sed vbicumque & quotcumque signa vniuersalia in eandem categoricā inserta fuerint: primum æquipollet suo contrario affirmatiuo, secundum suo cōtradictorio, tertium rursus suo contrario, quartum suo contradictorio. Per quod si plures negationes aliquam propositionem offuscauerint, poterit aliquantulo lucidior extrahi. Enimvero vt propositio affirmatiua est & simplicior & clarior negatiua, ita & signa affirmatiua sunt apertiora, & propositionem minus confundunt. Vnde si dicas, nullus homo nullius gravitatis in nullo statu non est molestus: quæ ob multitudinem negationum pænè non est perceptibilis, resoluitur per affirmationem sic. Quicumque homo alicuius gravitatis in omni statu est onerosus, aut infestus, semper (inquam) faustuosus est odio quouis dignus deputandus. Nam propositio est affirmās ob negationis paritatem. Reliquæ signorum æquipollentiæ sunt in textu & splendentes, & valde cōmodæ.

## DE CONVERSIONIBUS.

### Cap. III.

#### TEXTVS.



**D**ROPOSITIONUM categoricarum vtroque termino participantium ordine conuerso duplex est cōuersio: simplex, per accidens. Conuersio simplex est, quando fit de subiecto prædicatū, & de prædicato subiectum manente eadem quantitate, & qualitate. Et hoc modo cōuertitur vniuersalis negatiua in se ipsam, & particularis affirmatiua in se ipsam. Vt nullus homo est lapis: ergo nullus lapis est homo: quidā homo est animal: ergo quoddā animal est homo. Conuersio per accidēs est, facere de subiecto prædicatum, & de prædicato subiectum manente eadem qualitate, sed mutata quātitate. Hoc modo cōuertitur vniuersalis affirmatiua



## Libertertius

in particularem affirmatiuā.  
Vt omnis homo est animal:  
ergo quoddā animal est ho-  
mo. Et vniuersalis negatiua  
in particularem negatiuam:  
vt nullus homo est lapis: ergo  
quidam lapis non est homo.  
Vnde versus. Feci simplici-  
ter conuertitur eua per acci.  
Afferit. a. negat. e. sūt vniuer-  
saliter ambæ. Afferit. i. & est  
particularis. Et sciendum est  
quòd signum positum in sub-  
iecto propositionis quæ de-  
bet conuerti, quodcumq; sit  
illud, debet poni super totum  
prædicatum, & totum redu-  
ci ad subiectum conuertētis.  
Præterea eadem est conuer-  
sio propositionis particularis,  
in definitæ, & singularis.

### Lectio Vnica.



**V**MDEM SCOPVM  
cum præcedenti respicit &  
presens conuersionum capi-  
tulum: nepe vt plures æqui-  
pollentes facile inuenias.  
Quod ad propositionū pro-  
bationem plurimum conducit. Frequenter  
enim propositio obscura est: cuius æquipollēs  
ac cōuertens lucidissima est. Quocirca cum  
tota hæc conuersionum & æquipollentiarū  
structura eo tēdat, vt splēdoris ac lucis quid  
propositionum intelligentiæ addat: valde ab-  
lurdum existima, tunc propositiones conuer-  
tere, quando in obscurissimas conuertuntur.  
Quod fit aut quādo affirmatiua in terminos

infinitos (vt in conuersione per contra posi-  
tionem, non nullos hæctenus egisse compe-  
ries) aut cum caliginose nimis ampliatio cō-  
uersæ in cōuertente depromitur. Tūc quod  
magno labore vt intellectus esset lumen an-  
tiqui excogitarūt, in magnas cedit tenebras  
& confusionem. Conuersio est ergo ex vna  
propositione facere duas cambio, & trāsnu-  
tatione extremorum. Vt ex ista homo est a-  
nimal, fit hæc, animal est homo. Quæ ideo di-  
citur prioris conuertens quia ex subiecto fa-  
ctum est prædicatum, & è conuerso ex præ-  
dicato subiectum. Hoc autem primo non fit  
apte in cunctis propositionibus: quia sæpe  
prædicatum est tale: vt non possit esse subie-  
ctum. s. adiectiua. Vt homo est albus: incon-  
grue albus regit verbum, & reddit suppositū:  
quod secum non affert: quod tamen facturus  
erat si conuertitur in hanc albus est homo.  
Vt vero rectè conuertatur, necesse est: neu-  
trè dicas, album est homo. Quæ tanto a vera  
conuertente deficit: quanto ab extremo-  
rum idemitate differt: & nihilominus est in  
vsu iuniorum. Secundo quando verbum eius  
est conditionis vt diuersam exigat subiecti &  
prædicati suppositionem. Vt sunt copulæ ex-  
trinsecæ: quæ subiectum ampliāt, prædicatū  
restringunt, vt equus fuit niger. Vbi si niger  
solummodo pro præterito capitur: incōuer-  
tente vero, nigrum fuit equus, ampliatur, &  
quod ampliatur restringitur. Atquia neces-  
se est in conuersione proprietates logicales  
seruentur (alias ex conuersa non sequeretur  
conuertens (vt pote cum facile defectus am-  
pliationis, & restrictionis cōmitti possit) cō-  
uertunt eam hoc pacto, nigrum quod fuit, ni-  
grum est vel fuit equus: quæ profecto multo  
obscurior est quam conuersa. Vnde mea sen-  
tentia non deberet conuersio ad similes vsq;  
propositiones extendi: vt pote ex quibus ni-  
hil lucis haurire possis. Igitur cōuersio est  
utilis in propositionibus de præsentī & sim-  
plici copula in hærentiæ, de extremisque sim-  
plicibus: vbi nulla ex eorum transpositione  
oriatur offuscatio. Hæc autem conuersio est  
duplex simplex. s. & per accidens. Prima est  
quādo cum transpositione extremorum ea-  
dem conuersæ quantitas atque qualitas ma-  
net. Quæ ideo simplex appellatur: quòd tan-  
tum in ea extrema cambientur: cum in reli-  
quis conuersionibus aliquid aliud præter ex-  
trema mutetur: quantitas. s. vel qualitas. Vt  
hæc



hæc nullus Leo est homo, conuertitur in hanc, nullus homo est leo. Albedo est color, in hanc, color est albedo. Hac conuersione conuertitur & vniuersalis negatiua & particularis affirmatiua. Nomine particularis intelligimus (vt habetur in textu) & indefinita & singularem. Quæ omnes ideo hac conuersione conuertuntur: quia eadem est suppositio: & quantitas prædicati & subiecti. Vbi in tueberis quam exercenda sit hæc conuersione tunc solummodo cum consimilis extremorum suppositio vtrobiq; manifeste obseruatur, & apparet. Nã & in vniuersali negatiua supponunt ambo distributiue, & in affirmatiuis particularibus ambo determinate. Vnde nulla sequitur sensus diuersitas extremis transmutatis: sed si copula extrinseci temporis est, eadem ampliatio (vt dudum insinuabamus) retineatur.

¶ **CONVERSIO** per accidens est cambium extremorum variata dumtaxat quantitate, vt omnis albedo est color, ergo color est albedo. Quo pacto conuertitur vniuersalis affirmatiua & negatiua: prima necessario: simpliciter conuerti non potens. Nam si distribueretur in conuertentem, prædicatum, (quod in conuersa supponit confuse) argueremus ab non distributo ad distributum. Ponit Petrus Hispanus deinde versus quo huiusmodi conuersiones breuissime explicatæ memoriæ tradantur. Simpliciter feci conuertitur eua per accidens. Vbi significationes vocalium tantum notande sunt. Alpha repræsentat vniuersalem affirmatiuam. E. vniuersalem negatiuam. I. particularem affirmatiuam. Igitur. E. ac. I. conuertuntur simpliciter, alpha & E. per accidens. Tertiam speciem conuersionis addit auctor: qua hæctenus dialectici vsi sunt & quam nos data opera à textu euulsimus: & à nostro commento explosimus (nimirum doctrinam primo nullius prorsus utilitatis, nec vsus: deinde maxime obscuritatis, postremo frequenter deficientem) quæ vocant conuersionem per contrapositionem. Quando scilicet termini finiti & positiui in negatiuos & infinitos mutantur. Res penitus peruersa: vt scilicet termini de se perspicui quales sunt positiui, in tenebrosos, ac ppe inintelligibiles conuertantur: quales sunt infiniti & negatiui. Sed quid quòd Aristo. docet arguere ab affirmatiua ad negatiuam, & econuerso variato prædicato, penes infinitum & finitum: vt Petrus est non albus, ergo non

est albus. Dicendum quòd græci maiori verborum copia diuites varijs modis loquendi abundant. Quorum vnus est per terminos infinitos, & forsan per verba infinitata: latini vero similibus vocibus non vtuntur. Nec mirum diuersæ nationes distinctos modos sese explicandi habeant. Ideo hanc philosophi doctrinam greco idiomate, non rerum naturis, fultam non decet, nec minus expedit sermone latino suscipiamus, vel imitemur. Sicut pleraq; ipsius documenta merito ambabus manibus amplecti solemus. Secundo aio, arguere ab extremis infinitis ad finita claritatis & intelligentiæ causa ratio postulat: contra agere vero ipsamet ratio omnino prohibet, penitusq; interdicit. Et addo lōge obscuriorē esse conuersionem per contrapositionem: vt pote in qua præter infinitos terminos, tenebras palpabiles: etiam est cambium extremorum, quod non parum caliginis infert cognitioni.

¶ **CIRCA** istas duas species (quæ commode inseruiunt) notato, auctorem conuersiones in forma consequentiæ explicuisse: quia est argumentum in vniuersum ab conuersa, ad conuertentem: licet econuerso haud semper, sed inconuersione tantummodo simpliciter. Vnde solet dici, quòd duplex est conuersio, alia mutua, alia non mutua. Conuersio per accidens non est mutua, quia semper argueremus ab non distributo ad distributum, quare in similibus conuersionibus contingit frequentius conuersam esse falsam, & conuertentem veram. Vt hec est falsa omne animal est homo: & hæc vera homo est animal, in qua conuertitur. Hinc à conuersa ad conuertentem valet illatio: è contra vero minime. ¶ At contra ea quæ dicta sunt obijciuntur multa. Primo hæc homo est pictus, ergo pictus est homo non valet: antecedens est verum & consequens est falsum: sillaba est nomen ergo nomen est syllaba. Præterea hæc: triplex est propositionis materia: non conuertitur in istam propositionis materia est triplex. Nam in antecedenti accipitur vnica, in consequenti pluribus: deinde videtur in antecedenti personaliter supponere, in consequenti ratione prædicati simpliciter. Idem de hac homo est species, ergo species est homo. Præterea hæc, promitto tibi librum quo pacto conuertitur: nam si dicas librum tibi promitto, eadem est penitus: idem subiectum, idem vtrobiq; prædicatum. Ad hæc respondeto: generaliter necesse fore in conuersionibus proprietates logicales



## Liber tertius

les feruentur. Vnde propositiones conuertuntur sic: syllaba est li, mus: pictura est homo est figiatus. Tertia conuertitur ( vt iacet ) vsus enim dialecticorum iam obtinuit, vt idem per vtramq, propositionem concipiatur: à qua conceptione huiusmodi regulæ eliciuntur. Idem intelligimus siue dicas, homo est species, & species est homo: duplex est conuersio, conuersio est duplex. Si vero quid dicere vnam vel alteram, referret, facilis solutio foret: nempe quòd sic erant conuertendæ, vt eadem appellatio, eadem acceptio terminorum vtrobic; custodiretur. Quarta conuertitur per passiuam: vt promitto tibi librum, ergo liber est tibi per me promissus: vel melius sic, promittens librum sum ego. Nam promittens librum est in cõuersa prædicatum. Quia verbum adiectiuum ( vt diximus ) in substantiuum, & suum participium resoluitur. Quòd fieri necesse est: si cõuertere quis similes propositiones voluerit. Vbi nihilominus eodem pacto termini confunduntur. Et ista, bis cantavi missam, in hanc, bis cantans missam sum ego. Et hæc, ad equitandum requiritur equus, requisitum ad equitandum est equus. Nam in conuersa equus erat subiectum, tãmet si ultimo loco constitueretur: prædicatum requiritur.

¶ **CONTRA:** hæc propositio, omnis homo est animal, & c conuersio, est cathgorica vniuersalis: & tamen non conuertitur, nec per accidens. Nam maxime in hac: animal & e conuerso est homo, cuius tamen sensus vix vllus ex haurietur. Ad hoc facile conceditur, plurimas esse propositiones, quæ nõ possunt ob aliquod impedimentum commode conuertiri. Et impedimentum hic est illa dictio, è conuerso: quæ cum incongrue inferatur subiectum: apte inferitur prædicatum. Quamquã potest quis dicere, prædicatum in illa oratione solum esse animal: hoc siquidem tantum dicitur de homine: illa vero dictio est pars non prædicati, sed totius orationis. Quia totam certe modificat: sicut signa vniuersalia omnis, nullus, nõ sunt partes subiecti, sed propositionis. Vnde illa conuertitur in istã, animal est homo, & conuerso.

¶ **SED QUID** de hac propositione singulari. Adam fuit omnis homo, si cõuertitur simpliciter, hæc foret vera: omnis homo fuit Adam. Respondebis, seruandam esse eãdem restrictionem, omnis homo ( qui fuit homo ) est, ei fuit Adam: quæ tamen adhuc falsificatur;

vt patet per descensum sub subiecto. Aegerime certe conuertuntur similes propositiones non consuetæ, maxime quòd in exponibili forsan efficitur pars extremi: vt pote posito signo à parte prædicati: in exponentibus minime. Si quis contendat posse conuertiri, debet scire, quòd prædicatum illud supponit dependenter ab tempore determinato incluso in copula: quæ dependentia non potest, nisi hoc pacto in conuertenti explicari: omnis hõ qui fuit hoc tempore ( signato eo, quo solus paradysus prothoplattus incolebat ) est, vel fuit Adã. Quæ certe strictè non est cõuertens. ¶ **CONTRA.** Ista, Parrisijs & Romæ venditur piper, est vera: & sua conuertens falsa. s. piper venditur Parrisijs & Romæ. Nam factò descensu disiunctiuo subli piper subiecto conuertentis conuincitur falsitatis. In his de verbo adiectiuo, & in alijs multis necesse est, volentibus eas conuertere, extrema prænosse. In propositione inducta, piper est subiectum, quia reddit suppositum verbo: prædicatum est venditum. Vnde conuersa est, Parrisijs, & Romæ, venditum est piper. Et clarius dicitur, haud esse immediate plene conuertibile, sed prius illa vniuersalitas resoluenda est, post modum vnaquaq; pars conuertetur. Aliàs si immediate cõuertatur perfecte totum subiectum in prædicatum, argumetur à confusa ad determinatã ex parte prædicati venditum. Et quam plurimæ propositiones sunt nõ statim conuertibiles, sicut aliæ. ( Vt in capite de ascensu inspeximus ) non erant illico resoluendæ, nec resolubiles. Vt hæ: nullus homo falso est animal, si euestigio conuertitur in hanc, nullum animal falso est homo, est conuertens falsa. Quoniã multa animalia falso sunt hõ, sed necessario reducenda est, ad suas singulares: & ipsæ conuertende.

¶ **SED QUID** de modalibus dicemus. Arguitur, hæc, Deus necessario est creans, nõ conuertitur in hanc, creans necessario est Deus, nam prima est falsa, secunda vera, & tamẽ debet conuertiri, & conuertitur simpliciter. Respondebimus ad hanc & similes modalium obiectiones post earum tractatum,

### Cap. IIII. De modalibus.

TEXTVS.

Modus





**O** D V S  
est adiacens,  
rei determi-  
natio, & ha-  
bet fieri per  
adiectiuū. Sed duplex est ad-  
iectiuum. Quoddam est adie-  
ctiuum nominis. Vt albus, ni-  
ger, & similia. Aliud est adie-  
ctiuum verbi. Vt aduerbia:  
secundum enim Pricianum:  
aduerbium est vi verbi adie-  
ctiuū. Et ideo duplex est mo-  
dus. Vnus nominalis, qui fit  
per adiectiuum nominis. A-  
lius adverbialis, qui fit per ad-  
uerbium: vt homo currit ve-  
lociter. Item adverbiorum:  
quædam determinant verbū  
gratia compositionis. Vt ista  
lex, necessario, contingenter  
possibiliter, impossibiliter, ve-  
rò & falso. Alia determināt  
verbum gratia rei verbi. Vt  
fortiter agit, velociter currit.  
Alia determinant gratia tē-  
poris: vt hodie, cras: & alia ad-  
uerbia temporalia. Alia ad-  
uerbia determinant ratione  
modi. Vt aduerbia optandi,  
hortādi. Et sic sumitur multi-  
pliciter modus per aduerbia.

¶ SED OMISSIS omnibus alijs: solū

nunc de illis dicendum est, qui composi-  
tionem determinant: vt sunt necessariò contin-  
genter. &c. Cum enim dicitur homo necessa-  
riò sedet: significatur, quòd compositio sel-  
sionis cum homine sit necessaria. Sed cum di-  
citur homo bene currit, vel velociter: signifi-  
cat, quòd cursus hominis sit velox, vel bo-  
nus: & in ista determinatur res verbi, in pri-  
ma verò compositio. Vnde solum illi modi  
qui compositionem determināt, faciunt pro-  
positionem modalem. Ideo de talibus solū  
modo hic intendimus. Et sumūtur quandoq;  
prædicti modi nominaliter. Vt possibile, im-  
possibile, contingens, necessarium, verum & fal-  
sum, Quandoq; adverbialiter: vt possibiliter,  
impossibiliter, necessariò, contingenter, verò  
& falso. Propositio modalis est illa, quæ de-  
terminatur aliquo istorū sex modorū, possi-  
bile, impossibile, contingens, necessariū, verū  
& falsum. Vt sortem currere est possibile &  
sic de alijs. Et in istis modalibus verbum de-  
bet subijci, modus autem predicari. Omnes  
autem propositiones, quæ non determinan-  
tur per illos sex modos: dicuntur de inesse  
id est de simplici inherencia prædicati ad suie-  
ctū. Sed adhuc illæ propositiones, quæ modi-  
ficantur istis modis verò & falso, ad præsens  
relinquūtur, quia in illis eodem modo sumū-  
tur oppositio & æquipollentia: sicut in illis  
de inesse. In illis autem de his quatuor mo-  
dis possibile, impossibile, contingens, & neces-  
sarium: alio modo sumitur oppositio æqui-  
pollentiæ, vel consequentiæ: vt postea pate-  
bit. Sciendum autem quòd quilibet istorum  
quatuor modorum quatuor facit propositio-  
nes modales. Ideo cum modi sint quatuor  
quater quatuor erunt propositiones moda-  
les: & sic erūt sexdecim. verbi gratia. Iste mo-  
dus possibile si sumatur sine negatione, facit  
vnam propositionem modalem. Vt sortem  
currere est possibile. Si autem sumatur cum  
negatione lata ad verbum facit secundam, vt  
sortem non currere est possibile. Si verò cū  
negatione posita ad modum facit tertiam, vt  
sortem currere non est possibile. Si cum ne-  
gatione posita ad verbum & ad modum fa-  
cit aliam. Vt sortem non currere non est pos-  
sibile: & hoc modo secundum vnumquemq;  
aliorum modorum sumuntur quatuor pro-  
positiones modales. Harum autem propositio-  
num modalium æquipollentiæ quatuor  
regulis cognoscuntur. Quarū prima est Cui-  
cumq; dicto affirmato attribuitur possibile  
eidem



## Liber tertius

eidem attribuitur contingens? & ab eodem dicto remouetur impossibile: & ab eius contradictorio opposito remouetur necesse. Ut sortem currere est possibile: sortem currere est contingens: sortem currere non est impossibile: sortem non currere, non est necesse. Secunda regula. Cuicumque dicto negato attribuitur possibile, eidem attribuitur contingens: & ab eodem remouetur impossibile: & ab eius contradictorio opposito remouetur necesse. Ut sortem non currere est possibile: sortem non currere est contingens. Sortem non currere non est impossibile. Sortem currere non est necesse. Tertia regula est. A quocumque dicto affirmato remouetur possibile ab eodem remouetur contingens, & eidem attribuitur impossibile, & eius contradictorio opposito attribuitur necesse: ut sortem currere non est possibile. Sortem currere non est contingens. Sortem currere est impossibile. Sortem non currere est necesse. Quarta regula est à quocumque dicto negato remouetur possibile: ab eodem remouetur contingens, & eidem attribuitur impossibile, & eius contradictorio opposito attribuitur necesse. Ut sortem non currere non est possibile. Sortem non currere non est contingens. Sortem non currere est impossibile. Sortem currere est necesse. Istarum autem regularum exempla disponuntur in quatuor lineis siue ordinibus figuræ sequentis, qui possunt per hos versus denotari. Primus amabimus, Edentuli secundus, Tertius illiace, purpurea reliquus. Destruit. V. totum:

sed. A. confirmat vtrunq; Destruit. E. dictum destruit. I. q; modum. Omne necessarium impossibile quasi nullus. Possibile quidam quidam non, possibile non. E dictum negat. I. q; modum nihil. A. sed. V. totum. Omnes autem propositiones quæ sunt in prima linea æquipollent per primam regulam: & conuertuntur inter se. Quæ vero in secunda per secundam. Quæ in tertia per tertiam. Quæ in quarta per quartam. Item æquipollentiæ vel cõsequentiæ modalium possunt haberi per hanc regulam. Omnes propositiones de possibili, & impossibili æquipollent verbo similiter se habente & modo dissimiliter. Et omnes de impossibili & necessario æquipollent verbo dissimiliter se habente modo similiter. Sed omnes propositiones de possibili & necessario æquipollent verbo & modo dissimiliter se habentibus. Et intelligitur modus similiter aut dissimiliter se habere quantum ad affirmationem & negationem: ut dicatur se habere similiter: cum affirmatur in vtraque; vel in vtraque; negatur. Dissimiliter autem quando affirmatur in vna, & negatur in alia. Et eodem modo intelligendum est de verbo: sicut dictum est de modo. Et sciendum est, quod in prædicta regula non facimus mentionem de contingenti eo quod contingens conuertitur cum possibili. Vnde idem est iudicium de propositionibus vtriusque. Exempla autem quarantur in figura disposita per quatuor ordines: quia ista regula generalis est ad omnes.





Quartus rotulus.

Tertius rotulus.

Aequi	<b>P</b>	Petrū nō disp. nō est possi.
pol	<b>pn</b>	Petr. nō disp. nō est cōting.
len	<b>re</b>	Petr. nō disp. est impossib.
tes.	<b>a.</b>	Petr. disputar. est necesse.

<b>I</b>	Petr. dispu. non est possibi.
<b>li</b>	Petr. dispu. non est contingēs
<b>a</b>	Petr. dispu. est impossibile.
<b>ce.</b>	Petr. dispu. nō est necesse.

Aequi  
pol  
len  
tes.

Contrarie.

Subalterne.

Subalterne.

Primus rotulus.

Secus rotulus.

Aequi	<b>A</b>	Petr. disputare est possibi.
pol	<b>ma</b>	Petrū dispu. est contingēs.
len	<b>bi</b>	Petr. disp. nō est impossib.
tes.	<b>mus.</b>	Petr. nō disp. nō est necesse.

<b>E</b>	Petr. nō disp. est impossib.
<b>dē</b>	Petr. nō disp. est cōtingens.
<b>ri</b>	Petr. nō disp. non est impo
<b>li.</b>	Petr. dispu. nō est necesse.

Aequi  
pol  
len  
tes.

Subcontrarie.

Contra dic  
torie



Lectio prima.



**V**m dialecticæ

facultatis, tantū interfit propositionis cuiuslibet lēum adaperire, necesse est, (quāta ingenij acrimonia fieri poterit) omnes propositionum species breui compendio nōstra in expositione completamur, ut sensum illarum iuvenes doceatur. Est autem propositio secundū dialecticos duplex, aliā de inesse, de simplici copula, ubi verbum sine aliqua modificatione extrema coniungit, ut homo iustus est sapiens: leo fuit in arca Noe. Et vocantur de inesse, quoniam in ipsis principaliter extremorū esse repræsentatur. Quæ rursum est duplex, aliā de extrinseco tempore, ut Abraham fuit: Hector occisus fuit, antichristus generabitur: aliā de præsentia (quæ strictissimi-

me de inesse nuncupatur. Nimirum quod esse præsens, simpliciter ac perfecte fit esse. Fuisse vero aut futurum esse secundum quid est, esse. Sed ad priorem divisionem redeundo: aliā est modalis: ubi nō absolute verbum, sed cū modificatione copulat. Ut Petrus possibiliter disputat. Vbi non asseritur disputas, sed possibiliter disputare. Itaque nō tam esse, cū sæpius non disputet, quāmodum, quo solet esse disputas, aut possit, significat. De quibus modalibus Petrus Hispanus in hoc capite tā diffuso breuiter disserit. Magno enim compendio usus est: dum rem tam amplam, & quæ ad dicendum tam latum campum offerebat vno capitulo diffinit, simul & explicat. Vbi quatuor præstringit. p. i. diffinit nōdū: secūdo propositionē modālē: tertio constituit in his modalibus oppositionē: quarto æquipollētias. ¶ **Q**UANTVM ad primum modus est adiacens rei determinatio, & (relictis varijs huius rei. s. modi: & acceptionibus, & definitioni-



tionibus, quas philosophi pariter & theologi tradunt. Modus enim est res latissimè & in omnibus disciplinis, & in omnibus fere rebus tam moralibus, quàm naturalibus, patens) dialectice loquendo (quod huius loci, ac diei præsentis est. Modus est determinatio rei explicata, vt Plato sapienter loquitur, sapienter est modus locutionis. Haud enim quomodo libet vagè dicitur Plato loqui: sed determinatè tali modo, nempe sapienti oratione. Socrates celeriter currit, celeriter modificat verbum, & non vt cumque significatur currere, sed cum velocitate. Modalis autem propositio dicitur, quæ habet modum. Sed omnes hi sermones sunt admodum vniuersales. Cum plures, imo innumeri sint modi (vt in textu apertissimè patet) & nos de quatuor dumtaxat agere intendamus. Quærenda ergo ratio est, qua hi, tantummodo quatuor nobis possint cæteris post habitis remanere. Via autè est, quòd huiusmodi determinatio potest adiacere nomini, & tunc appellatur nominalis, qualis est omne nomen adiectiuum (cuius nulla hic ratio habenda est. Alia adiacet verbo: vt in exemplis adductis. Quæ diuisio modi in dialectica videtur sufficiens, cum duplex sit pars præstantior propositionis, nomen scilicet & verbum, per quas res exprimere solemus. At multipliciter modus (vt in textu docetur) verbum restringere potest. Sed nos de his solummodo tractabimus: qui singulariter totius orationis compositionem modificant. Nam verbum inter alia (vt ex Aristotile retulimus) significat compositionem quandam: quam sine extremis non est intelligere. Qui autem adiacent verbo ratione huiusce compositionis, sunt sex, nempe verum, & falsum, possibile, contingens, impossibile, necessarium. Hi specialiter in propositionis compositionem feruntur, eamque qualificat. Quod exemplis manifestissimè dignoscetur. In hac vero Aristotiles obscurè docet philosophiam, modus offuscatè tantum cadit super doctrinam, rem signatam, per verbum. At in hac Petrus necessarium est animal, cadit immediate in totam orationem, eiusque compositionem, & significat necessarium esse Petrum esse animal. Vbi nec Petrus dicitur necessarius, nec animal, nec esse, sed omnium compositio. s. Petrum esse animal, quod nullatenus in priori exprimebatur. s. obscurum esse Aristotilem philosophiam docere, imo est patetissimum. Et in hac homo contingenter dis-

putat, cum prædicatum semper affirmanter, vel neganter dicatur de subiecto (in quo compositio enunciationis consistit) significatur, quo nam modo prædicatum conueniat subiecto. s. cum contingentia. At in hac Laërtius, eleganter scribit, ly eleganter non est modus, quo conuenit Laërtio scriptio, sed est modus ipsius scriptiois. Discrimen hoc ex ipsorum modorum significatione procedit. Nam significatione horum sex apta est ad illud officium exercendum. s. ad modificandam compositionem verbi, aliorum vero: ad actionem, vel tempus, vel aliquid huiusmodi Compositio enim orationis est vera, falsa, contingens, necessaria, vel impossibilis. Non potest autè esse sapiens, iusta, velox, & similia. Rursus cum hic eade causa modales explicetur: quòd obscurum sensum reddant, alijsq; regulis (quàm reliquæ de inesse enunciationes,) neciantur, maxime quantum ad suppositiones terminorum, & oppositiones orationum: duo ex illis sex à nostro tractatu merito excluduntur, nimirum verum, vel falsum: vt pote nihil horum habentes, nec orationem offuscantes. Nam idè est (vt S. Thomas docet) Petrus disputat & Petrus vere disputat, seu Petrum disputare est verum, aut falsum, nec alias vllas regulas similes assertiones exigunt. Igitur de quatuor modis. s. possibili, contingenti, necessario, impossibili nobis agendum est. Qui dupliciter accipiuntur, adverbialiter, & nominaliter: vt nomina, & aduerbia (vtrūque enim possunt esse) vt possibile, possibiliter, contingens, continenter. Nominaliter autè bifariam, substantiuè, & adiectiuè. Vt equum esse leonem est impossibile, sumitur substantiuè. Hic vero Deus est ens necessarium, adiectiuè. Et hoc modo à præsentis consideratione penitus remouentur. Tantum adverbialiter, & substantiuè nominaliter nostrum intentum concernunt: & his solum duabus acceptionibus modales efficiunt. Quia cum nomen est adiectiuum, non est certe modus verbi, sed tantum nominis, qui omnes antea per nos, ab hoc tractatu explosi sunt. PROPOSITIO ergo modalis est, quæ habet aliquem horum quatuor modorum adverbialiter, vel substantiuè nominaliter sumtorum. Et ratio est quia sic capti, & non alias, orationis compositionem modificant. Adiectiuè sumpta sunt modi nominales, vt nomina adiectiuæ. Modalis autem huiusmodi est duplex diuisa scilicet, & composita. Prima est, quando modus siue adverbialiter siue substantiuè



stantiue inter prædicatum, & subiectu iacet: vt leo possibiliter currit: Ioanes possibile est, sit decorus. Composita est quando modus vt cumque illarum acceptionu captus vel præcedit tota orationem, vel tota sequitur, vt contingenter album est nigrum: coloratum esse corpus, est necesse. Quæ in omnibus pæne differunt. Primo est diuersitas maxima sensus orta ex ipsa natura. Cõposita siquidem sensum propositionis coniungit: copulat (inquã) pro eodẽ instanti subiecto prædicatum. Diuisa vero disiungit. Vt hæc cõposita videntem esse cæcum est possibile, dicit possibile esse vt quis simul sit cæcus, & videns: & hæc, album esse nigrum est contingens, posse fieri vt albu sit nigrum. At hæc diuisa, videns possibiliter est cæcus segregat connotationes: nepe euenire posse: vt qui modo videt, post modum sit cæcus: non denotat simul visio, & cæcitas cohæreant. Nec hæc, album contingenter, est nigrum, eidem vnã albedo & nigredo insunt. Vnde contingit frequenter, vt ex eisdem terminis duæ contextæ propositiones diuisa sit vera, cõposita falsa, & è conuerso composita vera, diuisa falsa. Prioris exẽpla in dudum ad ducta splendēt. Posterioris sunt isthæc. Omne animal esse hominẽ, est possibile: quæ est vera, omne animal possibiliter est homo falsa. Sed quæres, vnde simile discrimen constat, emanat ve: nepe ex cõmuni intelligentia, & locutione. Cum asserere volo, impossibile esse, vt vna res simul sit alba, & nigra: vt or hac cõposita, albu esse nigrum est impossibile, quando vero possibile rerum mutatione, & vicisitudine explico, vt or hac, viuens possibiliter moritur, sanum contingenter ægrotat. Quo circa cum tanta sit vtriusque disparitas: plurimum refert nosse: quæ nam cõposita, quæ que diuisa sit. Diximus compositam esse, vel cum totam præcedit, vel totam sequitur. Aduertito, quod quando modus nominaliter sequitur, vt equum esse bicolorum est contingens, vel sic captus præcedit, vt contingens est equum esse bicolorum, vel possibile albu est nigrum & reuera est composita, & cõper tum apud omnes, atque sine cõtrouersia susceptum, talem esse. Quando vero adverbialiter antefertur, vt contingenter homo currit, possibiliter equus est albus, nõ est adeo manifestu. Speciẽ enim habet diuisæ: sed re & natura est cõposita. Quod euidenter probatur eo quod illa, quæ sine ambiguitate cõposita est, examinatur (vt statim videbimus) & ex-

penditur per istam. Vt hæc, album esse nigrum est possibile reducitur ad hanc, possibiliter albu est nigrum. Igitur sensu est cõposita, alias non esset apta mësura, & regula. In diuisis etiã si modus adverbialiter interest: siuelitere, & forma diuisa est. Si vero nominaliter, vt homo possibile est, sit gigans, apparentiam habet compositæ: sed naturam diuisæ. Igitur sic regulas generales statuimus: vt si modus tota vel præcedat, vel sequatur adverbialiter, vel substantiue: semper iudicetur composita. Si vero iaceat inter extrema cõseatur diuisa.

¶ DE DIUISIS autem nequæ, præcedentibus libris iã patent, repetendo, aliquos tẽdio afficiamus) nulla prope est hic specialis difficultas ventilanda. Vt pote quæ constitutiones suppositionis, & resolutionis, oppositionisq; regulas præfatas sequuntur. Vt omnis albedo possibiliter est nigredo, subiectu supponit distributiue, prædicatum cõfuse, subiectum resoluitur immediate copulatiue: statim modus, si est resolubilis, vltimo prædicatum. Et termini omnes (vt cū iunioribus loquar) ampliantur ad quatuor. Et opponitur huic contradictoriẽ, aliqua albedo non possibiliter est nigredo: vbi & mutatur quantitas subiecti, & negatio (vt par est) vtramque copulam negat: modalem. s. & verbalem. Non enim est, sicut copula implicationis, quæ debet intacta in contradictoria relinqui. At si quid fuerit scitu necessarium circa æquipollentias, & oppositiones modorum: ex tractatu compositarum manebit expositum.

¶ CIRC A compositas primo consideranda sunt eius partes. Cõstat enim ex subiecto & prædicato. Subiectum est nomen cum infinitiuo, vt pote de quo toto cõplexo modus prædicatur. Vt hominẽ esse doctum est possibile: non asseritur aut homo possibilis, aut doctus, sed hominem esse doctum. Et leonẽ esse equum est possibile, nec dicitur leo esse possibilis, nec equus (hoc enim veru est) sed leonem esse equum: quod est impossibile. Subiectum autem huiusmodi sortitur peculiarem nomenclaturam (vocatur enim dictum). Sic partes modalis nominamus dictum, & modum. Et nuncupatur simile subiectum dictu: quia semper, sicut complexum est, ita quædã sententia, & assertio. Verum tamen aduertendum est: quod licet dictu subiiciatur, haud est opus, secudum suam complexionem supponat: sat est secudum suas partes. Nam hic hominem esse solem, est contingens, cum



## Liber tertius

homo, & sol supponant: hominem esse solé pro nullo potest substitui. Quoniam nemo in rerum natura talis est. Sat est, partes diuisim secundum suam ampliationem supponant. Nō enim dictum modalis est complexum, cuius partes se se restringunt: sicut substantiuum, & adiectiuum: sed sicut propositio est complexa & prædicatum, & subiectum partes eius: quæ non est opus secundum se totam supponat. Sed cognitis eius partibus circa quantitatem notato, esse peculiare in his, ut non solum penes subiectum quantitas metiatur: verum & penes prædicatum, quod est modus. Primo circa subiectum, si constat ex terminis cōmuni-bus, & distribuuntur, dicitur vniuersalis de dicto, si vero supponunt determinatè, particularis. Ex modis autem duo sunt vniuersales: duo particulares. Prioris generis sunt necessarium, & impossibile vniuersalitatē suā significatione claudentes. Nam & quod necessarium est, & quod impossibile, semper prope tale est. Deinde ut plurimum non de vno individuo solummodo (quādo huiusmodi qualitates conueniunt) verificantur: sed de omnibus eiusdem naturæ. Quibus de causis iure vniuersales censentur. Particulares sunt possibile, & contingens. Potest ergo tripliciter propositio huiusce vniuersalis esse, aut simpliciter de dicto, & modo. Ut omnem hominē esse rationale est necesse, omnem leonem esse equum est impossibile. Vel ex parte tantū dicti. Ut omnē colorem esse albedinem non est contingens, omnem spiritum moueri est possibile. Vel de modo solū: ut philosophū creationē cognouisse est impossibile. Et quia quot modis dicitur vnum oppositorum tot & reliquū, cōsequens est, ut particularis quoque totidem modis dicatur, de dicto, & modo vel dumtaxat ex altero. Sed duplex est quantitas, alia formalis, quam hactenus discussimus, alia virtualis in modalibus (de qua inferius agemus.

¶ DE QUALITATE VERO. Cum duplex sit copula & dicti scilicet & modi, penes vtramq; pensatur: ut hominem currere est possibile, ambæ copulæ affirmantur, & currere, & est. Vnde tripliciter vna propositio est affirmatiua & pariter negatiua. Vel de dicto & modo (ut in exemplo adducto) vel de dicto solum, ut Petrum esse belluam, non est contingens: vel de modo tantum, ut Socratem non docere, est possibile. Et cōtingit (ut palam est) has qualitates commisceri.

esse negatiua (in quam) de dicto, & affirmatiua de modo: aut è conuerso: quod magno opere debent dialectici prospicere. Nosse enim & quantitatem, & qualitatem modalium, cōfert omnino & ad æquipollentias dignoscendas, & ad oppositiones constituendas. Sed dupliciter vna modalis est negatiua, vno modo formaliter, ac specie (de qua hucusque fecimus) alio modo virtualiter. Quod contingit peculiariter in modo impossibile, ob id, quod negationem claudat. Vnde hæc Petrum esse equum est impossibile, Affirmatiua est formaliter, & simpliciter de dicto & de modo, sed virtualiter negatiua. Reducitur enim ad hanc (ut illico videbimus) impossibilem Petrus est equus. Quod cum tantum in hoc modo reperiatur, non est opus, hanc negationem virtualem diffinire, sat sit exemplum intulisse Hæc est natura, & quidditas propositionis modalis.

¶ PRIMA DIFFICULTAS IN his compositis est, quomodo nam accipiantur, & ut clarius procedam (de quo cum per modales compositas loquimur) sermo habeatur. Et quanquam (mea sententia) res tā aperta nō deberet multis discuti rationibus: iam non modo cōtrouertitur, sed forsam peruertitur. Nam sunt ex iunioribus nonnulli, qui sentiāt, dictum modalis semper sumi materialiter: ut modus semper de ipsa oratione non de re significata prædicetur. Ut harum hominē esse animal est necesse, leonem mori est contingens. Sensus sit, hæc propositio, homo est animal est necessaria: & hæc, leo moritur, contingens. Ostendunt hoc nō alio signo, quam quod consuetus modus probandi compositas apud dialecticos est iste. Hæc propositio leo moritur est contingens: ergo leonem mori est contingens. Sed intellectus certè respuit talem sensum. Quis enim cum dico petrum scribere esse contingens, non concipit, nisi ex professo aliud concipere, velit, rem ipsam esse contingentem. Deinde per quæ verba obsecro licebit mihi de rerum contingentia, vel necessitate loqui. Cum explicuero (inquam) Socratem mori, esse possibile, qua oratione vsurus sum? certè nulla est aptior illa. Itaque deinceps pro composito apud omnes habeatur, modalem compositā de rebus signatis agere, & de illis modum dici: ut à communi conceptione hominum non videamur alieni. Ad eorum rationem respondemus: quod illud argumentum est



est à signo dialecticis forsan notiore. Non quòd eodem modo termini capiuntur, sed per possibilitatem propositionis argutantes inferunt poteritè modalis compositæ veritatem: non tamen in antecedente sensus ipsius modalis explicatur. Vnde & consequenter termini accipiuntur formaliter pro rebus significatis, non materialiter pro se ipsis. Supponunt tamen immobiliter: ita vt non liceat eos immediate resoluerè, nec sub illis subsumere. In quo dissident etiam secundo composita & diuisa. Nam sub hac omne animal possibilitur est homo statim potest fieri ascensus, & descensus: vt valet: ergo istud animal possibiliter est homo & sic de singulis. Fas est quoque syllogizare hoc pacto, omne animal possibiliter est homo: leo est animal: ergo leo possibiliter est homo. In composita minime: vt omne animal esse hominem est possibile ergo hoc animal esse hominem. s. equum est possibile, & sic de singulis. Nec syllogismus est vllus, omne ens esse Deum est possibile: & lignum est ens: ergo lignum esse Deum est possibile. Manifeste enim antecedens est verum, & consequens falsum. Ratio discriminis est, quòd termini in diuisa subiecti supponunt independentè, & distribuuntur complete, sic possunt vt auinculo soluti protinus resolui: in composita non ita, sed dependèter à modo. Et ideo supponunt confusè, & distribuuntur dependentèter: ac per consequens nò licet eos resoluerè: donec modus resolua-tur. Splendet autem huiusmodi terminorù, dependentia in hoc, quòd hæ sunt æquivalentes Petrum currere est contingens, & contingenter Petrus currit: & omne ens esse Deum est possibile, & possibiliter omne ens est deus & tamen in istis, vbi modus præcedit: termini dependèter, & incomplete distribuuntur: ergo & in prioribus. Secundo in his modalibus non tam res asseritur, quàm modus rei, vt leonem esse ferocem est necesse, non tam ferocitas de leone, quam necessitas sic essendi affirmatur. Ergo par est termini spectent resolutionem modi. Itaque termini supponunt formaliter, sed immobiliter quantum ad ascensum. Est dicere modus probandi huiusce modalis non est inductio: sed probatio legitima hætenus consueta est per suam officiantem. Quam vocant orationem constantem ex sententia dicti cum copula de inesse modalis. Vt huius. Adam fuisse conditum, est necesse, est hæc, Adam fuit conditus.

& huius Antichristum venturum esse, est necesse, hæc Antichristus venturus est. Probatur ergo hæc vera, hominem esse animal est necesse, hoc pacto: hæc propositio, homo est animal est necessaria. Si hoc verum fuerit, modalis erat vera. Et hæc Petrum currere non est necesse, sic, hæc propositio Petrus currit, non est necessaria. Ita vt eadem qualitate prædicetur modus de oratione qua in modalis de re significata prædicabatur. Et hæc Abraham gignere fuit contingens: hæc propositio Abraham gignit, fuit contingens. Itaque ad veritatem modalis sufficit veritas totius officiantis. Quæ ideo tali nomine gaudet, quia solum seruit quasi ministra, & pedisequa ad probationem. Vnde non explicat sensum prioris. Et per consequens ineptè ex hoc argumentabantur moderni, debere eodem pacto terminos in vtraque supponere. Ad veritatem ergo propositionis compositæ de possibili sufficit, sua de inesse sit possibilis. Loquimur de affirmatiuis, de modo, & pari forma intelligatur de negatiuis. V. g. Vt hæc sit vera, leonem currere non est impossibile, sufficit sua officians, scilicet leo currit, non sit impossibilis. Ad veritatem propositionis de contingenti officians sit contingens, & sic de alijs modis. Ita receptum est ab sumulistis huiusmodi propositiones probare. Sed de simili genere probationis non possunt non asseuerare, extortum, atq; obliquum esse. Nam (vt dudum statuimus,) in ipsis modalibus nò de vocibus sermonem facimus, sed de rebus. De illisque aut necessitatem aut contingentiam, modum demum prædicamus. Ergo si huius, hominem esse risibile est necesse, sensus est rem ipsam necessariam esse, inconcinnè probatur id verum esse, quia officians vera est. Necessitas enim, vel impossibilitas propositionis, sicut & veritas ex re cognoscitur, & ab re profluit. Ab eo namque, quod res est, vel non est, propositio dicitur vera, vel falsa, & similiter contingens, impossibilis. Non contra veritas rei per veritatem propositionis. Deinde age: si officians negatur, nonne per necessitatem rei, aut impossibilitatem necessitas, aut veritas eius demonstranda est. Ecce integrum circulum rem scilicet possibilem esse, aut necessariam, per propositionis necessitatem ostendere: & rursus propositionis necessitatem per rei significatæ conditionem. Probatio est (meo iudicio) non modo non multum ingeniosa: verum plurimum scatens vicijs. Adde



quòd multo facilius nobis est, de rerum necessitate, vel possibilitate tractare, quàm de eisdem qualitatibus in oratione. Sed dices, quo pacto clarius probarentur. Dico primū, tunc propositiones probandas esse per alias: quando in se fuerint obscuræ. Nam resolutio, æquipollentia, conuersio, reductio subferuiunt: quando propositio est intellectu difficilis: alias res manifestas manifestando nimis obscuras reddimus: quorumdam more, qui propositiones patentes per multo obscuriores exponunt, arbitantes magnam eruditionem omnem propositionem exponere. Cum necesse sit, tamen certum esse in omnibus limitem. Et is est huius discursus limes, vt eatenus sententia quæ piam explicetur, quandiu tenebris in voluta fuerit. Huiusmodi vero propositiones solent difficultatem exhibere, ac negociū facessere ex duplici capite. Primo quia sunt infinitiui: clariores, & illustriores sunt indicantes. Vnde hæc est nostra regula, reducantur ad modales indicatiui: in quibus modus præcedat. Incipiet enim hoc ipso sensus nō parum clarescere, vt hominem esse albū, non est necesse: ad hanc, nō est necesse, vt homo sit albus. Multo iā facilius est. Ipse namq; sensus infinitiui sicut est indeterminatus ita est obscurus. Et hæc omne ens esse deum, est contingens: ad hanc: contingens est, vt omne ens sit Deus. Quæ si rursus sat comperta non fuerit: per ipsius rei significatæ conditionem ostendatur. Is enim est modus in hac materia cognoscendi naturalis & secundum se, & nobis. Quia nos nullatenus nec aliorum propositionum veritatem, aut necessitatem, & similia dignoscimus: nisi ab rebus signatis. Secundo promanat quoque nōnunquam obscuritas ex negationum multitudine: & tunc per æquipollentes alias modales affirmatiuas aptissimè, & facillimè cognoscuntur. Vt Ioannem non esse album, non est necesse, per hanc Ioannē esse album, est possibile. Hæc adnotauerim, quia modus procedendi hætenus vsu receptus certè experientia teste, & ordini naturæ aduersus, est & nobis repugnans, & mille laboribus, & difficultatibus subiectus. Quòd in tueri cuilibet in nostro argumentorum opusculo licet.

¶ **AT CONTRA IMMOBILITATEM** terminorum arguitur. Hæc consequentia est bona, omnem hominem currere, est contingens, Petrus est homo: ergo Petrum

currere, est contingens: ergo licet subsumere. Sed instatur in simili, omne ens esse Deum est contingens, albedo est ens: ergo albedinem esse Deum: est contingens. Itaq; non valet. Et defectus quidem nec vnus nec simplex sed multiplex. Sat est tamen quòd mediū nō exacte distribuitur quā sumopere tñ requisitū est. Aliū defectū in quarto videbim⁹.

¶ **CONTRA MODVM PRO-**  
bandi per officiantem. Dabuntur propositiones veræ sapissimè falsæ. Nam hæc est vera, omne animal esse hominem, est possibile: & tamen sua officians: omne animal est homo, non est possibilis, sed impossibilis. Nam bene sequitur, omne animal est homo, & ista sunt animalia omnia: ergo hoc animal est homo, & sic de singulis: consequens est impossibile, ergo & antecedens. Respondetur, antecedens esse impossibile: neutra tamen pars est impossibilis, (vt palam est) & ideo non improbat hac via officians.

¶ **SED QVAERITVR DE AM-**  
pliatione istorum modorum in modalibus compositis. Hæc propositio est vera, omne animal esse hominem, est possibile, quæ foret tamen falsa, si termini ampliarentur. Nā cum animal illic distribuat, & ampliatio cadat super distributum terminum: supponet subiectum copulatiuè pro omni animali possibili. Et quidem omne animal possibile esse hominem est impossibile. Nam plurimū repugnat, esse hominem. Respondetur affirmatiuè, nimirum non modo ampliare in diuisis (quod nemini ambiguum est. Verum & in compositis. Nam vt retorqueamus ad oppositum argumentum & Antistrephō faciamus. Hæc ipsa propositio omne animal esse hominem est possibile, non esset absque ampliacione vera. Fingamus enim nullum animal existere. Profectò tunc subiectum non supponeret: & per consequens daretur per non suppositionē subiecti falsa. Ac proinde semper falsa esset: si semel falsitatis arguitur. Confirmatur. Quia in hac, possibiliter omne animal est homo: secundum omnes ampliat, ergo & in illa. Patet tñ, quā sunt æquipollentes: quū quia ambæ cōpositæ (vt vidimus.) Secundo indiuisa ampliat: ergo & in composita. Probatur, quia poni ante subiectum, vel postponi, non adimit ampliacionem. Ad argumentum ergo in oppositum respondetur. Quòd signum ampliat immediate, id quod est immediate subiectum scilicet (vt tradi-



tradidimus) integrum dictum, non singulas partes. Et de dicto immediatius modus prædicatur. Et sensus est, rem per totam orationem significatam esse possibilem. Itaque ampliatur (ut ita dicam) tota oratio, non partes seorsum: nisi in ordine ad dictum. Distributio autem fertur immediate in terminum proximum non in totum dictum. Et ideo nec distributio super ampliationem, nec ampliatio cadit super distributionem. In modali autem diuisa singulas partes per se captas ampliatur: & ideo ampliatio huius propositionis, omne animal esse hominem est possibile: extendit se ad hoc, quod & si modo non ita sit: possit tamen esse. Ut quemadmodum & in hac, homo possibiliter est albus: prædicatum supponit (licet albus nunc non existeret). Ita in composita totum dictum ampliatur. Ut intelligas, sic se habere dictum respectu modi: sicut se habent singuli termini in diuisis. Quo circa non est vlllo modo illius sensus: quod omne animal possibile possit esse homo, quod est falsum: sed posse euenire, ut omne animal viuens sit homo. In priori quia possibile coniungitur animali, ut suo substantiuo: supponit pro animali possibili. Verum nec sequitur hic, omne animal possibile esse hominem, est possibile, Fauellus est animal possibile, ergo fauellum esse hominem, est possibile, quia in simili non valet, ut omne animal album esse hominem, est possibile. Fauellus est animal album, ergo Fauellum esse animal est possibile. Itaque et si propositio, omne animal possibile esse hominem est possibile: sit falsa: haud infert tamen illam in illa consequentia, Fauellum esse hominem est possibile. Hæc intelligatur dicta de ampliatione, possibilis, impossibilis, contingetis. At necessarium peculiare habet considerationem, cuius natura, & significatio talis est: ut veritas propositionis ab eo modificata ampliationem (quantum ego crediderim) non postulet. Nam si est affirmatiua & vera etiam rebus non existentibus materia propositionis, & suppositio terminorum erit naturalis, quæ illam non exigit. Si est negatiua, siue falsa fuerit, siue vera, terminorum suppositionem non requirit. Et hoc tam in modali composita quam diuisa. Quinimo est modus is tam singularis conditionis: ut cum in cæteris composita, & diuisa maxime differant propositiones de necessario æquipollent: nec vna datur vera, & altera falsa: modo eandem sententiam contineant.

**CIRCA** hanc disceptationem nonnulli sentiunt, hic ita necessarium ampliare omnes terminos, sicut possibile: nonnulli, solum præcedentes, sequentes restringere. Vtrumque (meo iudicio) potest quis tutari: nec secundum efficaciter oppugnabitur: nisi hac ratione expugnetur. Quia si ad veritatem propositionis indifferens est, prædicatum ampliatur, vel restringatur: conuincitur sanè, neutrum veritatem propositionis postulare. Et cum non minor pars sit subiectum prædicato: sequitur, indifferens esse quoque, subiectum ampliari. Et cum ampliatio absque necessitate non sit asserenda: & necessitas in his nulla alia sit, quam sic propositionis veritatem exigere. Infertur in similibus nullamprorsus existere, si nulla ampliatio exigitur. Sed est dubium, si teneamus ly necesse non ampliare, quo pacto: illationes istæ valebunt, omnem hominem esse animal est necesse: ergo omnem hominem esse animal est possibile: ab non amplio ad amplum cum distributione ampli. Primo negamus in hac: distributione ampli, quoniam dictum ampliatum non distribuitur. Sed quid de hac? omnis homo necessario est animal: ergo omnis homo possibiliter est animal. Dicendum quod ille defectus alias gratia materiae puenitur. Nam à necessario ad possibile bene sequitur. Et ut intelligas, materialiter tantum tenere, in simili non valet, ubi extra hos terminos arguitur. Ut in his non valet negatiue, nullus homo necessario est albus, ergo nullus possibiliter est albus. Sed replicatur, hæc est apud omnes vera (ut in calce tractatus videbimus) creans necessario est Deus, & semper est vera, licet non semper Deus creet. Ergo non potest esse vera, nisi subiectum saltem ampliatur. Dicitur, hæc propositionem sensu, quo sumitur, esse perpetuam veritatis: nec significare, creatorem esse deum quomodolibet: sed quod qui creat, quandocumque creauerit, necessario est Deus. Et sic est illa in materia naturali: sicut & hæc nonnumquam, ædificator ædificat. Cuius alter sensus est (imposterioribus ut patet) munus ædificatoris esse, ædificare.

### Lectio secunda.



**FACTENVS** DE INTELLIGENTIA vnius cuiusque modalis, quas si ad inuicem referre libuerit, ut ex mutua collatione, aut æquipollentium, aut oppositarum clarior singularum nota



## Liber tertius

ritia comparatur: sequentia notato. Cum duplex sit hic verbum, alterum dicti, alterum modi, quadruplex necesse est qualitas sit compositarum, pure. s. affirmatiua de dicto, & modo: aut pure negatiua, aut affirmatiua de dicto, & negatiua de modo, aut ex diametro (de quo supra digessimus). Et cum quadruplex sit modus, & vnus quisq; penes qualitatem quadrifariam possit, diuersificari: fit, vt omnes modales sint numero sexdecim (vt in quatuor angulos superius descripti quadrati videre licet). Quorum ordo, ac dispositio plurimum ingeniosa mihi semper vita est. Prima est possibilis, Secunda vbique contingens, Tertia impossibilis. Quarta necessarij. At circa secundum modum i. contingens aduertito, dupliciter sumi, vno modo generaliter, & vulgariter, pro eo quod potest esse, & non esse vt me cras scribere. Sic hominem esse animal, non est contingens, cum aliter euenire non queat. Sic de illo nulla penitus hic fit mentio. Alio modo contingens est, quodcumq; esse potest, quomodolibet siue contingenter, siue necessario: ita vt contingens sit omne, quod non est impossibile. In quo & contingetia, & necessaria clauduntur. In hac acceptione satis (meo iudicio) termino violenta introducunt cum huc summulistæ, & conuertitur cum possibili. Et idem est dicere rem esse, aut non esse possibilem, ac contingentem. Et vterque modus infertur ex necessario. Vt si rem esse: aut non esse necesse fuerit, erit pariter possibile, & contingens. Necessarium vero, & impossibile semper opponuntur. Hæc dixerim de æquipollentia ipsorum in se modorum. At negatio vt pote malignantis naturæ potest, & omnes æquipollentes reddere, & oppositas, Vnde (vt exactius æquipollentia intelligantur, & omnino oppositiones) has quatuor per breues regulas meditator. Et quia dictum est fundamentalis pars compositæ, loquamur de illo prius affirmato (vt tanto clarius procedamus: quanto lucidior est affirmatio negatione. Prima regula: de quocumq; dicto affirmato asseritur possibile, asseretur contingens (vt constat) negabitur impossibile, & de eius contradictorio negabitur necessarium. Dispositio nimirum primi rotuli. Regula tamen patet Quia si res est possibilis, non erit impossibilis (alias eadē res esset, & non esset: quod omnino repugnat) Deinde quando vna propositio, aut res est possibilis, eius contradictoria, non potest

esse necessaria. Nam si prior est possibilis, poterit esse vera, & si eius contradictoria est necessaria, semper erit vera. Sic poterunt quandoque ambæ reperiri veræ. Hæc de dicto affirmato, & de modo. Sed quia de dicto affirmato, negatur etiam nonnunquam modus, est conlequens regula. De quocumq; affirmato negatur possibile, & contingens (vt supra) affirmabitur vero impossibile, & de eius contradictorio necessarium. Vt si hominem esse Simiam non est possibile, erit impossibile: & si esse simiam est impossibile, necesse erit, vt non sit simia: quod est eius contradictorium. Et ratio horum comperta est. Quia quod non est possibile, est impossibile: & quoties quid est impossibile, eius contradictorium est necessarium. Quoniam impossibile cum semper sit falsum: si eius contradictorium non foret necessarium, sed contingens, aliquando esset falsum, sic tandem coirent in falsitate. Hoc contradictorium dictum, cuius tam frequens mentio fit, debet, (si sunt termini communes) contradicere secundum formam superiorem, cum mutatione scilicet quantitatis. Vt si dicas, omne animal esse hominem, est possibile: contradictoria eius est aliquid animal non esse hominem non est necesse. Dedito affirmato nihil amplius. Cum de illo non possit modus nisi affirmari, vel negari, & de vtroque loquuti sumus. Sed de negato est tertia regula. De quocumq; affirmatur possibile, & contingens: remouebitur impossibile, & ab eius contradictorio pariter necessarium. Prima pars patet ex superioribus. Secunda probatur: si hominem non currere est possibile, quod currat non erit necessarium. Alias semper currerent, & sic conuenirent contradictoria in veritate. Quarta regula. De quocumque dicto negato negatur possibile, & contingens: affirmabitur impossibile, & eius contradictorium erit necessarium. Per has quatuor regulas constant omnes in vniuersum æquipollentia: quarum summa est. Quod quando quid siue negetur, siue affirmetur, est possibile, non est impossibile, & e contra si est impossibile, non est possibile, & si quid est possibile, eius contradictorium non est necessarium. At si quid est impossibile, eius contradictorium est necesse.

¶ SED TYRONE S. (quo hæc substantia memoriæ tenacius inhaereat) egent in principio nonnullis signis, & notulis: quibus modalium, & qualitatem, & æquipollentiam,



sententiam, & oppositionem demum agnoscat. Quatuor igitur sunt horum retulorum nomina, amabimus primi, edentuli, secundi, illiac tertij, purpurea quarti. Et in illis sunt tantum quatuor vocales, A, E, I, V. A significat pure affirmatiuam: V. pure negatiuam I. affirmatiuam de dicto, & negatiuam de modo. E. negatam de dicto, & assertam de modo. Semper in rotulis primus modus est possibilis, secundus contingens, tertius impossibilis, quartus necessarius. Et semper in illis dictionibus prima, & secunda dictione sunt eiusdem vocalis. Nimirum quia (vt diximus) hic possibile, & contingens sunt idem omnino. Quod dictatum, cum reliquis omnibus, quæ habentur in rotulis, est dispositum secundum quatuor regulas traditas. Cuius proinde oppositiones sunt lucidissimæ.

¶ SED VT CLARIORA fiant, arguitur in oppositum, primo, istæ non æquipollent, Petrum disputare, est possibile, Petrum non disputare, non est necesse, & tamē seruatur prima regula. Quod si quid est possibile, eius contradictorium non est necesse. Et sunt ambæ pariter eiusdem rotuli, scilicet amabimus. Probatur maior. Nam secunda cum duas habeat negationes æquipollent sibi ipsi affirmatiua, scilicet Petrum disputare est necesse. Secundo esto, illæ se se mutuo inferunt: non tamen æquipollent magis, quam istæ, homo est rationalis, homo est risibilis. Enimvero æquipollentes postulant. Expressere eandem sententiam: & tamen non est eadem, sed diuersa vtriusq; scilicet Petrum currere esse possibile, & non currere, non esse necessarium. Ad primum respondeto: negationem dicti, & si neganter capiatur, non modificare totam orationem, sed eius virtutem, intra partes dicti detineri, constringiq;. Et ideo non si sunt duæ negationes, constituunt affirmationē. Ad secundum quod illæ duæ, & se mutuo inferunt, & æquipollent, & magis eandem referunt sententiam, quā istæ in exemplum adductæ. Sed ingenuè nihilominus fateor, non tam eadem significare, sicut aliæ æquipollentes de simplici copula significare solent, vt omnis homo non est animal, nullus homo est animal. At in modalibus hæc identitas sentus sufficit, vt tales sint, & appellentur æquipollentes.

¶ SECUNDO arguitur, hæc, hominem disputare, est necesse, hominem non disputa-


re, est necesse, sunt contrariæ, vt pote de purpurea, ac Edentuli, & præterea ambæ sunt falsæ, & non possunt, esse veræ. Et tamen non mutatur particularitas dicti in vniuersalitatem, nec sunt oppositæ qualitatis. Vtrobique enim affirmatur prædicatum de subiecto. Quinimo istæ hominem ambulare est necesse: hominem ambulare, est impossibile: opponuntur, & nō sunt oppositæ qualitatis, ergo. Confirmatur. Hæc, Petrum disputare, est possibile, Petrum non disputare, est necesse, contradicunt, & tamen non participant extremis. Pro horum solutione primo notato, quod si omnes conditiones, ac leges superius institutæ in modalibus obseruarentur, superuacue modalium naturam, & tractatum eorsum expenderemus. Quia ergo peculiaria instituta sequuntur, singularem locum seorsim in hoc opere sortitæ sunt. Secundo, requiritur quidem in omni oppositione oppositio pariter qualitatis, scilicet vt sit affirmatio, & negatio. In quod, vt pote definitionem oppositionis nulla cadit dispensatio, nulla exceptio. At in modalibus duplicem penes copulam qualitas perpenditur. scilicet & dicti, & modi. Et ad oppositionem constituendam quælibet sufficit, dummodo cætera adsint. Vnde illæ duæ priores propositiones sunt oppositæ qualitatis, vt patet in his, ad quas reducuntur, necesse homo disputat, necesse homo non disputat. Quinimo hæc hominem currere est necesse, hominem currere est impossibile opponuntur, licet non appareat verbo iuncta negatio. Etenim virtualiter clauditur in modo. Vt splendet in his necesse homo currit, impossibile homo currit. Et hæc similis virtualis negatio in modalibus sufficit ad oppositionē, tametsi aliquando ultra requiratur. De extremorum participatione aduertito tertio: non esse opus in modalibus dummodo sensu repugnet. Hoc enim principaliter in his atseditur. Vel dicito, & melius, dupliciter duas propositiones in his opponi. Primo modo immediatè, vt prima amabimus: primæ illiacæ, & secunda secundæ. Vbi omnimoda participatio seruatur, ac requiritur. Alio modo mediatè: nempe quia opponitur alteri, cui ista æquipollent. Vt prima edentuli, & quarta purpurea: scilicet hominem non disputare est possibile, omnem hominem disputare est necesse. Hæc ideo opponitur priori: tum quia æquipollent huic, nullum



# Liber tertius.

hominem disputare, non est possibile: cū qua formaliter, & inmediate cum illa gerit inimicitias, & funebre bellum (vt interim Horatiū molliamus. Hoc documentum est admodum vniuersale in hac materia, & perutile: vt pote ad omne genus oppositionis subserviens. Quoad mutationem quantitatis est aduertē dū quarto (vt superius tradidimus) inter oppositas cōtradictionem præstare, cæteras de generare. Et ideo velut in exemplar, & speculum oppositionis necesse est, strictè (quantum fieri potuerit) condiciones obseruētur. Verum in his modalibus dupliciter contingit opponi maxime cōtrariè, sane aut de modo tantum, aut de dicto, & modo. Vt hæ: homi-

nem currere, est necesse: hominem currere, est impossibile; modi contrariantur, vt pote vniuersales, at de dicto non contrariantur. In quibuscumque ergo de dicto, & modo cōtraris: necesse est (si extremis communibus textuntur) quantitas mutetur. In contradictionis itaque semper mutatur: in contrariis cū completè contrariantur. Igitur in his modalibus primo leges inuiolabiliter obseruātur: nempe quòd contradictionis nec veræ, nec falsæ, cōtrariæ numquam, veræ, sed falsæ: sub contrariæ non falsæ, sed veræ dentur. Condiciones vero ad harum legum obseruationē exactæ cum temperamento vt multis verbis exposuimus.





¶ **SUPEREST** vt de diuisis tantisper agamus, in quibus quantitas, & qualitas (vt in cæteris categoricis) mensuratur: nisi modus fuerit impossibile, qui simul est & negatio, & modus. Ratio huius est, quia cū modi sequantur specie, & sensu subiectum, nihil aliud præter ampliationem agunt in illud. Vnde necesse est, aliàs distribuatur per alia diuersa signa. Quoad suppositionē iam in exordio asseruimus, seruari omnino regulas secundo libro constitutas, scilicet vt omnes termini, qui sensu modum præcedunt, supponant secundum exigentiam suorum signorum; & resoluantur, quot quotmodis fuerint reuocabiles. Vt hæc omnis sapiens possibiliter labitur, est vniuersalis, & ratione vniuersalitatē resoluitur immediate in suas singulares. Termini vero qui sensu modum sequuntur, seruant eandem quoque leges, sed vniuersi supponunt dependēter ab modo. Et dependentia hæc eo consistit, vt non liceat eos resolutione tãgere, donec modus sit resolutus. Cuius causa est, quod modi sunt aut particularitates, aut vniuersalitates syncategorematicæ, ac ideo sequentes voces stabunt in ordine ad illos, sicut in cæteris omnibus signis syncategorematicis, & in alijs propositionibus euenit. Vt omnis homo possibiliter est iustus, & iniustus, omne animal necessario est omne sensibile, prædicata supponunt in ordine ad modos. Quæ omnia eo respiciunt, vt iuuenes discant, huiusmodi propositiones probare. Bifariam enim probantur, videlicet aut argumentatione ex rei natura collecta, seu (quod idem est) ex sententia per propositionem importata, vel resolutione terminorum. Vt hæc, omnis homo contingenter est albus, potest sic probari, nullus color in singulari est debitus naturæ hominis, ergo contingens est, omnibus accidat albedo. Si autem per resolutionem terminorum probatio procedat, resoluendum est subiectum in sua singularia, singulares vero ratione modi probantur per suam deinesse. Et deinesse vocamus, quam superius officiantem in compositis appellauimus. Itaq; propositio modalis diuisa non est in sua deinesse collocanda, donec subiectum sit resolutum. In quo differt à composita, quæ illico ex quibusvis terminis composita sit, probatur immediate per officiantem. Quæ in re modalis diuisa alia est immediate reducibilis. scilicet cuius subiectum iam est resolutum. Alia non est immediate reducibilis, videlicet, quæ ratione su-

biecti nondum est resoluta. Sed quæres, non licebit vnquam irresoluto subiecto ad suam deinesse reducere, licet quidem. Nempe cum subiectum supponit determinate, & est terminus absolutus, vt homo possibiliter currit, leo necessario est animal, tametsi non semper sit tutum. At si subiectum est connotatiuum, nunquam fas est, eo intacto propositionem tangere, nec absolutus, si distributus, vt omnis homo possibiliter videt. Quia deinesse est possibilis, omnis homo videt, & ipsa modalis est falsa. Cum possint multi reperiri homines, qui videre non poterunt. Circa huiusmodi probandi genus aduertito, eodem quoque pacto solere iuniores, probare propositiones de extrinseco tempore. Vt Abraham genuit Isaac: per hanc, Abraham gignit Isaac quam deinesse illius appellant. Vnde contingit vnius modalis diuisæ sit duplex de in esse. V. G. huius, Cæsar possibiliter fuit Imperator, primo reducitur ad hanc, Cæsar fuit Imperator, & hæc rursus ad istam, Cæsar est Imperator. Igitur ad veritatem similium propositionum cognoscendam constituuntur huiusmodi regulæ. Ad veritatem propositionis de præterito requiritur, suam deinesse aliquando fuisse veram. Intelligitur in affirmatiua, quia innegatiua requiritur, semper fuerit vera. Vt ad veritatem huius, Ioannes non peccauit mortaliter, opus est, vt hæc, Ioannes non peccat, semper hæcenus in quo cumque tempore fuerit vera.

¶ **AD VERITATEM** verò propositionis de futuro. Requiritur, habeat post hac aliquando deinesse veram. Vt Antichristus prædicabit: vera est, quia erit quandoque verum dicere de præsentis: Antichristus prædicat. Ad veritatem modalis de possibili immediate reducibilis (semper enim his regulis hoc præsupponimus) requiritur, deinesse sit possibilis. Sic dicendum est de cæteris modis, nempe quod qualis est modus, talis necesse est, sit deinesse.

¶ **AT** circa resolutionem subiecti aduertito, quod si est absolutum, facilis est, si vero connotatiuum, obscura. Vt huius omne album potest esse nigrum, non satis resoluitur sic, hoc album possibiliter est nigrum & sic de singularis, vt exemplo ad suam deinesse ipsa singularis reducatur, nempe ad hanc, hoc album est nigrum. Ipsa enim modalis pariter, & suæ singulares sunt veræ, & hæc deinesse falsa. Sed exigitur, vt illud singulare subiectum, hoc album, resoluetur in suum materiale & for-



male, & tunc cum materiali significato ponitur inesse. Sic hoc est, vel potest esse album, & hoc potest esse nigrum, ergo hoc album potest esse nigrum. Illa vero hoc possibiliter est nigrum, ponitur iam inesse. Quæ si fuerit possibilis, ipsa modalis est vera. Circa quod est aduertendum, quod cum modus ampliatur, si terminus est connotatiuus, non ampliatur seorsum materiale & formale significatum, sed integrum. Vt ly sapiens in hac, omnis sapiens possibiliter decipitur, non supponit pro quocumque, qui possit esse sapiens: (sic enim supponeret illic pro discipulis, & ignorantibus, qui sunt a fini ad lyram (vt est in prouerbio) sed supponit dumtaxat pro sapiente, etiam possibili, ita nihilominus, vt sit sapiens ad hoc vt supponat pro illo, non ignorans. Facta autem resolutione subiecti, & modi (si quis voluerit) poterit ulterius ad resolutionem prædicati procedere. Itaque ordo resolutionis infallibilis est vt subiectum in diuisa resoluitur, quoadusque sit perfecte singularizatum. Ex his duabus probationibus prior est propria philosphorum, secunda sumulistarum. Et quidem cum extrema non sunt simplicia, sed complexa, vix est alius modus probandi splendidior.

¶ **DE** æquipollentijs non est peculiaris defectus, sed æquipollent secundum regulas superius descriptas, scilicet possibiliter, & contingenter. Non possibiliter, & impossibiliter, impossibiliter non, & necessario. Non necessario autem subalternat cum contingenter, & impossibiliter. Et demum quæ æquipollent, quæue opponantur, patet in actu exercito latissime in hac figura.

¶ **SE** D antequam ad obiectiones procedamus, operæ prætiū duco, quasdam notare modales tam compositas, quam diuisas non vnum, sed duplicem modum continentis. Vt si dicas Petrus necessario, contingenter est albus: equus impossibiliter contingenter est homo: aliquas etiã mixtas ex composita, & diuisa, vt angelum contingenter moueri, est necesse, Deum necessario creare, est impossibile. Quarum vltimus est vtilissimus, & sensus philosophalis. In prioribus primus modus modificat totam orationem captam cum modo sequenti. Vt sensus prioris est, necessarium est vt Petrus contingenter sit albus, & secundæ, impossibile est, vt equus possit esse homo. Sic cæteras explicato.

¶ **AD** V E R S V S has regulas, quibus veritas vel falsitas modalium perpeditur, sunt quæ

dã celebratissima argumeta à principio omnibus dialecticis scriptoribus exagita, nunquam ad vnguem discussa. Quæ proinde immane iudicabunt, si à nobis prætereantur. Primo contra primam regulam discutiendæ veritatis de præterito, arguitur. De inesse huius Adã fuit omnis homo, fuit aliquando vera. s. Adam est omnis homo priusquam ex Adæ costa formata cõditaque foret Eua, & tamẽ ipsa est falsa, vt per resolutionem, & per syllogismum colligitur. Nam bene sequitur: Adam fuit omnis homo, ergo fuit iste, & iste, & sic de singulis. Nullus. n. alius terminus prior videtur illic resolubilis. Cõsequens autem palam falsum est. Deinde si Adã fuit omnis homo, & Abraham fuit homo, Abraham esset Adam, quod manifeste repugnat. Ad hoc argumentum notato: quod quemadmodum tria sunt tempora præsens, præteritum, & futurum, ita triplex copula. Sed in temporibus quidem est latum discrimen. Præsens enim temporis indiuisibile est: præteritum autem, & futurum latitudinem habet, & partes. Vnde copulæ extrinsecæ, fuit, vel erit, cum has differentias temporis importent, sunt resolubiles. Quemadmodum (inquam) ly homo habet diuersa supposita, in quæ resoluitur, ita ly fuit habet quoque diuersas partes temporis, in quibus potest resolui, & pro quibus supponit, nunc determinatè, nunc distributiue. In hac ergo, Adam fuit omnis homo: supponit determinatè. Vnde illa vniuersalitas dependet ab resolutione copulæ, & antequam resoluitur, necesse est, monstrare tempus, in quo fuit omnis homo. Quod cum assignetur, constat esseuerissimum. Hæc doctrina est in causa, cur ista consequutio sit nulla: Socrates fuit non sapiens, ergo non fuit sapiens. Prima ætate iuuenis erat ignorans, & tirunculus, senex vero sapiebat. In antecedenti dicitur, non nunquam fuisse ignorantem, inconsequenti semper. Ideo arguimus à non distributo tempore ad distributum. Sed in presenti valet ab affirmatiua ad negatiuam variato prædicato penes finitum & infinitum (vt Aristot. 2. Periherm: insinuat) vt Petrus est non albus, ergo non est albus. His suppositis facile est videre, quam nec descensus, nec syllogismus valeat.

¶ **C** O N T R A secundam regulam copulæ futuri arguitur. Hæc est vera, hoc non nigrum erit nigrum: immo hæc, album erit nigrum: & tamen sua de inesse nunquam erit vera: nempe album est nigrum, & multo minus de inesse prioris, hoc non nigrum est nigrum: (vt



(vt pote cuius extrema sunt termini contradictorij,) ergo regula deficit. Pro solutione horum recolito: non debere propositiones diuisas protinus ad inesse reduci: sed necesse fore, resolutiones terminorum præcedere. Idem dicendum de his extrinseci temporis: videlicet non esse omnes immediate exponendas, maximè (vt notauimus) quando subiectum est terminus connotatiuus. Debet enim resolui in suum materiale, & formale: sic hoc est, vel erit album, & hoc erit nigrum: ergo album erit nigrum. Illa vero hoc erit nigrum est immediate iam reducibilis: & sua de inesse vera. Sic soluitur ambiguitas secundæ. Sed prior ob terminum infinitum, non nihil adhuc oculos præstringit. Notandum ergo: quòd siue sit terminus finitus, siue infinitus, ampliabitur eodem modo, si præcedat: vel restringetur, si sequatur. Vnde sensus huius, non album erit nigrum, est, vt id, quod nunc non est album, vel postmodum aliquando erit non album, erit aliàs nigrum. Et huius, non nigrum erit nigrum: significat, id quod non est nigrum, vel vnquam non erit nigrum: fore tandem nigrum. Quod facillime vsu venire potest: vt pote si Petrus sit nunc albus, qui aliquo accidenti mutaturus est colorem, tunc non nigrum (qualis est in præsentia Petrus) erit nigrum. Vnde mediante copula extrinseca vnum contradictorium verificatur de alio. Pari forma in restrictione. Sicut huius, Petrus erit albus: sensus est. Aliquando habiturum albedinem: ita huius, ille non albus, est, aliquando non habiturum illam. Vnde si cras sit albus, & postridie niger: ambæ sunt veræ. Ille sensus scilicet erit albus, & erit non albus. Sed non contradicunt: quia vtrobique prædicatum supponit in ordine ad tempus clausum in copula, & verificantur pro diuersis instantibus.

¶ TERTIO IN EASDEM REGULAS. Hæc videtur falsa, anima Antichristi necessario erit: sua tamen de inesse erit quandoq; vera: anima Antichristi est. Nam postquam creata fuerit, non poterit deinceps non esse: quoniam mens incorruptibilis est. Ergo fallit regula: præsertim cum sit immediate reducibilis. Hoc argumentum innumeras, & grauissimas inculcat questiones, pro sui exacta solutione ventilandas. Nepe vt de futuris contingētibus & in se, & quatenus diuinæ predictæ subijciuntur, tractarem, de animæ natura, atq; immortalitate. Sed absit, hoc in loco

ist hæc disputationem. Breuiter tñ dic: quòd propositio argumenti habet duplicem sensum. Primus (& certè quem formalis sonat) est, anima Antichristi necessario creabitur, aut fiet, aut eueniet (nam erit hoc, cum de non existentibus loquimur, sonat auribus, fiet hoc) & in hoc sensu est falsa. Non enim necessario fiet, aut creabitur, sed liberè per voluntatem Dei: qui voluntariè & vt illi arridet, & adlubescit, cuncta creat. Nec sua de inesse erit vnquam vera. s. anima Antichristi necessario creatur, aut producitur. Si uero referatur ad existentiam animæ postquam creata fuerit, ipsa modalis est vera, & sua de inesse. Omnia vero argumenta, quæ in contrarium adduximus, loquuntur de productione animæ, ac eius existentie, contententia posse impediri, quod nos ingenuè fatemur. Sed iam diximus propositionem esse falsam, quatenus si erit, includit in hac oratione generationem, aut creationem. Secundo potest planè concedi quòd propositio modalis est falsa, & de inesse erit necessaria. Nam quod contingit in rebus necesse est, accidat orationibus: res autem ex contingenti transijt in necessariam. Multa enim vt sint, contingens est: at postquæ fuerint, necessario sunt. Et ad replicam scilicet quòd frangitur regula, respondeto: primo regulam intelligi, quòd vt sit vera modalis, opus est, de inesse sit necessaria. Sed non è contrario si de inesse est necessaria: ipsa consequenter erit necessaria loquens de futuro. Quando rem fore, non necessarium, sed contingens est. Et tertio potest dici: quòd de inesse non est absolute necessaria, sed ex suppositione. s. supposito sit creata: regulam autem intelligi, quòd habebit vnā de inesse absolute necessariam.

¶ AT REPLICATVR: hæc: anima Petri necessario est, videtur falsa, & sua de inesse necessaria: ergo, Maior probatur. Fuit aliquando falsa: ergo semper est falsa. Antecedens constat, quia ante centum transactos annos erat falsa. Consequentia probatur. Quia modalis non potest ex falsa, in veram transire, si (vt dicunt dialectici) aut est vera, aut impossibilis, nulla contingens. Et tamen contingens esset, si ante fuit falsa: & modo est vera. Iuniores vtuntur hoc axioma: sed certe nescio, vnde illud sumserunt. At primo illud non intelligitur de modalibus mistis, vt in quibus est copula implicationis. Vt Socrates, qui est sapiens, possibiliter est avarus. Nam-

qui



## Liber tertius

qui est sapiens: non modificatur à modo: & ideo potest esse fallia. Qua in re aduertendū est, similem copulam tripliciter, collocari, vno modo à parte subiecti: vt in exemplo. Vel a parte prædicati referens pariter subiectum: vt Ioannes possibiliter est corpus, qui est niger. Et vtroque modo propositio reducitur ratione copulæ ad copulatiuā, priusquā ratione modi, probatur quasi modalis. Vt prima reducitur ad hanc, Socrates possibiliter est avarus, & ille est sapiens. In cuius reductione seruandum est documētum in capitulo suppositio nis traditum. Nempe quod si subiectum distribuitur: totum simul cum copula in singulares resoluitur. Vt omnis homo qui studet, impossibiliter est ignarus. Alio modo collocatur à parte prædicati referens illud: & tunc verosimilior illa opinio mihi sepe visa fuit vt à modo ampliatur: & vnum prædicatum totum reputetur. Vnde hæc Plato possibiliter est animal, quod viuit: est vera: licet non fruatur nunc vita: quia simul cum animali vita illic ampliatur. Illa ergo regula dialecticorum non potest intelligi de omnibus in differenter modalibus: cum plures sint mixtæ: sed de puris. Hæc illi etiam suscipiunt: addiderim ego esse per plures puras, quæ istud præceptum non seruant. Nam multa fiunt, quæ anteq̃ fierent: censebantur impossibilia, vt Deum fieri hominem. Quis enim crederet, (vt dicit Elaias) auditum nostrum: & brachiū domini cui reuelatum est? & alia fiunt etiam quæ facta sunt necessaria: quorum eventus erat contingens. Istud axioma videtur ex errore Aristotilis ortū. Qui arbitrabatur omne incorruptibile esse æternum: & ðe generabile corruptibile: numquam. s. incepisse: multa tamen multa incipiunt esse, quæ incepta non desinunt. Et multa principium habent nō habita finē. Simile est, quod diffinientes necessarium, statuunt. s. necessarium esse, quod semper est, cum tamē non oporteat semper fuisse, sat est semper futurum esse. Deinde multi sunt gradus necessitatis, quos hic differere, esset metas, ac limites facultatis transire. Igitur regula haud necessario defensanda est, sed natura, & significatio modorum teneatur. At cum hi modi significant possibilitatē, impossibilitatem, necessitatem rerum: & hæc qualitates in illis aliter iudicentur secundum cursum naturæ, aliter secundum omnipotentiam Dei, sermo, & sensus in diuersis facultatibus, & disciplinis multum distinctus, & va-

rius est de similibus assertionibus. Quod enim philosophus iudicat necessarium, theologus asserit verè contingens, quod contra theologus in fallibile reputat, phisicus contingens. Nimirum quia dispares mensuras sequuntur. Motus coeli in philosophia est necessarius, ita vt quis cere non possint. Sic absolute philosophus, & verè pronuntiat. Quoniam in rerum natura (quam ille scrutatur) nulla est potestas, quæ cœli motū impediatur. Theologus his non contradicens, asserit nihilominus super naturaliter posse similem cursum interrumpi, ac cohiberi. Præterea Antichristum nasciturum dicit phisicus mere esse contingens, theologus aduertens eius natiuitatem diuinitus prophetatam, quæ prophetia fallere, aut falsificari non potest, dicit secundum hanc considerationem necessario nasciturum. Itaque de modalibus, quæ possibilitatem & necessitatem rerum important, possumus loqui dupliciter, philosophice scilicet ac theologice. Quid autem sit possibile, quid ve impossibile Deo omnipotenti, proprium est theologiæ facultatis id tradere. Et ideo mea sententia non decet, hanc methodum dialectici teneant, vt promiscue secundum vtrumq; sensum propositiones diiudicet. Contenti esse debent, si quid sit naturale possibile agnouerint. Hoc vnum eos non lateat, quod generaliter omnes suscipiunt Deum optimum maximum, auctoremque naturæ posse efficere super naturæ ordinem & leges, quid quid non implicat contradictionem. Sed naturaliter loquendo necessarium est quod per causas naturales aliter esse non potest, & maxime refertur ad futurum. Vnde si iam esse aliter nō potest, etiam si fieri antea aliud potuisset, necessarium remanet. Possibile est, quod per causas naturales esse potest. Impossibile quod fieri nequit. Vnde hæc, Adam possibiliter viuit est vera: etiam naturaliter. Non quia resurgere potest (hoc enim est miraculum) sed quia reuera vixit (præsens enim modalis ampliatur), Ad argumentum ergo negatur modalem, nempe anima Petri necessario est, falsam esse. Quia falsa fuit. Nō enim id exigitur: sed falsam aliquando fore.

¶ VLTIMO ARGVITVR. HÆC est vera. Deus necessario est creans, & sua deus esse contingens: ergo. Probatur maior. Creans necessario est Deus, ergo Deus necessario est creans, per conuersionem simplicem.



plicem. Presertim si teneamus necessarium non ampliari: quinimo etiam si ampliet, valet Petrus possibiliter est doctus, ergo doctum possibiliter est Petrus. Pro cuius solutione est aduertendum, istos modos in diuisis, (quid quid sit de ampliatione) cum inter prædicatum, & subiectum iaceant, denotare, prædicatum conuenire subiecto cum tali modificatione. Cuius possibilitate (inquam) vel impossibilitate, aut necessitate. Qua in re quotiescunque aliquod prædicatum competit subiecto possibiliter, vel impossibiliter, è conuerso etiam & subiectum dicitur eadem restrictione de prædicato. Quia modificatio possibilis vel impossibilis est talis conditionis, vt sit æqualis vtrimque. Necessitas autem non est ita: sed contingit, vt hoc conueniat alicui, vt animal necessario competit homini: homo autem non necessario competit animali. Et ideo propositiones de possibili & impossibili (nisi alias se offerat impedimentum) sunt conuertibiles, quantum est modi exigentia. Vt hæc Deus possibiliter est ens, conuertitur in hanc ens possibiliter est Deus. Hæc autem Deus possibiliter est omne ens, non conuertitur, quia argueremus ab vniuersalitate incompleta, & dependente ad completam, & absolutam. Nam et si diceres omne ens, quod possibiliter est ens, nulla est restrictio, sed potius ampliatio. Obstat tunc conuersioni distributio prædicati dependentis. At vero propo-

tio de necessario non est absolute conuertenda: nisi eadem modificatione prædicatum factum iam subiectum inuoluatur. Vt Deus necessario est creans: ergo creans, quod necessario est creans, est Deus. Sed dices in ipsa modalis non restringebatur creans pro create necessario. Verum est quantum ad suppositionem: at si consideretur quatenus prædicatum certe non dicebatur de subiecto, nisi cum necessitate & debet restricte intelligi. Ethæc habitudo est potius explicanda inconuertente, quam suppositio. Tamen si huiusmodi propositiones modales plerumque sunt clariores suis conuertentibus. Igitur ad argumentum negatur maior. Imo modalis est falsa, quia deus non necessario creat, sed liberè. Et negatur conuersio (vt patet.) Defectum assignant aliqui ab amplo ad non amplum ex parte illius termini Deus sine distributione. Sed reuera defectus illationis non prouenit ex parte subiecti, cui idem est ampliari, vel non ampliari: sed ex parte prædicati, creans. Alij dicent quod ab appellato ad non appellatum: at de hoc videbimus statim in libro sequenti. Itaque ista est falsa, Deus necessario est creans, & hæc vera, creans necessario est Deus. Quoniam necesse est, vt creans sit Deus: non tamen opus est, vt Deus sit creans. Potest enim Deus bene esse, sicut erat ab æterno, & non creans, haud tamen inuenietur creans, quin sit Deus.

LIBER

## EXPLICIT LIBER TERTIUS Summularum:



# LIBER QVARTVS DE HY- potheticis, atq; exponibilibus.

## Caput primo, De hypotheticis.



**P**ROPOSITIO hypothetica est illa, quæ habet duas categoricas coniunctas tanquam partes principales sui, vt si homo currit, homo mouetur. Et dicitur hypothetica ab hypos, quod est sub, & thesis, quod est positio, quasi suppositio, siue suppositiua loquutio: quia vna pars eius supponitur alteri. Propositionum hypotheticarum alia est conditionalis, alia copulatiua, alia disiunctiua.

### Lectio Vnica.



**V**cusque tractus de categoricis sermo, et si adhuc non sit absolutus, cum exponibilium disputatio super sit, iure hypotheticarum tractatum introducimus. Quoniam exponibilium difficultas, si qua est, in explicatione sensus per hypotheticas consistit. Nempe vt scias, qua

nam hypothetica vnaquæque exponibilis expanditur. Vnde hypotheticæ notiam necessario præsupponit. Huius autem materiæ tractationem polliceor non modo breuem futuram: sed nisi consulto quis eam extendere conetur, amplam esse non posse. Quanq; scio plerosque interpretum non extensam tantum sed adeo inextricabilem edidisse: vt sit iuuenibus accessu formidolosa. Sed dabo operam, vt pro sui conditione paucis disseratur. Eius autem conditio (vt mihi videor) est lucidissima his esse, qui præcedētia calluerūt. Siquidē hypothetica (vt in textu habetur) nihil aliud est quā duæ categoricæ coniunctæ. Quid clarius in se, quid obscurius interpretes tradidēre? Nāquā primū definitio hæc hypotheticarum proponitur: illico vniuersi millē obiectionibus prosiliunt. Hæc est hypothetica, Petrus loquitur, & Ioannes tacet: & Ille solum dormitat: & non habet duas, sed tres, & potest habere plures. Secundo haud est necesse, sint propositiones categoricæ: quoniam nonnumquam sunt hypotheticæ: vt hic si omne animal est sensibile, & Petrus est animal, Petrus est homo, & simul est sensibilis vbi partes principales sunt hypotheticæ. Tertio non est etiam necesse, semper esse propositiones: sat est complexa propositionalia: vt si Petrus disputaret, Petrus esset doctus. Verum hæc definitio est doctrinalis, pariter & magistralis: & ideo sano modo intelligenda est. Primo differentia radicalis inter has duas propositionis partes est, quod categorica componitur principaliter ex subiecto, prædicato & copula (vt ex eius definitione constat) hæ sunt partes ipsius præstantiores. At hypothetica non ex terminis immediate, sed ex propositionibus, seu (quod idem in præsentiarum intelligitur) ex complexis propositionalibus. Quæ ideo talia nuncupantur: quod verbum habeant, & similitudinem gerant propositionis. Itaque termini conficiunt propositiones: hæ autem hypotheticas. Vnde nihil iam determinorum qualitatibus nobis speculandum est, quo pacto supponant, distribuantur, ampliētur. Cum autem hæc sit hypotheticæ natura: doctē Petrus Hispanus dixit, cuius partes sunt duæ. Non



Non quia duæ dūtaxat esse debēt: sed quòd plures requiruntur: & duæ sunt de quibus primo hoc nomē plures verificatur. Et forsan quia ad minus deberent esse duæ, & plerumq; hunc numerum non excedunt. Quod sequitur eathegoricè eadem & grauitate, & veritate intertū est. Nam vt plurimum profecto cathegoricæ partes principales sunt hypotheticæ, non rursus aliæ hypotheticæ. De complexis propositionalibus iam diximus, semper in hoc tractatu sub nomine propositionis contineri.

¶ **IN HYPOTHETICIS**, solum qualitas penes copulam consideratur: quantitas minime. Cum hæc penes subiectum colligatur: quòd in similibus nec prædicatum attenditur. Vnde non dicitur hypothetica quanta, aut vniuersalis, aut particularis: dicitur autem qualis, negatiua, aut affirmatiua. Qualitas autem (ut sæpiissime diximus) p̄satur per copulam: Copula autem Hypotheticalis. Nō potest esse verbalis, sed aduerbialis. Nam copula partes coniungit: vna autem propositio non potest, formaliter prædicari de alia: & cum propositiones formaliter acceptæ componant hypotheticam) sit vt non possint verbo conglutinari: quod dūtaxat subiecto vnit prædicatum. Igitur copulæ hypotheticales erunt, quæ sunt aptæ orationes vnire, & coagmentare: vt si, &, vel, si, quia, & similes.

Affirmatiua erit, si similis copula affirmatur: negatiua si negatur. Negatio autem est duplex, alia aduerbialis, alia nominalis. Prior est maioris efficacis, ac virtutis: quia absolutior, & liberior. Nominalis, (cum necessario suo substantiuo adhæreat, vel si est substantiuum, vt nemo, & nihil, debeat esse pars suæ cathegoricæ) reuincitur eius virtus: vt nisi cathegoricam amplexari non queat. Aduerbialis autem vt pote exēpta, & compedibus soluta, fertur non modo in hypotheticam, verum & in totū discursum, atque argumentū. Cō ergo copula hypotheticalis sit extra cathegoricæ, ab eanegatione attingi potestque extratēdere possit. Vnde à sola aduerbiali redditur negatiua, nō à nominali, & si plures illic existat. Vt nullū animal currit, & nullus leo est equus, est affirmans, quia si & affirmatur. At nō semper nec aduerbialis negat illā: sed tantummodo cum in frontispicio propositionis posita neganter accepta fertur in totam: vt non equus est animal, & angelus est sensibilis. Primo & principaliter negatur

hic partium maiorum coniunctio, non equū esse animal, aut angelum esse sensibilem, sed cohærentia partium, non esse, scilicet vnum & alterum. Ad similitudinem cathegoricæ, vbi prædicatum pars principalis remouetur negatione ab subiecto. Vnde vt illa hypothetica negatiua sit vera, sat est copulatio partium sit falsa. Vt hæc, non Deus est bonus, & dæmon est optimus, tota est vera. Dixi notanter in regula, quando accipitur vt in totā extensa: quia potest congruè etiā prolata in principio sumi, velut pars prioris cathegoricæ: & tunc non negatur hypothetica.

¶ **CONTRA** hoc est duplex argumentū. Primum cum totum denominetur ab partibus, non potest fieri, vt ambæ partes sint negatiuæ, & tota hypothetica affirmatiua. Vnde falso affirmamus: han esse affirmantē nullum animal currit, & nullus equus est homo. nec è conuerso videtur verum, quòd tota sit negatiua, & non partes. Vt hæc non Deus est malus, & diabolus est bonus. Secundo arguitur. Non potest negatio non esse pars alicuius cathegoricæ, cum hypothetica nō habeat nisi cathegoricæ partes. Ad primū respondetur: quòd aliqua habet nōnumquam totum, quod non habent partes (nisi dicas Petium nō esse hominem, quia nec anima homo est, nec corpus) & hypothetica est copulatiua, cum partes non sint copulatiuæ, sed copulata. Ita potest esse negatiua, & partes nō: & è conuerso. Ad secundum respōdet, negationem esse partē totius propositionis non alicuius partis, sicut & copulā hypotheticalem. Nonnulli docent: quòd etiam redditur negatiua, si negatio copulæ hypotheticali cohæreat. Vt Petrus loquitur, non, & Ioannes respondet: sed profecto est barbara copulatio: cū tamen in dialectica id doceatur oportet, quod licet, ac eruditè ingrauioribus disciplinis vsurpemus. Illum autem barbarismum nemo inter philosophos proponere audebit. Igitur tūc est negatiua, cum in principio profertur.

**HYPOTHETICA** habet tres species. scilicet conditionale, copulatiua, disiunctiua: quæ sic efficiuntur. Cum partes hypotheticæ debeant esse cōnexæ, atque cōsuetæ: si cōnectuntur copula, si: erit conditionalis. Vt si hō disputat, homo loquitur. Si vero per si, & aut aliā æquivalentem, vt si, ac, atq; copulatiua, vt Plato est diuinus Philosophus, & Alcibiades strenuus dux Atheniensium. Si vero per si, vel aut,





aut, ve, & similes disiunctiones, vocabitur disiunctiva, vt Pompeius fuit inflatus, vel Cesar fuit tyrannus. Contra hanc distinctionem arguitur à multis multipliciter. Nam propositiones temporales, locales, relatiuæ sunt hypotheticæ: quibus nullum istorum membrorum congruit. Vt quod ait fallutius, prius quâ incipias consulto, & vbi consulueris, mature factum est opus: vbi animum applicueris, esto constans: quando locuturus fueris verba meditare: omnis homo est animal, qui est etiam rationalis: & sole lucente dies est. Secundo, omnes consequentiæ sunt propositiones: nã certe definiuntur per orationem. Diximus enim superius, quod argumentum est oratio & in quinto libro definitur filogismus. Quod sit oratio: & tamen nulla alia oratio est nisi indicatui, & significans verum & falsum. Quæ quidem propositiones sub nulla istarum continentur. Respondemus omnes hypotheticas, aut formaliter esse tales, vel ad eas reduci. Nam propositiones temporales, locales, & de ablatiuo reducuntur facile ad conditionalem. De copula implicationis ad copulatiuam, vel disiunctiuam, si fuerit negatiua quemadmodum in secundo libro tradidimus. Consequentia autem reducuntur ad conditionalem: quæ simul est propositio & argumentum. Et secundo respondetur: quod principaliter agit hic auctor de propositionibus, ad scientias expectantibus: in quibus hæ tres species frequentiores sunt: reliquæ raro, aut numquam. Et argumenta in disciplinis non vt propositiones sumuntur, sed vt finis & scopus propositionum. Huc ergo Petrus Hispanus oculos conijciens sapienter & grauer hypotheticam in illas tres species partitus est.

Cap. II. De conditionalibus.

TEXTVS.

**C**ONDITIONALIS est illa, in qua coniunguntur duæ categoricæ per hanc conjunctionem, si. Vt si Petrus dis-

putat: Petrus loquitur. Et illa categorica, cui immediatè præponitur coniunctio, si, dicitur antecedens, reliqua vero consequens. Ad veritatē conditionalis requiritur, quod antecedens non possit esse verum sine consequente: vt si homo est, animal est. Vnde omnis conditionalis vera est necessaria, & omnis falsa est impossibilis. Ad falsitatem conditionalis sufficit quod antecedens possit esse verum, sine consequenti. Vt si homo est, album est.

Lectio prima.



**I**, SI, AQVO HYPOTHETICA conditionalis nuncupatur multifariã, multisq; modis accipitur. Primo interrogatè: vt si licet sabbato curare: secundo promissiue, vt si seruieris regi fideliter, honoraberis ab eo: alio modo conditionatim, vt si interfueris sacris, esto valde attentus, & mille alijs modis. De quibus acceptionibus non est dialecticorum tractare, sed rhetorũ, & iuris peritorum: ad quorum facultates expectant. Vnde est titulus. ff. de pollicitationibus, & ff. de pactis. Melior titulus. ff. de verborum obligation. & C. eodem: vbi & quid promissio, quid pollicitatio, quid pactum, & quid eorum virtus, & valor exigat atque postulet, exactissime traditur. Alio modo accipitur illatiue, cum ex conditione posita aliquid infertur: vt si homo disputat, homo loquitur. Hic loqui infertur ex disputatione. Hoc pacto innuitur de conditionalibus præsens tractatus. Sed quemadmodum superius reduximus multas propositiones ad conditionalem, ita modo ipsa formalis, seu expressa condi-



conditionalis quādoque est integra, atq; perfecta. Vt si nobis est dies: sol illuminat nostrū hemisphærium. Nōnunquam fracta & (vt ita dicam) mutila: vt homo est sensibilis, si animal. Vtraque est conditionalis, licet secunda (vt iacet) sit cathgorica: quia patentissimè, & facillimè ad hypotheticā, & speciē illationis reuocatur. Vnde de ambabus sub vno cōtextu loquemur, ambas conditionales appellando,

¶ **CONDITIONALIS** ergo est illa, vbi coniunguntur duæ cathgoricæ per hāc copulam, si, quæ eisdem temperamentis modificatur ac præcedens. Possunt enim non esse propositiones partes, sed propositionalia, vt si Socrates viueret, aliter gubernaretur res publica: & non esse cathgoricas, sed hypotheticas. Quotquot tamen extiterint, diuidentur in duas: altera erit antecedens, altera cōsequens. Prior est (vt habetur in textu) cui immediate coniungitur particula, si: altera consequens. Siue enim dicas, si leo currit: leo mouetur, siue leo mouetur, si leo currit, vtro bique leo currit, est antecedens. In quibus sola qualitas (vt dudum dicebam) cōsideratur, non quantitas. Et quidem illa est negatiua, cuius exordio negatio profertur: Affirmatiua autem, si non illic profertur: quantumcūque post notam illationis negationes coaceruentur. Vt hæc nō si equus est animal, equus est insensibilis. Hæc affirmatiua, si homo non est ens, homo non est rationalis. Atque sensus affirmantis est inferri vnum, si est alterū: negantis autem solum est, non sequi. s. non inferri equum esse insensibilem, si est animal. Sed quid dicemus de fractis cōditionalibus? Vt non homo est animal si est albus, vel si albus (vtrōq; enim modo frangitur. i. & cum expressione copulæ & sine illa. Certè esse negationis positionem impendit quam ambigam, & ancipitem. Si enim vt pars prioris propositionis ponitur, & nō fertur in illationem, est affirmatiua conditionalis: & sensus est, si homo est albus, non est homo animal. Potest autem ferri immediate in illationem: & tunc est negatiua, significatq; non valere, si homo est albus: quod homo sit animal. Cōditionalis autem habet duo: nempe quod simul & est propositio, & est consequentia. Simul enim & asserimus aliquid, & asserendo inferimus. Affirmamus quidem dumtaxat valere illationem: & affirmando illam exerce-m9. Vt si chimera volat, chimera habet alas,

Hic nec volare, nec pēnatam esse asserimus: sed tantummodo valere, si volat sortiri pēnas. Vnde constat cōditionalem affirmatiuam & veram nihil in rerū natura ponere, quantumlibet de rebus naturalibus agat. Illa enim propositio est vera, & si nec chimera, nec volatus, nec pēnæ in orbe vllæ existat. In quo sunt omnino cōditionales singulares: vt cum ab eo quod res est, vel non est, ceteræ propositiones tam cathgoricæ, quam hypotheticæ sint veræ, vel falsæ. Conditionales ab eo, quod bene sequatur, vel nō sequatur, has qualitates sortiuntur. Ratio autem huius singularitatis est, quod cum sit propositio, & consequentia, nihil aliud eius veritas, quā ipsius bonitatem exigit. Ita vt veritas propositionis in ea, & bonitas coincidant. Quocirca ad veritatem conditionalis affirmatiuæ iussit, bene sequi. Ad falsitatem, male inferatur. Ad veritatem negatiuæ è contra male sequi: ad falsitatem bene.

¶ **V T A V T E M** consistet, quā singulare id sit cōditionalibus, aduerte triplicè esse argumentationem. i. rationalē, cōditionalem, causalem (quæ est diuisio tertij modi sciēdi argumentationis) Conditionalis modo definita est. Rationalis est, in qua consequens deducitur ex antecedente mediante particula ergo, vel igitur. Vt homo est sensibilis: ergo est discursiuus. Causalis est, in qua antecedens est causa consequentis. Vt quia angelus non habet corpus: non occupat locum. In qua illatione, est antecedens, quæ sequitur immediate notam illationis, siue alia præcedat siue non. Nam & in his ambabus, quia homo est rationalis est disciplinabilis: & homo est disciplinabilis, quia est rationalis, semper est rationalis, est antecedens: est disciplinabilis, cōsequens. Dicitur autem prima rationalis: nō quod posteriores non sint rationis opera, sed quia rariocinationis forma, atq; natura perfectius in irrationali resplēdet & elucescit. Siquidem ratiocinari est, deuenire ex vno cognito in alterius notitiam, inferreque ex notis ignota. Et certè si attentè prospicimus, in nulla alia consequentia ita patenter, & formaliter, ac in rationali vnum inferitur ex alio. Conditionalis eò minus hāc proprietatem participat, quod non absolute inferit, sed cum cōditione, si verum est antecedens. In quo certè non accedit, nec multisquidem parasangis lucidā ac expressam formam cōsequutionis rationalis. Præterea, nota, si, non ita exprimit



vim illationis, ut copulæ rationales. Causalis in tantum ab ratione consequentiæ degenerat, ut propemodum non sit consequentia. Potius enim innuit esse unum, quia est aliud. (Ut hominem esse risibilem, quia est rationalis,) quam inferat unum ex alio. Proprius asseritur unum esse alterius causa. Omnes hæ tres species nihilominus consequentiæ sunt bonæ, & quandoque malæ. Bona consequentia in qualibet specie, quando consequens deducitur bene ex antecedenti: (vel si vis id negativo signo explicari) quando non potest ita esse, sicut significatur per antecedens, quin sit, ut per consequens. At tamen hæ consequentiæ præter hoc esse, habent etiam esse propositiones. Omnis autem propositio est vera, vel falsa. In omni ergo consequentia quatenus est quædam propositio, necesse est reperitur veritas, vel falsitas. In quo plurimum præfatæ species differunt. Nam conditionalis nihil amplius, ut esset vera propositio, postulabat (ut explicuimus) quam ut sit bona consequentia. Rationalis præter illationis probitatem, exigit antecedentis, ac consequentis veritatem. Ut homo est animal: ergo homo est sensibilis. Vbi et optimè deducitur: & utraq; propositio est vera. Hæc autem chymera volat: ergo habet alas. Est quidem bona illatio, & falsa propositio: cuius neutra pars est vera. Sed quaeritur, an sicut in rationali separatur bonitas ab veritate, ita & contra veritas ab bonitate? (id est) an detur propositio rationalis vera & mala consequentia? Pars affirmatiua probatur, hæc oratio homo est sensibilis: ergo homo est albus: est detestabilis argutatio, sed vera propositio. Nam cum sit tota hypothetica, cuius utraq; pars est vera, tota pariter veritatem obtinebit. Secundo illa est indicatiui modi: & significat rem ita esse, sicut est: ergo est vera. Respondetur negative. Haud est utriusque ratio æqualis. Veritas enim in his habet se ex additione. Et ideo sicut reperitur animal non homo, homo autem non animal minime: & intellectus non discursiuus, verum discursiuus non intellectus nequaquam: ita bona consequentia non vera propositio, at veritas absque bonitate nullibi istarum inuenitur. Quod ratione cõmunire mihi videor. Si hæc consequentia est propositio affirmatiua: hæc autem, ut sit vera, indiget verè partes coniungantur per copulã: sicut vero in categorica exigimus, ut prædicatum competat subiecto, ita partes

rationalis principalis debent coherere. Hæc autem coniunctio consistit in hoc, quod recte una inferatur ex alia. Itaq; non sufficit, ut unaquæque pars seorsum vera existat: sed insuper ad invicem coaptentur. Unde opus est sit bona consequentia. Præterea omnis copula propositionalis videtur importare esse, quod necesse est competat in propositione affirmatiua. Esse autem importatum per istam rationalem est illatio. Ergo debet ritè, & rectè, inferri consequens, si propositio vera est. In negatiuis vero facile est dare illud, nempe veram propositionem, & malam consequentiã. Nam quæuis mala consequentia negata est vera propositio. Ut si dicas non Petrus est albus: ergo est musicus. Tametsi non est in usu negationes in similibus intelligantur in totã consequentiã ferri.

¶ **CAUSSALIS** autem ut sit vera, vera solum postulat, esse bonam consequentiã. At ut sit talis, exigit & antecedens, & consequens verum: & insuper antecedens esse causalam consequentis. Nam illatio in causali in hoc certè consistit quod unum est causa alterius. Non enim aliter inferitur ex rationali risibile, nisi asserendo unum efficere alterum. Ergo ut sit causalis vera, necesse est antecedens sit causa consequentis. Sed causa esse antecedens, aut consequens effectus non potest, nisi utrumq; sit verum. Nam presupponere debent dialectici, quod efficere, non nisi vero conuenit. Et ideo licet verissime dicamus, ad veritatem causalis sufficere bonitatem consequentiæ: in hoc tamen includitur, & veritas utriusq; partis, & causalitas antecedentis. Quod in conditionalibus nullatenus requirebatur. Nec veritas inquam partium ut in rationali, nec causalitas: ut in hac. Quapropter est singularissimum privilegiũ illius sufficere sibi ad veritatem illationis bonitatem. Ex quibus inferitur esse quandã reductionem inter istas consequentiã non reciprocã. Bona consequentia causalis (ut pote quæ plura postulat, erit bona rationalis: itidè rationalis erit bona, & vera conditionalis, sed non retroceditur: ut ex oratione facile colligitur, & exemplo cernitur.

¶ **HACTENVS** de veritate, & falsitate conditionalis: & quid ad utramq; requiretur breui sermone expandimus. Sed quid ut sit necessaria, contingens, vel impossibilis? Nonnulli, & quidè viri doctrina præstantes autumant, conditionalẽ, si vera est, necessariã esse: si falsa,



si falsa, impossibile: nullam contingentem. Quorum ratio est: quia conditionalis veritas est consequentionis bonitas. Consequentia vero bonitas est necessitas. Consequentia bona (inquam) est necessaria. Unde quasi in proverbium abiit: consequentia, quæ semel est bona, semper est bona. Si ergo semper est bona, semper erit vera: & per consequens necessaria. Si vero est mala consequentia, semper erit talis: ac proinde erit impossibilis. Nam propositio impossibilis est, quæ non desinit unquam esse falsa, nec desinere potest. Hanc opinionem sequutus est auctor manifestissime in textu. Ego vero gauderem, si possem libere subscribere: atque eius opinioni suffragari. Sed animaduerto, quod consequentia bonitas est multiplex (ut ipsi quoque admittunt.) Quædam formalis quæ in se, & ubique tenet: quædam probabiles, ac topicæ, quæ instantur: & nihilominus in aggregationem bonarum recipiuntur. Et confirmatur: conditionalis non tantum construitur in rebus uniuersalibus, sed crebro in singularibus: ubi non potest esse tanta euidencia & infallibilitas. Ut hæc, si Petrus studet: doctus erit. Talius ingenij dotibus potest Petrus a natura esse ingenuus, ut sit probabilissima consequentio: & nihilominus potens deficere. Similes conditionales reputo ego contingentes: ut pote quæ in ratione consequentia (cum bonæ censeantur) non sunt adeo infallibiles, sed multum probabiles ac persuasibiles. Quinimo loci topici, ut in plurimum, sunt dumtaxat probabiles. Et profecto est mirum: sint quamplurimæ consequentia rationales apud istos non necessaria, & non admittant conditionales. Igitur ego si mihi viris tam grauibus obstitere, & reclamare, liceret, sic philosopharer. Si bonitas illationis foret multum probabilis, iudicarem contingentem: si vero incotaminabilis, ac inuolabilis, necessariam. At vero de falsitate probè docetur, si falsa est, impossibilis est. Nam mala consequentia est, quæ nec est inuitabilis, nec admodum efficax. Quæ proinde nunquam erit bona: & per consequens impossibilis. Et forsitan idem sentiunt quoque priores. Nam licet dicant, veram propositionem esse necessariam: sicut nos in bonitate gradus inuenimus: ita illi & in necessitate inuenire, admittere que tenentur. Et vocabunt necessariam propositionem, quæ ut plurimum vera est, tamen si raro deficiat. Et talis saltem debet esse omnis bona

consequentia. Nam si frequenter & passim infringitur, reprobata est.

¶ DE AEQUIPOLLENTIIS, ET oppositionibus conditionalium non est opus peculiariter discutere. Nam primo de equipollentia non oportet equipollentem omnis conditionalis habeat (sicut de equipollentibus actum est). Tum quia est consequentia: tum quia non indiget hoc genere arguendi, nec per conuertentes probari. Contradictoriam vero habebit, si proponatur negatio affirmatiuæ, vel adimatur neganti. Quæ contradictio solummodo: penes illationem versabitur. Vna ponit sequi: alia sequellam inficiet.

¶ CONTRA præfata, ut perspicua reddatur magis, arguitur. Hæc: chimera si volat, habet alas: est bona consequentia, & falsa propositio, Nam si bona est argumentatio, & consequens est falsum: antecedens est falsum: & per consequens nulla illic est veritas. Vbi nam enim veritas significatur, nisi in compositione, & diuisione, sed compositio illic nulla alia est nisi antecedens & consequens: ergo. Sed minor probatur: quia termini non supponunt. Ad hoc argumentum primum notato, inconditionalibus nullam rationem suppositionis terminorum habendam. Nam hæc tantum iuuat veritati, falsitatiue categoricarum. Quo circa ubi nulla veritas, vel falsitas categoricarum exigitur: multo minus suppositio, vel non suppositio conducet. Tantum bonitas consequentionis respicienda est. Nec hoc de terminorum suppositione tam peculiare est conditionalibus, quin conueniat nonnumquam copulatiuis, & disiunctiuis. Quarum dantur plurimæ affirmatiuæ absque terminorum simplicium suppositione, & multæ etiam falsæ cum illa. Ut hæc Adam non est in limbo, & Antichristus non fuit prior illo, est vera: ubi termini non supponunt: hæc falsa, homo est lapis, & leo est hinnibilis. Secundum notato: quod & si consequens, & antecedens sit falsum, tota propositio est vera, significans unum sequi ex altero. Hæc autem veritas totius orationis compositione importatur.

¶ SECUNDO, secunda huius copulatiuæ pars, aliquod animal est, & si tu es ipsum, tu es quis, est bona consequentia. Nam non poterit antecedens esse verum, quin Consequens: & tamen sæpe fallit. Nam si sub antecedente: relativi singularizes equum, est vera secunda pars: si leonem, falsa. Et utrumque licet



ostendere: cum pro utroque sumatur. Digla-  
diantur dialectici, an relatiuū reciprocū, an-  
tecedens positū in altera categorica referre  
possit. Quod si refert, depēdet ab illo pariter  
in acceptione. Nos autem iā diximus in secū-  
do libro, reciprocū neutiquā limites suæ cha-  
tegoricæ prætergredi. At & si hoc admittere-  
tur: nō datur proinde conditionalis bona &  
falsa. Nā quoties bona cōsequētia foret, &  
nō aliās veritatē sortiretur. Dūtaxat cōcludi-  
tur esse cōtingentē cōditionalē. Verū relati-  
uū reciprocū, bene potest sumi nō reciprocē.  
Et tūc idē est dici ipsum, & illud. Et in hoc sen-  
su potest procedere argumētū. Ad quod res-  
pōdetur: quod illa cōsequētia est mala & im-  
possibilis: quia est sine specie & apparētia. Nā  
quidquid demōstres sub li animal semper il-  
lud refert animal quod est. Modo quid ger-  
manitatis habet, si tu es animal, debere esse  
equū, maximē quod etiā si fingeres, solū equū  
existere, ad huc nō bene sequitur. Quia suffi-  
cit, posse respondentē multas illius instācias  
assignare: & assignabit (vt prospicis) mille.

¶ **P R A E T E R E A**, si conditionalis est pro-  
positio vera dabuntur cōtradiCTORIÆ propo-  
sitiones non oppositæ qualitatis. Nā hæ, si e-  
quus est animal, equus est sensibilis: quāquam  
equus sit animal non est sensibilis cōtradicūt  
& tamē ambæ sunt affirmatiuæ. Ad hæc dan-  
tur duæ cōditionales cōtrariæ, duæ subcōtra-  
riæ: ergo in his ratio habetur suppositionis &  
quātītatis terminorū. Antecedens patet. Hæ  
videntur contrariæ: si omnis equus est albus,  
& Brunellus est equus, Brunellus est albus.  
Si nullus equus est albus & brunellus est e-  
quus, brunellus nō est albus & hæ subcontra-  
riatur, si angelus mouetur, & Raphael est an-  
gelus, Raphael mouetur: nō si omnis angelus  
mouetur, & Raphael est angelus, Raphael  
mouetur. Ad primū dicendū non esse incon-  
ueniens in hac materia id, quod infertur. Nā  
cū in affirmatiua asseratur sequella, quomo-  
dolibet talis illatio negetur: erit eius contra-  
dictoria. Sed tamē reuera nō desinit illa ad-  
uersatiua quoquo pacto negatiua esse. Nā li  
quāquā nō, negatio formalis est. Et ita nega-  
tur, nō esse sufficienter oppositæ qualitatis.  
Ad secūdū nō ceesse est illas esse cōtrarias:  
sed sunt disparatæ. Quia cū significēt bonita-  
tē cōsequētiæ, non possunt opponi, nisi penes  
affirmationē sequellæ ac negationem. Vnde  
prima si omnis equus est albus &c. Est bona  
cōsequētia: dūmodo nullibi copula absoluta

tur abtēpore. Nā si i maiori stat accidētaliter  
& in minori naturaliter, nihil valet. Negatiua  
quoq; est vera ppositio, & bona cōsequētia:  
vnde nō sunt cōtrariæ. Sic respōdeto secūdo.

¶ Arguitur vltimo cōtra sūdamētū huius ma-  
teriæ, nepe esse cōditionalē piter & cōsequē-  
tia & ppositionē. Sequeretur cōsequētia de-  
bere dici verā, vel fallam. Siquidē est propo-  
sitiō: quæ has qualitates naturaliter in duit. Cō-  
firmatur. ppositio est genus & quiditas cōse-  
quentiæ. Ergo si ppositio necessario est vera  
vel falsa: cōsequētia etiā eisdē prædicationi-  
bus subijcietur. Oēs vbiq; negāt cōsequētiā  
appellādā verā, sed bonā: quātūlibet ppositio  
ē natura sit argumētationis. Ob id, quod esse  
tia cōsequētiæ est recte inferri: res prorsus à  
veritate diuersa, negātque proinde has obie-  
ctas rationes. Haud enim valet: si motus est ē  
essentia actionis, quidquid prædicatur de mo-  
tu, prædicetur similiter de actione. Nā motus  
est passio & actio nō est passio, & terminus  
est vox & vox est aer: terminus autē nō est aer  
& multas instantias veras similes adducunt.

¶ **E X** cōditionalibus quāq; singulæ sint inte-  
græ cōsequētiæ quædā argumētationes con-  
struūtur rationales. Vnde duo loci vtilis ar-  
guēdi pmanāt. Primus à tota affirmatiua cō-  
ditionali cū ppositione antecedētis, ad ppositio-  
nē cōsequēntis est optima deductio. Vt si ho-  
mo currit, homo mouetur: sed homo currit:  
ergo homo mouetur. Ppositio antecedētis est  
ipius subsumtio: sicut est in cōditionali inta-  
ctū. Itaq; si fuerit ppositio negatiua, talis sub-  
sumatur. Vt si nullus homo est musicus. Pe-  
trus nō est musicus: sed nullus homo est musi-  
cus: ergo nec Petrus. Secūdus locus à tota af-  
firmatiua cōditionali cū dīstructione cōsequē-  
tis ad dīstructionē antecedētis pbe infertur.  
Vt si albedo est color, albedo est qualitas, sed  
nulla albedo est q̄litas: ergo nulla albedo est  
color. Destruere cōsequens est subsumere cō-  
tradiCTORIū eius vel ipsumet cū negationis p-  
positione. Destruetur, enim sufficienter ab illa.

¶ **H A C T E N V S** de cōditionalibus doctrina  
habita cuius occasione & de alijs argumen-  
tationis speciebus præstringimus: opere præ-  
tium facturū me existimo, si regulas aliquot  
tradam cunctis arguendi generibus accom-  
modatas, ac per vtilis. Quibus de inceptis sat  
scio necesse fore dialectici vtantur. Quasi-  
deo huc inferendas custodini quod modalū  
pacto sermone faciliores multū vidētur, & in-  
tellectu, & explicatu. Quæ nimirū regulæ nō  
tam



tam ab bonitate consequentiæ dignoscendam conferunt, quàm ad veritatem, falsitatem, necessitatem, & huiusce qualitates partium antecedentis, scilicet, & consequentis perpendendas. Pro quarum introductione attentissimè cõtemplator. Quòd quemadmodum natura hominis est discurre, & ex notis ad ignota procedere (quod medijs orationibus exercet) ita necessario propositionum proprietas est, vt possint vel ipsæ inferre, vel ex alijs inferri. Nam si propositiones non ab se pendent: vel coniunctione, aut repugnantia, non se mutuo respiciunt, qua nam via, quo tramite intellectus ex alterutris in alteras deduci poterat? si vna non foret vel via, vel medium, vel finis alterius? Et demum nisi nexu aliquo, & necessitudine inuicem tenerentur. Quod ex ipsis rerum naturis importatis firmeter, & ineuitabiliter promanat. Cuncta enim mirabili concetu cõcordant: omnia se se iuuant. Quædam sibi mutuo aduersantur. Nulla res sibi soli orta est, quin cum multis quælibet, imo cum omnibus ordine quodam negocium habet. Cum ergo propositiones, & omnino voces signa rerum existant: necesse est (quod & ante nos Aristotiles docuit) idè in orationibus inueniatur, quod & in rebus ipsis offendimus. Nempe vt earum veritas, falsitas, & cæteræ non modo ex se pateant, verum ex reliquis propositionibus, quæ ex ipsis inferuntur, vel antecedunt, deprehendi possint. Igitur vt cognoscamus, qua arte, & ingenio vnumquodque horum agatur, has regulas subnectimus. Quarum proinde liquet, quanta sit vtilitas, quantoque nixu intelligentia quærenda. Prima qualitas sit veritas, secunda falsitas, tertia contingentia, quarta possibilitas, quinta necessitas, sexta impossibilitas.

¶ **PRIMA** regula est. Ex vero non sequitur nisi verum. Vera propositio non inferet nisi veram. Vt si consequentia est bona, & antecedens est verum, consequens erit verum. Per hanc regulam habetur, & quid verum parturiat, & quid parturire nõ possit. Circa quæ notato quasi principium inconcussum apud dialecticos semper celebratum: impossibile fore, in bona consequentia antecedens esse verum & consequens falsum. Quod in hac prima regula fundatur. Per quam necessariū esse docetur, si antecedens est verum: consequens illi responsurum. Cuius multiplex est, vtilis que in dialectica vsus. Nimirum & ad propositionis veritatem ostendendam, ipsam

ex aliqua manifestius vera rite inferendo, & ad malitiam consequentiæ detegendam. Si enim antecedens est verum, & consequens falsum, sufficienter eius improbitas arguitur. Verum etsi verum dumtaxat inferat: potest ex falso tamen inferri. Vnde licet consequentio valeat, & consequens sit verum, nihil circa antecedens colligitur. Poterit enim vel falsum, vel verum, vel impossibile existere. Vt hæc vera propositio, Petrus est animal, colligitur ex ista vera, Petrus est homo: & ex hac falsa, Petrus est equus.

¶ **DE FALSO** autem è contrario statuitur secunda regula. Falsum non sequitur, nisi ex falso licet ipsum queat, inferre verum. Propositio (inquam) falsa non nisi ex simili inferitur. Vnde si consequentia tenet, & consequens est falsum, antecedens debet esse falsum. Et ratio ex priori regula manifeste colligitur. Si enim consequens est falsum, antecedens verum: iam ex antecedenti vero non sequebatur verum. Itaque necesse est antecedens falsum, si consequens falsitate aspergitur. Vfus huius regulæ similis, & toties vsurpatur quoties prior. s. & ad falsitatem orationis probandam, per hoc, quod ex illa quid euidetius falsum deducitur, & ad consequentionis defectum manifestandum, ipsa frangitur, consequenti existente falso, & antecedenti vero. Tertia regula de contingenti, & possibili. Ex neutro sequitur nisi contingens, vel possibile, nõ necessarium, nec impossibile. Itaque si valet illatio. Etenim (vt patet) in omnibus regulis bonitas consequentiæ præcipitur, & prærequiritur) & antecedens est contingens, vel possibile: consequens erit simile. Loquimur de antecedenti, quod sit tantum possibile, nõ simul & necessarium. Ratio regulæ est, quod si antecedens esset contingens, vel possibile, & per consequens potens esse verum, & consequens foret impossibile: antecedens esset quandoque verum, & consequens falsum. Verum est tamen inferri contingens, & possibile ex alijs longe dissimilibus. Vnde si antecedens est contingens: probatur consequens quoque contingens: non è conuerso, si consequens contingens, & antecedens. Vt omne ens necessario est Deus: ergo omne ens est Deus, consequens est contingens: & antecedens impossibile. Et tenet consequentia ab propositione de necessario ad deinesse, tametsi non sit immediate reducibilis. At quantum ad hoc sit quarta regula. Contingens non potest,



sequi ex necessario, potest autem sequi possibile. Vnde hic non de contingenti agimus: uti in modalibus: sed in sensu eius per uulgato: pro eo quod potest esse, & non esse. Et probatio est, Quonia si antecedens foret necessarium & semper verum, consequens vero contingens capax falsitatis, posset dari antecedens verum & consequens falsum. Possibile vero nullum inconueniens est, inferatur: ut pote subalternum ad necessarium. Quinta Regula. Necessarium non profert nisi necessarium: potest tamen gigni ex non necessario. Vnde si consequentia est bona, & antecedens est necessarium consequens est necessarium: non contra. Prima pars ratione communi & toties repetita constat. Secunda etiam exemplis, ut haec homo est animal, necessaria sequitur ex impossibili. Omnis homo est equus: ergo homo est animal: & ex contingenti, omne animal est homo: ergo homo est animal: & ex necessaria: ut omnis homo est sensibilis: ergo homo est animal. Sexta Regula est de impossibili. Impossibile non inferitur nisi ex impossibili, licet ipsum possit inferre etiam possibile, & contingens, & necessarium. Itaque si consequentia est bona, & consequens impossibile, antecedens concluditur, & impossibile. Nam si consequente perpetuo falso antecedens possit quandoque esse verum (& posset si impossibile non foret) daretur tadem antecedens verum & consequens falsum: quod est impossibilis. Secunda vero pars regulae frequenter usu constat: & nos dudum exercuimus, quando ex possibili deduximus necessarium. Circa has regulas id considerandum reor: quod quando asseritur necessarium inferre necessarium impossibile sequi dicitur ex impossibili: non intelligitur quodlibet ex quolibet. Ut non ex quavis falsa sequitur haec falsa Petrus non est albus: ita est, inferat vna altera vel duas, quas eius materia patitur. Ut haec omne animal necessario est homo, impossibile, inferet haec equum necessario esse hominem, & similes: Sed haec, chimera est lapis, nullo modo producet. Itaque vna propositio vera inferet aliam veram non omnes veras: vna falsa inferetur ex alia falsa sibi aliquo nexu coniuncta, non ex quibuslibet falsis: vna impossibilis pariet duas vel tres similes, haud tamen cuncta impossibilia. Vnde non recte philosophantur, qui sentiunt ex propositione impossibili sequi quodlibet nepe quodlibet verum, quodlibet impossibile quodlibet necessarium. Firmant hanc sententiam duobus argumentis. Primum, quod bona

consequentia est in qua non potest dari antecedens verum, & consequens falsum: si antecedens autem est impossibile, non poterit verificari: sic omnis consequentia de antecedenti impossibili est bona. Ut pote quae instari non poterit. Ut chimera currit: ergo homo est animal rationale. Quae si tibi mala videtur: instat (inquiunt.) Consequenter etiam sentiunt esse bonam illationem quoties consequens necessitate sortitur. Quia tunc non falsificabitur. Secundo commiscendo locos conueniunt sibi intentum. Quae disparatior, ac remotior ab hac, vacuum datur in rerum natura, quam haec, leo est rugibilis: & tamen inferitur sic. Prima supposita, ergo datur spatium non repletum corpore, vel leo est rugibilis (ab parte disiunctiua ad totum) sed non datur spatium non repletum: ergo leo est rugibilis. Ut merito mireris viros graues tam infirmis rationibus in rem tam rationi aduersam aductos atque persuasos. Primo bonae illationi non sat est, antecedens sine consequenti verum esse non posse. Si hoc separatim consequenti, & seorsum ab antecedenti alijs ex causis contingat. Nimirum quod ipsum de se est necessarium, vel antecedens impossibile. Sed oportet, ut ex eo quod ita est, sicut per antecedens significatur: consequentis positio fiat. Ut hoc vinculo utraque pars aglutinata sit. Ut quemadmodum ab eo quod res est vel non est, propositio est vera, vel falsa: sic consequens expositione antecedentis deducatur. Vnde Petrus Hispanus diffiniuit hunc in modum syllogismum. Est oratio: in qua quibusdam positus & concessis, necesse est aliud accidere, per ea quae posita sunt. Quocirca funda mentum istorum fallax detegitur: cum nullam coniunctionem, nullam habitudinem harum partium postulent. Confirmatur rebus nullatenus se se nec conuenientia, nec repugnantia respicientibus, Impossibile est propositiones rerum signatantam germanitatem habeant, ut inter antecedens & consequens exacta est. Cum omnis orationum & terminorum habitudo ex ipsis rebus oriatur. Qui enim contrarij, qui contradictorij termini, quae repugnantes orationes: nisi quae res oppositas exprimunt. Secundo si propositio necessaria posset ex quacumque deduci: totus labor posterioristicus, omnisque ars illa tanto pretio apud quosque eruditos hactenus habita evanescit in quaerendo quae ex qua inferatur impensus. Ex qualibet enim inferri potest. Et confirmatur antecedentis assensus in valida consequentione est causa assensus conclusionis (nam praemissa causa sunt consequentis)



sequentis) tam male ergo infertur vna propositio ex alia, quāto minus assensus præmissarum conclusionis assensum efficit. Et certe si penitus sunt disparatæ (quod facile ex materia prospicitur) nullo modo efficietur. Nam omne agens agit sibi simile. Sic propositio antecedens nequaquā trahet intellectū ad assentiendum nisi sibi coniunctæ. Ad primū ergo argumentum negatur maior, sufficere scilicet non posse instari consequentiæ: nisi repugnantia ex connexionē ipsarum partium promanet. Secundum discursum concedito: sed nihil inde colligitur. Cum non ex illo impossibile, sed ex alia propositione illata sequatur. Qui modus arguendi statim explicabitur. Igitur si (quod Augustinus doctissime tradidit,) tenemus, nempe dialecticam non esse prohibito compositam, sed in rerum ratione repertam: & par erit apud nos iudicium de propositionibus & de rebus, & videbimus patenter, quā veritati consona nostra sententia maneat.

¶ **EX HIS** regulis sequuntur duo corollaria seu potius duo loci alij arguendi non minus utiles, aut vniuersales prioribus. Primum est: quidquid sequitur ex consequenti bonæ consequentiæ sequitur ex antecedenti. Vt si dicas Plato est homo: ergo est animal: ex hoc, ergo est viuēs, ex quo, ergo est corpus: consequēs secundæ argumentationis inferebatur ex antecedenti primæ, quinimo vltimum illatum exprimo inferenti. Quod non raro fit, redire scilicet post multas medias consequentiās deducendo vltimū ex primo. Vt si post præfatos discursus colligeremus, ergo de primo ad vltimum Petrus est homo, ergo Petrus est corpus. Sed locus de primo ad vltimū postulat necessarium, vt nihil penitus sit antecedens subsequētis illationis, quā fuerit consequens præcedentis. Nam si quiddēno subreptim inferitur, ratione illius tenebitur immediata consequutio: & sic non licebit ad primum redire. Vt si procederes, Socrates ambulat ergo mouetur vel quiescit, rursus mouetur vel quiescit, sed non mouetur, ergo quiescit. Cū tamen nefas sit colligere hoc vltimum, videlicet qui etem ex motu, quod erat primum. In hoc de linquebat discursus juniorum, quos præcedenti paragrapho expugnabam. Regula hæc est adeo euidentior, vt probatione non negeat. Secundus locus est eius appendix. Quidquid repugnat consequenti bonæ consequentiæ repugnat pariter antecedenti. Vnde signum

est infallibile bonitatis illationis, si ex contradictorio consequentis sequatur contradictorium antecedentis. Quo frequētissime simul, & vtilissime vtuntur ad multa dialectici, maxime quādo ex negatiuis argumentum cōstruitur. Quæ claritatis gratia solēt & merito per affirmatiuas regulari.

¶ **CONTRA** partē secundā primæ regulæ arguitur. Antecedens est causa cōsequentis, sed falsum non potest esse causa veri, ergo ex falso non sequitur verum. Maxime quod (vt nos exposuimus) ex hoc quod ita est, sicut per antecedens significatur, consequens inferitur, falsum autē numquam est, ergo non poterit elicere verū, quod est. Hoc ipsum argumentū contra omnes fere regulas militat. Pro cuius solutione aduerte, quod secundū axioma philosophorū duplex est causa rei, altera esse di, altera cognoscēdi, nec semper istæ coincidunt. Quinimo frequēter distinguntur. V.g. causa quare homo est risibilis, est admiratiuū esse: & tamē sæpe ex ipso risu cognoscitur risibilis: qui non efficit, vt homo sit risibilis, quin potius ideo ridet, quod risibilis est. Ecce admiratio est causa essendi risibilitati, risus autē cognoscēdi. Antecedēs autē non est vniuersaliter in qualibet efficaci argumentatione causa essendi cōsequenti. Haud enim opus est semper arguere ex causis: sæpe argumētatur ex effectibus. Vt ignis calefacit, ergo est calefactiuus. Attamē semper est causa cognoscēdi cōsequenti. Dicimus ergo, quod falsum non potest esse causa essendi vero, potest tamen esse causa cognoscēdi, & impossibile adiuuabit ad cognoscendū necessariū. Qua in re cū primæ regulæ omnes subsequētes (vt patuit) adnitantur: huius obiectionis solutione vniuersæ mellius intelliguntur.

¶ **CONTRA** 5. regulā, bene valet, hō est animal, ergo animal est hō, per conuersionē simplicē, & tñ antecedēs est necessariū, cōsequēs cōtingens. Non enim animali essentialiter, sed accidentaliter conuenit esse hominē: cum si eius natura foret, vbique animal esset homo. Ad hoc argumentum respondeto, non sequi si cōpula antecedentis absoluat. Nā dabitur antecedens verum, & consequēs falsum. Casu nullus homouiat. Quod si non absoluitur, conuersione quidem est legitima: sed antecedens non est necessarium.

¶ **CONTRA** sextā regulā arguitur: bene sequitur, omne animal est homo, omnis leo est animal, ergo omnis leo est hō, cōsequens



est impossibile, antecedens vero possibile. Nam una pars est necessaria, altera est contingens: quod nihil impossibilitati iuuat: ergo regula est fallax. Ad hoc argumentum notato non eadem statera, metiri impossibilem categoricam, & hypotheticam copulatiuam. Nam prior est impossibilis, quæ significat rem impossibilem, at impossibilitas copulatiuæ non modo penes rem importatam partibus, sed penes compossibilitatem etiam vtriusque. Et contingit sepius vnâquamque categoricam esse possibilem, & ambas esse repugnantes. Vt Petrus currit, & Petrus non currit: quælibet seorsum est contingens, tota simul impossibilis: quoniam partes sunt impossibiles. Antecedens autem hypotheticum, & si disiunctim proferrantur, est copulatiuum. Maior enim & minor vniuntur. Vnde euenit, quod in obiectione cernimus, vt vnâquæque illarum sit possibilis: & ambæ incõpossibiles. Repugnat enim omne animal esse hominem, & omne leonem esse animal. Itaque illic impossibile sequitur ex incõpossibili, ac per consequens regula non violatur. De vtroque enim interpretanda est, nempe vt impossibile non sequatur nisi ex impossibili: vel incõpossibili: quod in præsentiarum æquipollet.

### Cap. III. De Copulatiuis.

TEXTVS.



**C**OPULATIUA est illa, in qua plures categoricæ coniunguntur per hanc coniunctionem, Et, vt Petrus arguit, & Paullus respondet. Ad veritatem copulatiuæ exigitur, vtramque partem esse veram: vt Deus est summum bonum: & homo est animal. Ad falsitatem eius sufficit, alteram partem esse falsam: vt homo est lapis: & equus est animal.

### Lectio prima.



**SECUNDA SPECIES** hypotheticarum est copulatiua, cuius definitio in texto habita id interpretationis tantummodo postulat, nonnunquam etiam hypotheticas, imo & copulatiuas esse partes copulatiuæ: non solum categoricas. Et nihilominus quia raro id contingit, congruè adiectum est, partes esse categoricas: quod frequentius euenit. Cæterum debere esse propositiones, semper obseruatur, nec vlla in hoc exceptio est: vt in conditionalibus erat. Sed obijcies forsitan. Hæc videtur copulatiua, vti nam ego tacerem, & tu fuisses loquutus: vbi non propositiones, sed propositionales orationes iunguntur. At facile respondetur, quod sicut oratio à propositione lecernitur, ita damus orationem copulatiuam, quæ non est propositio, & talis est ista. Cuius ratio est, quod omnis propositio siue categorica, siue hypothetica significat verum, vel falsum: illa autem, & similes nihil horum significat. In conditionali autem similia complexa constituebant veritatem, vel falsitatem. Quia sola bonitas illationis est veritas illarum, aut malitia, nulla prorsus ratione habita partium. Cæterum in copulatiuis respiciuntur qualitates partium. Cum ergo oporteat, partes sint veræ, vel falsæ, vt tota sit similis: si partes veritatis, vel falsitatis capaces non existunt, nec tota erit vera, nec falsa: nec per consequens erit propositio.

**IN HIS** prima & si infrequens difficultas est, nosse, quæ sit copulatiua, quæ ve conditionalis. Miscetur enim nonnumquam adeo implexæ, atque cõfuse, vt non sit cuiquam perueni, signare absque distinctione, quæ sit copulatiua. Vt si Petrus disputaret, esset doctus, & si Ioanes sequeretur militiam, dux prudentissimus euaderet. Et hæc, si Socrates ambulat, Socrates monetur, & Socrates non quiescit. In similibus ergo hæc est certa regula. Cû ab copula sint propositiones, & denominationem sumant: princeps copula denominat totum. Si, quâdo præstans est, facit conditionalem: si, & copulatiuam: si, vel, disiunctiuam. Quâdo vero sit præstator, necesse est, id ex sensus distinctione colligere. Ex præfatis quidam prima est copulatiua: cuius partes sunt duæ conditionales: secunda est conditionalis, cuius pars est vna copulatiua. hæc etiã, Ioanes ambulat, vel Ioanes quiescit, & Michæl perambulat agrum, vel



vel domi ægrotat, est quidem copulatiua cōstans ex duabus disiunctiuis.

¶ **SECUNDA** difficultas est in qualitate: quæ ut sæpe aduertimus, in his penes copulã hypotheticalẽ pensatur. Si hæc affirmatur, etiam si verbales partium negentur, erit affirmans: ut leo nõ est lapis, & elephas nos est piscis. At si negetur: quantumuis partes affirmentur, erit negatiua. Sed iam expræsimus non posse attingi, nisi abnegatione aduerbiali. Verum argues. Hæc, nec Thomas loquitur, nec Martinus surgit, videtur negatiua absque negatione copulæ: quippe quæ nulla apparet: nec si foret, negaretur. Cum singulæ negationes suis cathegoricis astringantur. Dicitur, li, ne, habere specialẽ virtutem, ut copulet negando: quod ex sententia planissime deducitur. Nã sensus est, Thomas non loquitur, & Martinus non surgit. Quinimo etiam denotat hæc particula, negandam pariter esse propositionem immediatẽ subsequentem: ut ex frequẽti vsu didicimus.

**TERTIA** difficultas est de veritate, & falsitate, & reliquis qualitatibus: quæ partim textualiter tãgitur. Ad quã facilius mēte capescẽdam, fundamentum sit: quod affirmatiua ponit, & asserit omnes & singulas suas partes secundum earum qualitatem: ut si fuerint negatiuæ, affirmat earum negationem. Copulatiua vero negatiua principaliter negat. coniunctionem: & sensus est, non esse verum unum, & alterum esse. Ex qua radice omnes sublequentes regulæ pullulant. Prima. Ad veritatem affirmatis cunctarum partium veritas requiritur: ad falsitatem vero falsitas vnus. Prima pars regulæ patet ex fundamento iacto, secunda autẽ ex prima. Secunda regula. Ad veritatem copulatiuæ negatiuæ sufficit, vna pars sit falsa: ad falsitatem autem, ut omnes sint vere. Nã si vna est falsa: falsa erit affirmatiua, & per cõsequens vera contradictoria eius negatiua. At si partes singulæ veræ sunt, vera erit tota affirmatiua, & falsa negatiua. Sic ambæ partes regulæ patent. Ad possibilitatem affirmatiuæ singulæ partes sint posibles, & omnes cõpossibiles. Enimvero si aliqua foret impossibilis, eius coniunctio cum alijs (quã copula facit) esset pariter non possibilis: ac proinde tota ab copula iure denominaretur. Athæc debet esse cõpossibiles: ut superius & exposuimus, & probauimus. Quod magnopere obseruandum est, etiã inde extrinseco tẽpore: ut secundum acceptionem earum & terminorum nulla

sit partium repugnantia. Quocirca ad impossibilitatem sat est, vna sit impossibilis. Ad impossibilitatem vero negatiuæ, omnes sint necessariæ. Nã negatio necessariorum, impossibilis est. Quoniam contradictorium necessarij (ut in modalibus vidimus) est impossibile. Ad necessitatem affirmatiuæ omnes sint necessariæ. Ad necessitatem negatiuæ vna sit impossibilis.

¶ **PROPLENA** harum regularum notitia, duo præmittenda sunt. Primum quod est parum dialecticorum. Copulatiua sequitur debiliorem partem: disiunctiua fortiorem. Partim namque has sex qualitates veritatem, falsitatem, contingentiam, & cæteras in duas phalanges. Falsum, contingens, impossibile, sunt infirmæ, ac velut ægrotantes. Verum, possibile, necessarium fortiores. In copulatiua, & disiunctiua cum omnes partes fuerint similes vel falsæ, vel veræ, reddent euidenter talem ipsam. At quando mixtum vera cum falsa, possibile cum impossibili: & sic de alijs combinationibus est regula. Copulatiua sequitur debiliorem partem. Si in ea fuerit aliqua pars impossibilis: tota est impossibilis. Si quæ contingens, si quæ falsa, tota erit talis, etiam si altera pars sit vel necessaria, vel vera. Et intelligitur de copulatiua affirmatiua. Nã negatiua copulatiua æquiualeter est disiunctiua. Illa enim sola debilior pars totam suo furo inficit. Si vero est disiunctiua, sequitur fortiorem. Si quæ necessaria pars est, si vna vera, si possibilis: integra est necessaria, vera, possibilis.

¶ **LOCI** arguendi in hac materia sunt tres. Primus: à tota copulatiua affirmatiua ad quamlibet eius partem recte concluditur: è contrario vero minime. Ratio vtriusque est. Quia si antecedens est verum, & est tota: ambæ partes erunt veræ: sic cõsequens non poterit esse falsum. Si vero vna pars vera existit, non proinde totum verificatur. Sic arguendo à parte ad totum nullo negotio instabitur. Secundus: ab copulatiua affirmatiua ab disiunctiua ex eisdem partibus cõposita bene sequitur. Quia: Vel subalternatur ad: Et. Tertius est: à copulatiua negatiua ad disiunctiuam affirmatiuam, ex partibus contradicentibus valet.

¶ **IN HIS** copulatiuis oppositio contradictoria constituitur per negationis præpositionem. Ut equus currit, & leo sedet, non equus currit, & leo sedet. Et per disiunctiuam ex partibus contradicentibus contexta. Ut præfata contradicit hæc: nullus homo currit, vel nullus leo sedet. Nã li, vel, vti particularitas opponi



## Libert quartus

tur prorsus priori per regulas à dialecticis cōstitutas. Sed sciscitaris? Ambæ hæ sunt eiusdē qualitatis, ergo non opponuntur. Respondeo, in his .i. quādo altera contradictionis est disiunctiua, altera copulatiua, non esse qualitatem respiciendam. Sed est tunc grauis concertatio, an? negatio in fronte copulatiuæ posita partiū terminos distribuatur. Pro parte affirmatiua arguitur. Illæ duæ copulatiuæ negatiua, & disiunctiua affirmatiua æquipollent, ergo eodem modo termini distribuntur. Antecedens probatur auctoritate Aristotelis dicentis, vni vnum est contradictoriū: quā quā in cæteris oppositionibus multa valeant vni opponi. Et ratio est, quia cōtradiçtio est maxima oppositio, ac proinde extrema. Vni vero extremo solū alterū extremū contradicit. Si ergo illæ duæ cōtradicunt copulatiuæ affirmanti: erunt eadē oppositio, aut sanè æquipollent. Confirmatur, Sine cōtrouersia velut irrefragabilis regula dialecticis suscipitur, copulatiuā negatiuā resoluendā, in disiunctiua asserentem, ex partibus cōtradicentibus. In contrarium est nostra traditio: scilicet tendere negationem in copulā hypotheticā, partes intactas præterire. Ad hæc primum illæ duæ æquipollent. Nam si negamus hominē currere, & Petrū sedere, ad quæ vere negāda sufficit, non esse verum vnum, vel alterum, necesse est, quod vel nullus homo currat, vel Petrus non sedeat. Et è conuersio, si nullus currit, vel Petrus nō sedet, nō homo profecto currit, & Petrus sedet. Itaque æquipollentia nullū penitus velamen habet, adeo est comperta. Sed hoc iure disceptatur: an in æquipollentibus termini eodem modo capiuntur? nā palam est, in eis haud opus fore, cūcta esse paria. Cum in ipsis his tam patenter æquipollentibus similitudo qualitatis, nedum identitas non seruetur. Quid ergo mirum cōtendat, quis, nec suppositionem debere, eandem existere: quæ multo minoris ponderis est qualitate. Adhibebit confirmationē: quod æquipollentia consistit in æquiualentia consequentiæ, non in identitate acceptionis. Vt in ista, Deus necessario est creans, cū, si, creās non restringatur, restringitur in conuertente, scilicet creans, quod necessario est creans est Deus. Per hæc pādatur via, & sternitur, volentibus ista limatius scrutari. Nostra huius ambiguitatis respōsio est plana, videlicet negatio formaliter tēdit in copulam, circa partes nihil formaliter faciens, sed virtualiter, &

æquiuolenter distribuens.

¶ **CONTRARIA** assignatur per mutationē quantitatis, & qualitatis partium manente eadem & intacta copula: vt maneat eadem vniuersalitas, cuius causa falsificentur. Ita vt etiam si partes nō sint contrariæ, sed contradictoriæ: integræ copulatiuæ erūt contrariæ. Vt homo currit, & leo sedet: nullus homo currit, & nullus leo sedet: & dantur nihilominus falsæ. In quibus proinde principaliter lex, & respicienda, & obseruāda est. Cum plures conditiones deesse absque defectu videas. Nam hæ non sunt oppositæ, qualitatis primo: & partes non mutantur contrariæ, sed contradictoriæ. De subcontrarietate non oportet, nos sollicitos esse, cum minus oporteat, singulas habere posse subcontrariā.

¶ **CONTRA** hæc tamē non desunt obiectiones cōmunes. Prima indiffinitionem, hæc Petrus est animal, & è conuerso: iste homo currit & sic de singulis, sunt copulatiuæ, cum sensus efficiat complexos: & tamen nō vniūtur plures propositiones per li, &. Nam li è contrario, & li, sic de singulis, dictiones sunt, non propositiones. Sed breuiter dicito: quod illæ sunt formaliter categoricæ: æquipollēt aut in consequendo hypotheticis. Quod nequaquam, vt sit copulatiua, sufficit.

¶ **DEINDE** hæc copulatiua, quasi iste sedet, & sic vsq; de decē computando: est vera & tñ si octo tantum illorum sedeāt, duæ partes sunt falsæ, ergo regula primariū. Natura huius signi. Quasi, est, adimere quid subsequuto, vt intelligatur non itegre verum esse, ac asseritur: vt quasi omnis populus congregatur. Et congruē (meo iudicio) non apponitur signis particularibus, sed vniuersali: vt quasi quilibet equus est albus, quasi decem homines interfunt lectioni. Et ratio est, vt cuius munus est aliquid adimere, coniūgatur ei, à quo quid auferre queat. Vnde barbarè mihi assumpta propositio sonat. Nihilominus admissa dicito, illam copulatiuam eximi à regula propter additū, ita vt non exactè illam sequatur. Hæ regulæ adeo certæ sunt, & perspicuæ: vt omnia ferè argumenta obijci conuicta sint reflexiua, à quibus tanquam inutilibus cum abstinere à principio statuerimus: ad secundum materiæ partem calamū admouemus.

### Lectio secunda.

LECTIO





## Ectio hæc copula-

latorum tantæ utilitatis dialecticis est, quàm frequens ipsorum usus, & in quotidiana consultatione vitæ, & in scholarum concertationibus. Quæ proinde attentis auribus, & animo præsentis auscultetur. Accipitur autem copulatum (vt in exordio diximus) quando terminos vnit: & vocatur tunc propositio de copulato extremo, s. vel de subiecto copulato, vel de prædicato, vel de ambobus extremis. Vt homo, & equus est animal: leo est sensibilis, & irrationalis: anima, & corpus sunt materia, & forma. Quæ omnes & generaliter propositio de copulato extremo sine vlla hæsitacione sunt categoricæ. Nam habet prædicatum, copulam, & subiectum, tamquàm partes sui principales, in quo natura categoricæ consistebat. At copulatum rursus accipitur bifariam complexiue, s. ac diuise. Quotiesquidem termini coniunguntur complexus resurgit: at quando de simili toto complexo, si est subiectum, nõ de singulis partibus, aliquid dicitur, vel si prædicatum est, eodẽ modo totum vnũ sumtum dicitur de alio, stat complexiue, vt Petrus, & Paullus portant faxum. Delatio enim faxi, quæ prædicatur non de vnoquoque seorsum, (nec enim Petrus deferre possit, nec Paullus) sed ambobus simul cõuenit. At cum de complexo quid dicitur, vt singulis partibus competat, sumitur diuise, vt homo, & equus est animal. Hæc autem acceptio diuersitas ex rerum, & actionum naturis oritur. Quia sunt quæcũque vel agunt aliquid, quod nec singula sunt seorsum, nec sigillatim agunt. V. g. omnes ciues ipsa ciuitas sunt: nemo illorum ciuitas, sed pars ciuitatis est. Si ergo quis singularizadõ ipsos dixerit, iste, & iste, & iste sum Roma vrbis necessarios, Et, complexum sumendum erat. Cunctis enim nõ singulis coheret prædicatum. Idem pariter inuenies in actionibus: vt cõpiscatores ad littus rete dediticant, vt erq; lineis: haud singuli trahunt: cuius tractio tribueretur. At vero animal sic sunt Petrus & Illesonlus: vt Petrus sigillatim sit animal, & Illesonlus. Hoc est acceptio diuisiua. At primo inquitimus, quonã signo vtrãque acceptioem discernemus? In terminis quidem singularis numeri, si copulatum est subiectum, & verbũ est singularis numeri, capitur diuise vt Plato, & Aristoteles est philosophus. Si pluralis complexiue: vt corpus, & anima

sunt homo. Dũ modo prædicatum fuerit pariter singulare. Quoniam si est plurale, nihil certi habetur, vt Socrates, & Alcibiades fuerunt sapientes. Quando vero termini fuerint pluralis numeri, iudiciũ auribus relinquitur, ex sensu orationum dijudicandum. Qui si nõ est adeo perspicuus, distinctionem adhibeto. Et interest plurimum nosse, vtra acceptioe sumatur. Quia diuise vniuersalitas est syncategorematica, & reddit propositionem, si est à parte subiecti, quadam tenus ratione vniuersalem: et confundit alterum extremum. Sed age, videamus, quid nam faciat complexiue: pænè nihil: sed talis propositionis ratio, ac cæterarum categoricarum habetur. Nam probatur per extremorum suppositionem: & suppositio regulas traditas sine vlla exceptione obseruat. Si extrema supponunt pro eodem in affirmatiua, iuuatur veritas: vt materia, & forma sunt Petrus: subiectum & prædicatum stant pro re vna. At quia partium altera potest, non supponere altera supponente, tunc totum cum ceu terminus simplex iudicetur, non supponit. Vt subiectum huius, Adam, & Petrus currunt. Ergo, cum is sit legitimus probationis trames, id in huiusmodi magnopere cauere, debes: similes vt propositiones in copulatiuas reducas, à quibus perpetuo relegantur. Vt materia, & forma adæquate componunt Petrum, Ioannes & Paullus euidenter læserunt Thomam. Et tamen nullo vnquam casu erit verum, materiam adæquate componere Petrum: nec formam. Et in secunda nec Ioannes læsit, nec Paullus. Et propositiones sunt veræ: quia extrema supponunt pro eodem. Negatiuæ autem per affirmatiuas regulantur.

**¶ AT IN CONTRARIUM EST** argumentum, saltem in actionibus: quoniam pacto accidet, vt ambo quid agant, & nullus agat, maxime cum quilibet ex labore læsetur, incredibile est, vt non agendo fatigetur. Ad hoc aduertendum, dupliciter contingere plures aliquid efficere. Primo sic, vt singuli seorsum in illud suas actiones impendant: quarum vnaquæque tamen seorsum absolutum effectum non præstaret. Vt in constructione domus, alij ascia dolant ligna, alij acuta dolabra læuigant lapides, et abradunt: alij calcem, arenamque miscent, alij segmentis coagmentandis operam nauant, alij ædificent. Omnes simul iuo gradu, & ordine concurrẽdo erigunt domũ, vt omnes affirmant.

Hoc



## Liber quartus

Hoc pacto ædificantes, quilibet ædificat, ut pote cuius actioni aliquis peculiaris effectus cor respondet. Alio modo solent concurrere sic, ut omnium simul, vna, & numero actio sit. Ut cum humeris suppositis quinq;, vel sex saxum magnum, vel rupem asportare conantur. Cum boues deducunt plaustrum, tunc certe actio non potest singulis tribui. Ad argumentum fatetor, singulos nihil agere nisi agere, sit, fatigari. Bene tamen potest concedi, vnusquisque agit, cum alijs. Ut quemadmodum non est ipsius, sed cunctorum actio: ita de illo cum aliorum comitatu dicitur. Vnde hæc propositio, Petrus, & Paulus portant la idem, si quis etiam absque causa resolvere, voluisset prædicatum: quia est pluralis numeri, resoluitur in hæc: Petrus, & Paullus sunt portans, & portans lapidem. Nimirum ut actio semel feratur in passum: quod est lapis. Non resoluitur in ista: Petrus, & Paullus sunt portans lapidem, & portans lapidem. Quia nemo illorum (ut diximus) lapidem portat. Quinimo hoc vniuersaliter obseruato, ut quoties terminus pluralis numeri determinabile alterius: quæ (inquã) sequitur determinatio (ut in exemplo posito) resoluitur in plures singularis numeri. In resolutione semel tantum post singulas determinabilis partes determinatio locetur. Vnde hæc Petrus, & Paullus differunt à Petro (duo enim differunt ab vno) non resoluitur in hanc, sunt differens a Petro, & differens à Petro: sed differens, & differens à Petro. vnusquisque enim non differt à Petro: sed ambo differens, & differens a Petro. In his li, Et, licet negetur: non æquipollet, Vel, sed manet intactum. Vnde & ista michael, & Gabriel non portant lapidem: eodem tramite resoluitur, non sunt portans, & portans lapidem. Quocirca hæc videtur vera, Ioannes, & Thomas septem ingenuas artes, cõpertas habet: casu sciat prior tres tantum, posterior quatuor. Resoluitur enim sciens, & sciens septem, artes, ita ut scientia amborum feratur in septem non in singulas, vnde non exigitur, quilibet sciat septem. Hæc autem est fallia, sciunt physicã: si ex septem propositionibus physicalibus alter caleret tres, alter quatuor. Quia physica non habet partes, sed est vnica scientia, & habitus. Hæc autem esset vera, sciunt septem propositiones physicales. Et si arguis, quod illæ septem sunt physica, negatur. Nisi cum ab eodem sciuntur. Nam si septem hominum singuli singulas dumtaxat nossent, nemo haberet physicam, nec in

omnibus simul esset.

¶ **C O P V L A T A** diuisiue habent & peculiarem difficultatem, & modum probandi. Primo ipsa propositio de tali extremo reducitur ad copulatiuam. Ut homo, & leo est animal, ad hanc homo est animal: leo est animal. In ipsa enim de copulato subiecto prædicabatur etiam semel prolatum de singulis. Sed est certus nihilominus in huiusmodi reductione modus tenendus. Nec fas est temere, & intempestiue, quãlibet reducere. Ordo autem est, si extremum copulatum, est subiectum, immediatè est reducibilis, quomodolibet partes supponant: siue ambæ distributiue, siue determinate, siue mixtim, vna pars distribuatur, altera non. At quæres. Si itidem prædicatum est copulatum, quomodo exprimitur in exponentibus totum, an diuidendum? Primo dico, copulatum à parte prædicati ex vi sermonis accipi complexiue. Nam quia totum prædicatur, ut vnus prædicatum accipitur: quod totum de singulis partibus illi connexis affirmatur, & ideo in singulis categoricis integrum collocandum est. Ut Plato, & Socrates est philosophus, & homo, reducitur ad istam, Plato est philosophus, & homo & Socrates itidem. Sic prædicatum copulatum non obstat, quin immediate propositio resoluitur. Sed rogas, quid si supponamus prædicatum sumi pariter diuisiue? Respondeo, debere tunc probari, per suppositionem terminorum, & perpendere, quæ pars prædicati cui subiectum correspondebat: & tunc facilis erat reductio. Hoc dictum est, quando extremum copulatum est subiectum: quando vero prædicatum est copulatum diuisiuum (quod raro contingit) subiecto termino simplici existenti: non est propositio reducibilis, quoadusque subiectum singularizetur. Quia li, Et, est vniuersalitas, quæ stat tunc in ordine ad subiectum. Quocirca etiam si subiectum distribuatur, tutius est, incipere resolutionem ab illo. Quo singularizato potest ratione prædicati ad copulatiuam reduci. Ut hæc, homo est albus, & niger (quæ est falsa) immediate reducta esset vera. s. homo est albus, & homo est niger. Vnde ex hac non licet colligere: ergo homo est albus, & niger. Nam arguimus ab sensu diuiso ad compositum. Sed prius subiectum resoluitur disiunctiue in singulares: iste homo est albus, & niger, vel sic de singulis. Tunc hæc singulares reducuntur aperte ad copulatiuas. Sed quæres, quis defectus huius conie-



consequentia, homo est albus & niger, ergo homo est albus, & homo est niger. Nam ab composito ad diuisum non videtur defectus si hoc non placet forsam est ab confusa ad determinatam ex parte de li, Et. Reductis aut. ppositionibus ad copulatiuas nō superest in illis difficultas lectione pcedenti supposita.

¶ DE NEGATIVIS nihil verius, & luculentius hic constitui potest, quā vt per affirmatiuas (de quibus haectenus loquuti sumus) regulentur. Secūdm si copulatum est subiectum, & pcedit negatio, potest reduci ad disiunctiuam ex partibus contradicentibus. Quia idem est iudicium tunc de illa: ac de copulatiua negatiua. Si verò negatio post ponitur: vt homo, & leo non est lapis: immediate est reducibilis ad copulatiuam affirmatiuam, vbi de singulis negatur pædicatum. Vt homo non est lapis, & homo non est lapis. Si vero copulatum steterit pædicatum, iam saepe notauimus, capi exui sermonis, sensusq; complexim. Si vero fingas etiam violenter, accipi diuisiue, tūc subiectum singularizetur: vt Petrus non est albus, & niger: & tunc reducatur ad disiunctiuam.

Cap. 4. De disiunctiuis.

TEXTVS.



**D**ISIUNCTIUA est illa, in qua cōiunguntur plures categoricæ per hanc coniunctionem, vel: vt Petrus disputat, vel Paullus disputat. Ad veritatē disiunctiuæ sufficit, alteram partem esse veram: vt homo est animal, velequus est lapis: & tamē permititur, vt vtraq; sit vera. Ad falsitatem requiritur, vtramq; partem esse falsam.

Lectio Vnica.



**D**ISIUNCTIVARVM materiam toties incopulatiuis exponēdis perstringimus, vt paucis eam nūc absoluerē, debeamus: si tædiū fastidiumq;

non affectamus. Coniūgit ergo li, vel, aut propositiones, & tunc facit disiunctiuam, aut terminos sicut li, Et: vocaturque tunc propositio de disiuncto extremo. Et quid sit disiunctiua, & quid ad eius veritatē requiratur, habetur in textu, & in superiori capit. Vbi illā regulā exposuimus, nempe quod copulatiua sequitur debiliorem partem, disiunctiua fortio-rem. Ex quo colligitur, ad veritatem affirmatiuæ sufficere, vnā partem veram, ad falsitatem, ambas falsas. Ad necessitatem, vnā necessariā, vel omnes repugnare. Vt duæ cōtradictoriæ etiam contingentes constituunt disiunctiuam necessariam. Quia semper talis propositio erit vera. Ad possibilitatem, vnā possibilem. Ad impossibilitatem, omnes impossibiles. Ad contingentiam, vnā contingentem. Dummodo aliās tota, ratione cōnexionis, vel alterius partis necessariæ non fuerit necessaria. In negatiuis vero quomodo qualitas pensetur, saepe iam diximus: nempe per negationem aduerbialē indisiunctionem tendentem. Quid vero veritas eius, & falsitas, & reliqua requirant, per affirmatiuas patet. Ad veritatem negatiuæ, vtramq; falsam: ad falsitatem, alteram partē veram. Sic cæteras præfatas regulas affirmatiuarum conuertitor. Quandoq; affirmatiua & negatiua disiunctiua sunt contradictoriæ.

¶ DVO AVTEM SVNT LOCI arguendi in hac materia perutiles. Primus est, à parte affirmatiuæ disiunctiuæ ad totam est bona consequentia. Vt Petrus currit, ergo vel Petrus currit, vel Ioannes ambulat. Ratio est, quia si antecedens est verum: cum sit vna pars, tota disiunctiua, erit vera, ac proinde consequens. Econuerso non valet, ab toda ad partem. Quia illata falsa parte, poterit antecedens ratione alterius verificari. Secūdm locus, ab tota disiunctiua cum negatione vnus partis ad positionē alterius est valida cōsequutio. Cuius loci partim inde modo sciendi meminimus. Hoc tantum modo peculiariter est aduertendum: intelligendos esse hos locos, dummodo disiunctiua, aut pars non



non habeat priuatā, & particularem aliquā modificationem, vel restrictionem. Vt non sequitur, dubito Petrum dormire, ergo dubito Petrum dormire, vel Petrum non dormire. Hoc enim dubitari non potest. Nec valet, scio quod Socrates viuit, vel est mortuus; sed non viuit, ergo scio quod est mortuus. Nam illæ additiones modificant totam orationē. Vnde nō licet, in similibus vti locis præfatis.

¶ V N I T L I, V E L, etiam terminos, facitq; categoricam de disiuncto extremo, cuius sensus plerumq; est facilis, raro difficilis, semper tamen potest clarior esse. Nam rara est admodum, ex pers obscuritatis breuitas, iuxta paræmiam, non est compendium sine dispendio, & (vt ait Satyrus) breuis esse laboro, obscurus fio. In disiuncto autem extremo clauditur integra disiunctiua: sicut in copulato extremo copulatiua. Vnde id solum tradere in præfatis, necessarium existimo: quando scilicet disiunctum extremū, & quomodo ad disiunctiuam reducat? Igitur simile disiunctum cum subiectum steterit absolutum, non modificatum vnica acceptione: immediate potest reduci: quantumcumque vel ambæ partes, vel altera distribuatur. Et qualecumque prædicatum fuerit. Siue enim dicas omnis homo, vel omnis leo currunt, siue omnis homo vel leo: siue homo, vel omnis leo currunt, licet illico eam ad disiunctiuam reducere. Dixi non modificatū aliquo signo vnica acceptione, quod fit: cum disiunctum totum modificat aliquod signū neutrum. Vt quid quid est homo, vel equus est, animal. Si homo, in hac, homo fuit albus: supponit pro omnibus, qui sunt, vel fuerunt. Similes propositiones non reducuntur ad disiunctiuam: sed per suppositiones extremorum probantur. In quibus reuera. Vel. æquiualeat. Et. diuisiue tēto. Sensus enim quidquid est homo, & quidquid est equus, est animal, si homo supponit ibi pro his, qui sunt, & pro his qui fuerunt, & tamen cum hoc significant cōsulto si, Et non ponitur. Quoniam positū acciperetur complexiue, & videretur exigere, vt simul esse homo, & equus: vel supponeret, pro his, qui simul sunt, & fuerunt. Extra huius generis modificationem disiuncti semper subiectum disiunctum reducit ad disiunctiuam: per quam proinde eius veritas vel falsitas clarescent. Quando vero steterit prædicatum, tunc sublatis impedimentis subiecti, in ordine ad quod supponit, licet, pari-

ter reducere ad disiunctiuam: nisi signum ibi aliquod existat specialis confusionis. Vt omnis homo est albus, vel niger, vel pallidus: resoluto subiecto reducet. Si immediate fieret: ipsa esset vera, resoluens falsa. Excepi modificatam à signo specialis confusionis. Semper huiusmodi signa secundum etymologiam propriam, detestantur resolutionem, illamq; abominantur, vt pote amantia confusionem. Vt, hæc, teneor dare elemosinam hanc huic pauperi, vel illi: cum nulli signato teneor, astringor tamen ob eorum extremā necessitatem, & meam paupertatem, vni saltem, quem voluero, subuenire. His tamen signis ablatis, & illa modificatione pariter signi vnica acceptione lati, (de qua dudum agebamus, (quæ in prædicato nōnumquam etiam, sicut in subiecto reperitur, ) nostra regula manet vniuersalis.

Cap. Quinto. De exclusiuis.

Tex. Petri Hispani.

**S** V N T N O N-  
nullæ inter categoricas propositiones, quas exponibiles appellāt, nēpe, quæ cum ratione alicuius termini obscurum implicent sensum, explicatione opus habent. Quarum, prima species est exclusiuarum: quæ modificatur hoc syncategoremate, tantū, & similibus. Atqui possunt huiusmodi syncategoremata constituere, & propositionem de excluso extremo, vt, Petrus est tantū dialecticus, id est, nihil amplius sciēs: & propositionē exclusiua, vt, tantum hō est risibilis.

Et



Et utroq; modo possunt dupliciter excludere: aut gratia arietatis, vt in his positis exemplis: aut gratia pluralitatis, vt, tantum decem sunt prædicamenta. Propositionum exclusiuarum quadruplex est genus. Primum pure affirmatiuarum, vbi verbum affirmatur & modus: vt tantum homo est risibilis. Secundum pure negatiuarum, vbi vtrunq; negatur: vt, non tantum hō non est risibilis. Tertium earum, quæ sunt affirmatiuæ de modo, & negatiuæ de verbo: vt, tantum accidens non est substantia. Quartum earum, quæ sunt negatiuæ de modo, & affirmatiuæ de verbo: vt, nō tantum accidens est substantia. Propositio primi generis exponitur copulatiuè per duas exponentes, videlicet, per præiacentem & vniuersalem negatiuam: vbi negatur prædicatum de omni alio à subiecto: si exponatur gratia arietatis, & proportionali modo gratia pluralitatis: vt tantum homo est risibilis, homo est risibilis: & nihil aliud ab homine est risibile: tantum decem sunt prædicamenta, decem sunt prædicamenta: & nō plura quàm decem sunt prædicamenta. Propositio secundi generis exponitur disiunctiuè, cōtradictorio modo. Propositio tertij generis exponitur copulatiuè: per præiacentem & vniuersalem affirmatiuam: vbi affirmatur prædicatum de omni alio à subiecto: vt tantum accidens non est substantia, accidens non est substantia: & omne aliud ab accidente est substantia: tantum nouem homines non faciunt populum, nouem homines non faciunt populum, & omnes plures quàm nouem faciunt populum. Propositio quarti generis exponitur disiunctiuè: contradictorio modo. Quæ quidem expositiones notantur his dictionibus: Ille regit, proram clauo. Atq; adeò propositio primi generis exponibilis gratia arietatis conuertitur mutuo in vniuersalem affirmatiuam: transpositis terminis: vt, tantum homo est risibilis, ergo omne risibile est homo & e conuerso.

### Lectio prima.



**L**E ALIQUOT propositionum genera maneant, quorum sensus, & veritas regulis dialecticis non patescat, adq; splendescat: superest, post tot modalium & hypotheticarum materias, exponibilium enucleandus tractatus. Oratio-

nes nimirum quædam post modales, ac cæteras non patenter, quid asserant, quid ve negent, indicantes: ac proinde ob tantas sensus tenebras, optimo iure exponibiles appellatæ. Vnde propositio exponibilis est illa: quæ ratione alicuius termini obscurum sensum exhibent, & multum expositionem postulat. Ex quo infertur primo, non doceri hic, quana arte propositio quælibet explicetur, quorundam pernicioso ritu eas omnes exponibiles vocatum: quarum sensus per alias quomodolibet explicatur, Quæ sic exponibilis non foret? certè omnes. Cum apud præcos tamen breuis exponibilium numerus, & taxatus inueniatur. Quinimo nihil aliud hi Iuniores, vt vna sit exponibilis, aliæque exponentes, exigunt, nisi vt æquipolleant. Opinio (meo iudicio) absurda. Quia sibi inuicem, sicut sunt æquipollentes, essent pariter exponentes, cum tamen, (vt ipsa etiam etymologia nominis monstrat) exponibilis nullo modo exponat suas exponentes. Ea potius exponibilis merito habenda est, quæ cum ratione alicuius dictionis obscura sit, per alias clariore explicatur. Vt non sufficiat deinceps iudices, vt quæpiam sit exponibilis, posse exponi: sed ex positione affatim indigere. Ne vt exponentes sint, tantum aduertat, an æquipolleant? Sed vtrum ne multo euidentiores, ac dilucidiores existant? Alias ab exponentium dignitate, & ab exponibilium necessitate vniuersas relegato. At cum hæc hactenus dialecticorum schola iure queratur, hæc materiam obscuro stilo tradi: & mille inuenta sophismata: placet summam cum veritate lucem doctrinæ appetenti, illud plerumq; per vtile documentum hic obseruare: vt à recitatione, & confutatione plurimarum opinionum (quibus certè, velut crebris Mæandris veritas interruptitur) cōsulto abstinemus. Ne dum falsas opiniones deturbo, eodem tenebrarum chao inuoluatur: vnde vt extrahar, opus mihi sit illa Mente de qua Ouid: quæ cælo terras, & terris abscedit vndas. Fit enim, vt dum arguuntis vltro, citroq; iactis congregimur: quasi dum radij reflexione conspiciantur, calor augetur, sic tenebræ & disciplinæ difficultates nonnunquam increbescant, & augeantur.

**P**RIMA exponibiliū species, vt pote cognitu facilior, exclusiuarū est: nepe illa, quæ ratione de li tātū, solū, & similiū dictionū exclusionem importantū obscurū reddūt sensum;



## Liber quartus

at hæc dictio potest coherere subiecto, copulæ, ac prædicato. Subiecto adiuncta vocatur propositio exclusiua. Copulæ vero applicata de exclusa copula. Si vero prædicato, de excluso extremo. Et ratio est eadem omnium, nempe quòd cum importet exclusionem posita in principio in totam propellitur, ac fertur orationem, eamq; proinde integram denominat: vt tantum animal est homo. Copulæ si reuincitur, vt Petrus tantum fuit albus, excludit alias differentias temporis. De quibus eodem ordine, quo relata sunt, differemus. Circa primam aduerte, li, tantum, excludere quatenus propositio, vel terminus subsequens postulat, varia quidem secundum diuersitatem materiæ orationis, doctrinaualde cõmoda, etiam pro de excluso extremo. V. g. tantum poli sunt immobiles: sermo est siderum, excluduntur ab immobilitate astra reliqua. Hic tantum Deus est infinitus, de rerum vniuersalitate agitur, remouetur à cæteris rebus quibusque perfectionis infinitas, atq; immensitas. Hic Petrus est tantum albus, materia est de coloribus, qui à Petro vniuersi præter albedinem semouentur. Ita incunctas verificabis. Secundum aduerte, quòd ipsamet exclusio est quoddam negationis genus impurum, affirmationiq; mixtum. Vt in hac, tantum leo est rugibilis, affirmatio simul, & negatio inuoluuntur. Scilicet, vt leo sit rugibilis, & nulla alia res ab leone sit rugibilis. At quoniam præcipue affirmatio intenditur, & negatio expressa non est, sed æquiualens, nõ denominatur ab dictione tantum propositio negatiua. Alia negatione nomenclatura opus habet, vt sit exclusiua negans. Quæ quidem negatio bifariam collocatur: ante ipsum subiectum, & dictionem: vt non tantum homo est animal, vel post, inter subiectum, & copulam verbalem secundum communem formam negatiuarum, & situm negationum: vt tantum homo non est irrationalis: tantum deus non est creatura. Qua situs differentia non potest non esse differentissimus sensus. Quia cū modus virtualiter negationem includat: necessario, inter est, vtrum illi alia expressa ante, vel postponatur. Ex quo infero, quadruplicem esse penes qualitatem exclusiuam. Pure affirmantem, vt tantum numerus est denarius. Aliam penitus negantem, vt non tantum leo est animal. Aliam affirmatam de modo exclusiuo, & negatam de prædicato, vt tantum animal non est insensibile. Et contra negatiuam

de modo, & affirmatiuam de verbo, vt non tantum Deus est non finitus. Hic enim cū duplici negatione afficiatur copula, remanet affirmata. Siquidem tertia negatio inclusa ipso modo (vt aduertimus) propositionem nõ denominabat. Dicitio autem negatur, quia simplici negatione tenetur. Hanc qualitatis pluralitatem hac de causa in exponibilibus notamus, quòd etsi pæne idem modus in substantia vbiq; teneatur exponendi, mutatur tamen, vel tantillum propter exponibilium qualitatem. Vltimo notato, eam esse optimam exponendi formam, qua breuius ac planius propositionis abditus sensus referatur. Et ideo fugienda est in exponentibus, quantum fieri potest, negationum pluralitas. Quæ nãq; latet, quantum caliginis negationes circũfundat præsertim acceptæ in propositionibus infinitanter. Quos proinde terminos infinitos ab arte expositoria quã longissime sepositos cupio. Ad augent potius, quàm expandant obscuritatem. Vnde illa expositio per multas negationes, & infinitantes hæctenus cum magno eruditionis noeuimento, & bonarum literarum iactura obstinãter obseruata per meos cõmentariolos penitus aboletur. Eam manibus, ac pedibus amplectantur: quæ per nomina vilitiora, & affirmata (vt materia tulerit) explicauerit. Euitari quidem & effugi omnino negationes (cū ipsa exclusio exprimenda quædam negatio sit) fateor ingenuè, nequaquam posse: sufficere debet tamen diei malitia sua: & (vt fertur) sat est malorum in larna: ne nos plures quàm opus sit multiplicemus.

**¶ PRIMI ERGO** generis propositio explicatur per præiacentem & vniuersalem negatiuam de hoc subiecto nulla alia res ab, vel nihil aliud ab, vt tantum numerus est septem: numerus est septem & nihil aliud ab numero est septem. Tantum homo fuit in paradiso homo fuit in paradiso, & nulla alia res ab homine fuit in paradiso. At iam diximus li, tantum, secundum materiam subiectam excludere. Vt si de animalibus sermo fieret, & diceres, tantum homo vixit in paradiso. Secunda exponens habet hoc subiectum, nullum animal ab homine incoluit paradysum. Cū vero non patet, de qua materia tractetur subiectum secundæ exponētis est, li, nulla alia res, vel nihil aliud. Præiacens autem est propositio remanens demta dictione exclusiua cum omnibus suis signis, & terminis. Vt tantum  
omnis



omnis homo est risibilis. Hoc tamen in his de subiecto distributo ab signo affirmatiuo tenetur: vt in secūda exponente nō explicetur subiectum in ablatiuo cum distributione. Secūda enim exponens non est ista, & nihil aliud ab omni homine. Aptius, & verius distributio reticetur, dicendo, & nihil aliud ab homine est risibile. Quia ab signo præcedenti negatiuo sufficienter distribuitur: & forsan adiectum signum efficeretur pars extremi, & acciperetur collectivè, & sensus huius esset: nihil aliud ab omni homine est risibile. Nulla res distincta à tota collectione hominum est risibilis, quæ est falsa. Nam singuli viri distinguuntur à tota mortaliū multitudine, ac congerie, qui tamen sunt risibiles. Propter hoc multo consultius est subiectum in secūda sine affirmatiuo signo explicari. Hoc ergo pacto explicatur omnis propositio primi generis siue de intrinseca, siue de extrinseca copula. Dicunt etiam exponi per vniuersalem determinis transpositis: vt tantum substantia est ens per se: omne ens per se est substantia. In propositionibus quidē de intrinseco tēpore, & simplici copula inhærentiæ est forma lucidissima & tutissima. Inde extrinseco nullius fere momenti, vt pote multo obscurior exponibili. Vt tantum homo fuit album, exponitur sic, omne album, quod fuit album, est, vel fuit homo. In modalibus vero crebrò intelligibilis. In prioribus ergo tantummodo velut vtilissima omnium teneatur.

¶ **SECUNDA** purè negatiua explicatur per disiunctiuā constantem ex negatiua præiacente de subiecto distributo, & aliam affirmatiuā eiusdē predicati cum subiecto, quod est, aliquid aliud ab. Quæ reuera sunt, & debeāt esse contradictoriæ exponētium primi generis: vt nō tantū homo est animal, sic nullus homo est animal, vel aliquid aliud ab homine est animal. Et ratio est, quia negans tantū hominē esse animal, duplici de causa moueri potest, vel quia prædicatū nō competit subiecto, vel quia licet cōpetat, alteri etiam congruit. Ideo vtrumque horum in exponentibus aperitur disiunctiuè. Quia copulatio prioris generis continetur indicatione, qua proinde negata redit disiunctio.

¶ **TERCIA** exponitur copulatiuè. Quia affirmatur modus per præiacentem, quæ erit semper negatiua, & vniuersalem affirmatiuā, cuius subiectum sit **OMNE ALIUD**, vel simile quid, secundum subiectam materiam

Vt tantum homo non est irrationalis, homo non est irrationalis, & omne aliud est irrationale. Et hæc, tantum nulla albedo est color, per has, nulla albedo est color, & omne aliud ab albedine est color. Quarta disiunctiuè per contradictorias tertij. Vt non tantum homo non est irrationalis, omnis homo est irrationalis, vel aliquid aliud ab homine non est irrationales. Hac forma exponuntur exclusiua, cum expositionem exegerint. Nam sæpe sunt etiam ipsæ exponibiles adeo perspicuæ, vt nulla sit opus explicatione. Ex quibus inferitur, quantum ad oppositiones primum, & secundum genus contradici, tertium itidem, & quartum, sed primum, & tertium contrariari, vt pote in quibus eadem vniuersalitas manet. Sicut secundum, & quartum subcontrariari. Dummodo incuactis cætera sint paria. In hac materia est locus arguēdi insignis. Ab exponibili ad exponentes, & econtrario. Nā nō possunt ambæ nō æquipollere, ac per cōsequēs ex se mutuo inferri. Secūdus ab exponibili copulatiuè ad quālibet eius partem. est enim arguere virtualiter ab copulatiua ad partē. Tertius ab exponente quālibet exponibilis disiunctiuè ad ipsam exponibilem.

**PRIMA** huius materiæ difficultas versatur circa suppositionē terminorū, & exponibiliū & exponētium. Ad quam scrutandam arguitur cōtra expositionem. Extrema huius propositionis, tantū homo est animal: supponūt determinatè, vel saltem cōfusè in ordine, ad modum exponibilem: & tamen in exponētibus per nos assignatis supponūt ambo distributiue, ergo arguendo inter illas cōmitteretur defectus ab nō distributo ad distributum. Secundo arguitur, hæc est falsa, non tantum homo est albus, casu is color in vno dumtaxat homine reperiatur in orbe, cæteris nigris existentibus, & exponētes veræ. Nā secūda pars, aliquid aliud ab homine est album: sufficit vera, vt est, cum ascensus disiunctiuus faciendus sub ablatiuo sit verus: vt pote supponens determinate. Solēt hīc quærere, dialectici, quā nā speciē supponant termini? & censent distribui prædicatū, & cōfundi subiectum. Quia æquipollet vniuersali alteri de terminis transpositis. Id tamen stare non potest. A quo ne distribuitur? si abnegatione clausa: cum hæc subiectū quoque præcedat, cur illud non distribuit? Deinde mirum est, negatio modum habeat distribuendi signi affirmatiui, qui est distribuere vnum, & confundere alterum.

L Secun.





Secundo: in eius contradictoria nō distribue-  
retur prædicatum. Scilicet in hæc, non tan-  
tum homo esse animal, cuius tamen omnes  
termini distribuuntur, vt patet per exponen-  
tes. Præterea si li, tantum, est vniuersalitas di-  
stribuens certe subiectum huius, non tantum  
homo est animal, debet supponere deter-  
minatè: quod tamen est falsum. Postremo si  
propterea, quod equipollent vniuersali de-  
terminis transpositis facit illud, cur non dice-  
tur aptius supponere quoq; ac in exponen-  
tibus, quando quidem vniuersalius & certius  
æquipollent. Præterquam, quod illa causa  
est prorsus singularis in prima specie qua-  
tuor: in cæteris enim non conuertitur. Igitur  
pro resolutione huius ambiguitatis notato,  
li, tantum, importare exclusionem, & ferri  
primo incompositionem totius orationis.  
Vt hic homo est animal, componitur animal  
homini, li, tantum, adueniens asserit, hanc cō-  
positionem solummodo homini conuenire.  
Et hic, homo non est animal negatur prædi-  
catum de homine: modus adiectus significa-  
bit, non debere negari: nisi de solo homine.  
Itaque dictio fertur immediate in totam pro-  
positionem: & mediate vel æquiualeuter in  
terminos: secundum quod exclusio affirma-  
ta, vel negata adijcitur. Vnde dico, quod li,  
tantum, non est signum quantificans propo-  
sitionem, ( vt in secundo libro notauimus )  
nec habet suppositionem formaliter termi-  
nis conferre: sed supponunt formaliter in ex-  
ponibilibus: vt absq; signo exclusiuo suppone-  
rent. Dumtaxat est signum exclusiuum. Ip-  
sa tamen exclusio in res lata, & protensa æ-  
quiualeuter modificat terminos: sicut sunt in  
exponentibus. Quod sufficienter meo arbi-  
tratu confirmatur ratione insinuata, nempe  
non esse signum quantificans. Et tamen vide-  
mus, quod suppositio si ab signis variatur, est  
ab signis quantitatem conferentibus. Quan-  
titas enim propositionis ab suppositione ter-  
minorum maxime subiecti desumitur. Ad  
argumentum negatur argui ab non distribu-  
to. Quia æquiualeuter, quod virtute illatio-  
nis sufficit, stant termini: ac in exponentibus.  
In his tamē nullus suppositionem habet am-  
biguam, nisi ablatiuus secundæ. At cum ex-  
clusio fiat absolute: ab eius significato distri-  
buto certe fieri intelligitur. Idemq; sentien-  
dum est etiam apposita aliqua restrictione,  
vt tantum homo albus est coloratus: nihil  
aliud ab homine albo. Quocirca tam immo-

bilis est illius distributio, vt pote ab exclusio-  
ne proueniens, vt etiam si alia præcedat ne-  
gatio, non desinat propterea distributive sup-  
ponere. Vt in ista nihil aliud ab homine cur-  
rit, stat pariter distributive. Cum ergo siue ne-  
gatio præcedat ( vt in exemplo ) siue proposi-  
tio sit particularis, ablatiuus distribuatur: nō  
emanat eius distributio ab li nihil: sed ab ex-  
clusionis natura.

¶ Secundo arguitur. Hæc est falsa: tantum ho-  
mines sunt animalia: exponentes veræ: ho-  
mines sunt animalia, & nihil aliud ab homi-  
bus sunt animalia. Nam contradictoria hu-  
ius negatiuæ est falsa: videlicet aliquid aliud  
ab hominibus sunt animalia: ac prouide ipsa  
negatiua vera. Probatur antecedens. Quid  
aliquid ab hominibus dabitur: quod sit anima-  
lia. Animal quidem poterit aliquid aliud ab  
hominibus esse: at animalia esse non poterit:  
cum vnum esse multa, non queat. Pro huius  
solutione aduertito: quod quando termini  
exponibiles sunt plurales, secunda pariter ex-  
ponens per eosdem numeros assignanda est.  
Scilicet nullæ res ab hominibus sunt anima-  
lia, aut profecto data per singulares intelli-  
genda doctrinaliter. Nam certe eadē est sen-  
tentia harum: tantum homo est animal, & tā-  
tum homines sunt animalia. Similiter cum  
aliquis terminis exponibilibus includit aliquam  
collectionem obseruanda est eadem quoque  
acceptio in exponentibus. Vt huius tantum  
ens est populus, quæ videtur vera. Secunda  
exponēs est, nihil aliud ab ente, vel nulla res  
ab ente. Non loquitur de rebus singularibus  
solum, sed absolute de omnibus: ita vt pro en-  
te ipso, qualecumq; sit illud ens, quod est po-  
pulus, supponat, & sic est vera. Alias posset  
quis obsistere, quod secunda exponens esset  
falsa, nihil aliud ab ente est populus. Nam ali-  
quid aliud ab vno ente est populus: ergo ali-  
quid ab ente. Quia ens, & vnum ens idē sunt.  
Sed tamen respondetur, non valere. Quia ens  
illic pro quocumque ente, siue simpliciter,  
siue collectiue distribuitur. Quinimo tam  
necessarium est, exponentes exponibilibus  
accommodare, conciliareq;: vt hæc: tantum  
quatuor sunt elementa, exponatur sic, qua-  
tuor sunt elementa, & non plura, nec paucio-  
ra quam quatuor. Non iam secunda exponēs  
per li, nihil aliud ab, vel nulla res. Nimirum  
quia hic fit exclusio ab pluralitate, & ideo  
pluralitas ipsa in secunda exponente collo-  
catur. Quod si negatiua fuerit: disiunctiue per  
eosdem



eosdem terminos, & methodum exponitur. vt non tantum quinque sunt cœli: non quinque sunt cœli, vel plures quàm quinque sunt.

¶ **S E D C O N T R A** easdem regulas arguitur. Hæc propositio: solus Petrus currit, est vera: cælu currat absq; socio, sed aliàs separatim currant plures: & tamen exponentes sunt falsæ: & nihil aliud ab Petro currit. Nam & equus currit, & Capra: vt ex hypothesi patet: ergo. Ad hoc nota, quòd inter signa exclusiua li, solus, dumtaxat potest accipi dupliciter. s. nominaliter vt nomen adiectiuum, & syncategorematicè, vt signum exponibile. Primo modo non habet exponentes, nec copulat substantiuo nisi solitudinem nec ultra in prædicatum, nec in cõpositione propositionis transfert. Vnde sic, hæc oratio solus petrus currit, significat Petrum esse solum absq; socijs quando currit. At syncategorematicè captū excludit à prædicato omne aliud ab subiecto. Et tunc tortitur exponentes. Iuxta quam distinctionem constat: quid nam argumento respondendum sit. Cætera autem signa exclusiua, vt pote aduerbia, hanc distinctionem minime patiuntur. Hæc doctrina est. S. Tho. i. p. q. 31. art. 1. & 2.

¶ **I N** eandem formã exponendi arguitur. Hæc est falsa, tãtū pater est Deus: quia & filius est Deus, & spiritus sanctus: exponentes tamè verificantur. Scilicet pater est deus, & nihil aliud à patre est deus. Personæ si quidè duæ diuinæ nō sunt aliud ab Patre, nec excluduntur proinde: si nō sunt clausæ significatione. Ac percõsequens propositio est vera. Antecedens probatur: quia filius nō est aliud à patre, sed alius. Propter hoc argumentū non admittunt quidam nostram expositionem, etiam si fateantur splendidissimam, & facillimam, vt potest quæ vel cæco appareat. At ipse dico tria. Primum est: habere locum & in hac, & similibus de Deo orationibus. Nam iam diximus: quòd sicut li, tantum excludit omne aliud suppositum subiecti ab cõsortio & commercio prædicati. Omnem (inquam) naturã, omnemq; personã, ita eadẽ amplã significatione intelligitur subiectū negatiuæ, Nihil aliud ab vel aliquid aliud ab. Et certè sumendo has dictiones in hac significatione falsa est secūda exponens, nihil aliud à patre. Quia filius est aliud in hac significatione, & sentu. Et patet manifestissimè, in hac acceptione vbilibet harum expositionū capi. Primo quia in hac secunda includimus, quidquid in ipsa ex-

ponibili excludimus. Ergo si li, tantum excludit personam, & naturam: omnè demū rem distinctã: omnia hæc profecto includit li Nihil aliud. Secūdo omnibus hominibus currentibus hæc est patèter falsa. Tantū Petrus currit: & tamè nisi hac amplitudine secunda exponens sumatur, esset vera. s. nihil aliud ab Petro currit. Siquidè viri alij currentes non sunt aliud strictè loquedo. Quia sunt eiusdẽ naturæ, sed largè. At vt in præsentī loquimur, sunt aliud ab. Quæquidè est sentetia. S. Tho. i. p. q. 31. ar. 3. & 4. Sed quia inter theologos doctores huiusmodi propositio reprobatur: licet in alio quidè sensu à nostro (vt ibidè intueri licet) reprobetur, relictis illis verbis, quæ quid inuidiæ in hac materia cõtrahunt: vt regulas à maioribus nobis præscriptas (vt par est) nō trãsgrediamur: ne plusquã oportet sapiamus vtemur subsequētibus. Népe nulla alia res à patre: sumpta li res transcendentaliter. Falsa quippe propositio est, nulla res ab patre est deus. Quia filius est alia res à patre transcendentaliter, vel nullū aliud suppositū, aut nulla alia persona. Tertium dico, quòd quamq; in materia tã sublimi, ac diuina nostra forma nō teneret: haud ideo abijcienda, & exterminanda erat. Cū plures aliæ regulæ, quibus vt generalibus vtimur: i misterio altissimo dñficiat.

¶ **I N** idè. Nō sequitur, tãtū deus possibiliter nō est creatura, ergo deus nō est creatura: & oē aliud à deo possibiliter est creatura. Nam antecedens videtur verū, & cõsequēs falsum. Et Clarius. Tantū homo possibiliter nō ambulat, est falsa (quoniã & cætera animalia possunt quoq; quiescere) exponentes vero sunt veræ, scilicet homo possibiliter nō quiescit & omne aliud, ab homine possibiliter quiescit. Quid enim est, quod quiete frui nō possit. Ad hoc aduertito, quòd quãdo exclusiua est pariter modalis, cū exclusio fiat à prædicato, non vteūque, sed put dicitur cū modo de subiecto. Sequitur, vt nulli alij rei à subiecto dbeat cū illo modo cõuenire. Aliàs falso assereretur tãtū subiecto, cū tali modo prædicatū cõpetere, vel nō cõpetere: sed debet vel nō cõuenire, vel dici cū opposito modo. Vt tãtū homo possibiliter est albus, asseueratur solū hō nē posse esse albū: & p cõsequēs alteri rei nō posse illud prædicatū cohærere. Vnde in secūda exponenti negãdus est modus: sic, & nihil aliud ab homine possibiliter est albus. Si fuerit exponēs secūda affirmatiua, modus ponatur opposit9. Vt homo possibiliter nō ambulat



## Liber quartus

sic, homo possibiliter nō ambulat, & omne aliud ab homine necessario ambulat. Et hæc, tantum dæmon impossibiliter nō peccat: dæmon impossibiliter nō peccat, & omne aliud à dæmone possibiliter peccat. Nam impossibiliter non, & possibiliter sunt modi oppositi, & ex diametro pugnantes. Sic patet, nō recte propositiones in argumento assumtas explicari, nec argui ab exponentibus ad exponibiles.

**DE PROPOSITIONIBVS**  
de excluso extremo, vt homo est tantum albus haud est opus, pluribus edifferere, quonā pacto explanentur: cum sensus sit quam euidētissimus. Quōd si vnquam expositione indigerit, ex ipsa significatione nullo negotio & citra puluerem, expositio decerpetur. Excludit enim li, tantum à prædicato omne aliud eiusdē tamen generis. Vt sensus superioris est, hominem ex coloribus solam albedinem habere. Huius: poli sunt tantum duo: nō plures, nec pauciores quam duo. Omnis alius numerus excluditur. Quōd si dictum extremum cum signo negatur, vt Petrus non est tantum theologus, exponitur disiunctiue, Petrus non est theologus, vel aliquam aliam sciētiam habet vltra theologiam. Nam cum negatio neget, quidquid ponebat assertio: si hæc affirmatiua, est tantum theologus, affirmat vtrumque, nempe & esse theologum, & non plus: quoduis horum deficiat, poterit vere dici: non est tantum theologus. Et sic erit hæc vera. Vel quia nō est theologus, vel quia cum theologia aliam simul facultatem adeptus, atq; assequutus est. Sed duo sunt tamen hic apprimè consideranda. Primum quod signum exclusiuum adiectum alicui termino non excludit ea, quæ includuntur in termino, vel necessario præsupponuntur. Vt homo est tantum animal rationale, non ob id non est viuens, & substantia, & ens. Quia hæc in animali velut superiora in suo inferiori cōtinentur. Nec tollitur, quin sit discursiuus, disciplinabilis, risibilis. Quia necessario ex illo prædicato effluunt. Secundum considerato: quōd sub exclusiua non licet ascendere, nec descendere: terminis quantum ad hoc immobiliter supponentibus. Vt tantum homo est rationalis, ergo tantum iste homo est rationalis, vnde S. Tho. loco prædicto ait, non sequitur solus deus creat ergo solus pater. Quia vt philosophæ dicūt, dictio exclusiua immobilitat terminum, cui adiungitur, vt non possit fieri sub

eo descensus pro aliquo supposito. Nō enim sequitur, solus homo est animal rationale ergo solus sortes. Hæc illæ. Quia arguimus virtualiter à confusa ad determinatam. Deinde ab vnica ad plures. Et ex parte exponentiū committuntur multi defectus, vt patet exploranti. At de excluso extremo bene potest, si quis voluerit, alterum extremum ab excluso resolueri. Quia illud remanet intactum. Supposito erit semper prædicatum. Quoniam si est subiectum: propositio cēsetur exclusiua. Vt homo est tantum albus, ergo iste homo est tantum albus, vel sic de singulis. Et si supposuerit distributiue, resoluetur copulatiue. Sed immediatè nihilominus potest resolui per suas exponentes. Vt omnis homo est tantum grammaticus, omnis homo est linguæ latinæ peritus, & aliarum disciplinarū ignarus.

### Caput sexto, De exceptiuis.



**ECVNDVM**  
genus exponibilium est propositionum exceptiuarum. Propositio exceptiua est, quæ modificatur hoc synchegoremate, præter, & similibus. Atqui quatuor sunt genera exceptiuarum. Primum est pure affirmatiuarum: vbi videlicet & verbū affirmatur, & modus: vt omne animal præter hominem est irrationale. Secundum pure negatiuarum, vbi videlicet vtrunq; negatur, vt non omne animal præter hominem est irrationale.

Tertium



## Lectio Vnica.

Tertium: earum, quæ sunt affirmatiuæ de modo, & negatiuæ de verbo: vt omne animal præter hominem nõ est rationale. Quartum, earum quæ sunt negatiuæ de modo, & affirmatiuæ de verbo, vt non omne animal præter hominem non est rationale. Propositio primi generis exponitur copulatiue per tres exponētes: videlicet per præiacentem, & vniuersalẽ affirmatiuã: in qua affirmatur terminus à quo fit exceptio de parte excepta: & vniuersalẽ negatiuã, in qua negatur prædicatum de eadẽ parte excepta: vt omne animal præter hominem est irrationale:

OMNE animal aliud ab homine est irrationale: & omnis homo est animal, & nullus homo est irrationalis. Propositio exceptiua secundi generis exponitur disiunctiue, per contradictorias exponentium propositionis primi generis. Propositio exceptiua tertij generis exponitur copulatiue, per præiacentem, & vniuersalem affirmatiuam: in qua prædicatur terminus à quo fit exceptio de parte excepta: & vniuersalem itidem affirmatiuam in qua affirmatur prædicatum de eadem parte excepta, vt omne animal præter hominẽ nõ est rationale: omne animal aliud ab homine non est rationale: & omnis homo est animal: & omnis homo est rationalis. Propositio exceptiua quarti generis exponitur disiunctiue per contradictorias exponentium propositionis tertij generis: quæ quatuor exponentium genera his dictionibus designantur, lauate, commoti, peccata, hyslopo



ECVNDVM EXPOSITIONIBILIUM genus est exceptiuarum, quibus aliquid cum exceptione prædicatur: cuius exceptionis causa sensum obscurum inuoluunt, tametsi non adeo caliginosum, vt tantã documentorum machinã construere necesse sit: ac præcedēti. Nisi Herculis cothurnos infanti aptare cõtendimus. Nam quishanc, omne animal præter hominẽ est irrationale: absq; interpretatione nõ callet? vbi tam patenter irrationale de omni alio ab homine animali affirmatur. Tantũ opus erat naturam exceptionis nosse. Quid (inquam) vt quid à quopiam excipi possit: requiratur. Hoc explicato planus, ac lucidus est protinus similitum sensus. Igitur id exceptio postulat, vt res excepta in eo contenta sit, ex quo excipitur. Haud enim quid extrahitur, vel subducitur, vnde antea non delituerat. Quis vnquam ab homine excepit equum vt dicas omnis homo præter equum? Adq; ab albedine, nigredinem, vllumue alium colorem? Ab genere quidem quamlibet speciẽ, & ab specie quodlibet proprium indiuiduum dictione subducere: vt omne animal præter leonem est mansuetum: omnis homo præter CRISTVM est peccator rectissime se habet. Contineri autem in præsentiarum est inferius esse, subiecto, vel subiectum prædicari de ipso, vt in exemplis suppositis intueris. Exigit secundo natura exceptionis vt semper exceptiua propositio formam habeat & speciem vniuersalitatis, (id est) subiectum aliqua, vel aliquot distributionibus (etiam si se mutuo impediunt) modificatum. Nam si subiectum statim vel singulare appareat, sine vlla prorsus apparentia, causa ve quicquam excipitur. Cum secundum illam acceptionem satis sit, prædicatum de vno verificetur. Ac per consequens absq; exceptione propositio verissima esset. Inepta videtur & frigida hæc exceptio, homo præter Petrum currit: sed hæc apta, non omnis homo præter Petrum currit, tametsi reuera subiectum supponat indiffinite. In his exceptiuis, vt in exclusiuis, affirmatiuæ ita perspicuum generant sensum, vt tenebras, non lucem expositio allatura videatur. Dum enim oratio quæ



## Liber quartus

piam per plures alias resoluitur, ipsa resolu-  
tiū pluralitas non nihil offuscet. Vnde nō est  
vt edū expositione nisi caliginosa obscuritas  
exponibilis coegerit: que vix in affirmatiuis  
reperitur. Negātes quidē indigēt: quarū causa  
etiā affirmatiū explanatio cōfert. Nā affirma-  
tiua norma est & regula explicādi negatiuas  
¶ **E S T** autē totuplex hic penes qualitātē  
exceptiua. i. pure affirmatiua de exceptione  
& verbo. Vt omne ens propter deū est finitū.  
Alia penitus negans, vt nō omnis virtus præ-  
ter charitatem est in intellectu: alia mista, af-  
firmatiua de modo, & negata de verbo, vt  
nullus color præter albedinum disgregat vi-  
lum. Vbi aduerte: quod sicut in hypotheticis,  
etiā hic, negatio nominalis nō fertur in partē  
extra captā, nec tāgit: etiā si præcedat. Quar-  
ta est negatiua de modo, & affirmatiua de  
verbo, vt nō omne animal præter hominem  
non est irrationale. Quarū expositiones pate-  
bunt per facile, exceptionis naturā recolēti,  
superius dudū a nobis insinuatā. Nam qui af-  
firmat omne animal præter hominē est irra-  
tionale, prædicatum de omni animali distin-  
cto ab homine dicit: cui quidē homini neces-  
se est (vt diximus) competat animal, alias fal-  
so exciperetur. Et tertiū innuitur prædicatū,  
illi non cōpetere. Quare enim a tali prædica-  
tione exceptus est, nisi quod talis prædicati  
coniunctio ei non cōueniebat. Cū ergo hæc  
tria illa exponibili includantur. Par est in ex-  
ponētibus eadē exprimantur. Vnde proposi-  
tio primi generis explicatur per tres propo-  
sitiones ex his terminis, & partibus cōtextas.  
Nēpe prima est præiacens: cum hac particula  
aliud ab loco exceptionis. Secūda vniuersalis  
affirmatiua cōstans ex parte extra captā pro  
subiecto, & ex subiecto exceptiue pro prædi-  
cato. Tertia vniuersalis negatiua ex parte ex-  
tra captā pro subiecto, ex prædicato que ex-  
ceptiua. Vt dictæ exclusiue exponētes, om-  
ne animal aliud ab homine est irrationale, om-  
nis hō est animal, & nullus hō est irrationa-  
lis. Tametsi (mea sentētia) sufficiat prima. Ex-  
plicat enim Adamūsim, & clarum sensum  
prioris. Deinde est vnica, quod non minoris  
momēti est. Enimvero nō parū offendit mul-  
tudo orationum, cum paucioribus agere  
æquē dilucide potes. Itaque hæc propositio,  
omnis homo præter Petrū currit, explicatur  
per istam, omnis homo alius ab Petro currit,  
vt pote quibus vel solis verbis explicatur suf-  
ficiēter: & esse Petrū hominem, & ipsum non

currere. Maxime cum non est alteratio so-  
phistica. Nam sophisticē agēdo hæc est falsa,  
omne animal præter lapidem est sensibile;  
& hæc exponens vera, omne animal aliud  
ab lapide est sensibile. Cui autē tres placue-  
rint, ne quid nō manifeste splēdescat: vtatur  
tribus. Propositio secūdi generis exponitur  
necessario per alias tres disiunctiue copulatas  
contradictorias priorū. Nam si ad veritatem  
prioris illa tria requisita erant: quodlibet eo-  
rum deficiat, erit falsa, contradictoriaq; vera  
& per consequens exponenda disiunctiue.  
Deinde quia copulatio includebatur in di-  
ctione exceptiua: quæ cum negetur, in disiun-  
ctionem, convertitur. Vnde & quarti gene-  
ris propositiones hac ratione explicantur pa-  
riter disiunctiue. Vt hæc, non omne animal  
præter hominem est irrationale: animal di-  
stinctum ab homine non est irrationale, vel  
homo non est animal, vel homo est irratio-  
nalis. Tertij generis propositio explicatur  
(meo iudicio) competenter per vnā proposi-  
tionē hoc pacto: nullus color præter albedinē  
disgregat: inter omnes colores sola albedo  
disgregat. Omne animal præter hominē non  
est risibile: inter cuncta animalia dumtaxat  
homo inuenitur risibilis. Nā quemadmodum  
in primogenere affirmatur prædicatū de sub-  
iecto distincto a parte excepta, & negatur  
proinde de ipsa: ita in tertia negatur prædi-  
catum de subiecto distincto a parte, & affirma-  
tur consequenter de illi. Et quemadmodum  
ad veritatem primæ requiritur prædicatum  
parti extractæ minime cōgruat, in tertia exi-  
gitur illi soli conueniat. Illæ autem exponen-  
tes sunt clarissimæ, tametsi exclusio aliqua  
involuatur. Si quis voluerit per tres expone-  
re: nō prohibeo. Erunt autē his terminis con-  
positæ. Prima negatiua vniuersalis ex prædi-  
cato exponibilis negato d' subiecto distincto  
a parte subducta. In secūda affirmabitur sub-  
iectum de eadem parte. In tertia prædica-  
tum exponibilis de eadem.

¶ **Q V A R T A** autem negatiui modi expo-  
nitur disiunctiue. Vnde quoad oppositiones  
prima, & secūda, tertia, & quarta contradi-  
cunt, prima, & tertia contrariantur, secūda,  
& quarta subcontrariantur cæteris paribus.  
**L O C I** arguendi in hac materia sunt idem  
prorsus, qui in præcedēti: nēpe tres. Ab expo-  
nibili ad exponentes mutuo: & ab exponibili  
copulatiue ad quilibet eius exponētē: & ab  
exponēte quilibet ad exponibilem disiunctiue.

CIRCA



¶ **CIRCA SUPPOSITIONEM** harum propositionum terminorum: sola pars excepta difficultatem facessit. Cæteri namque patenter tam prædicatum, quam subiectum regulas traditas obseruant. Nam subiectum supponit secundum signa in se cadentia: prædicatum itidem: & semper ab dictione exceptiua dependenter. Vnde in hac, omne animal præter hominem est irrationale supponit formaliter confuse tantum: tamen si in tertia exponente distribuatur. Quonia non est par iudicium ferendum de suppositione formali, & de æquiualeuti. Pars vero extracta virtute exceptionis supponit distributiue.

¶ **CONTRA REGVLAS HIC** traditas exceptiuarum arguitur. Non sequitur omne animal præter hominem est irrationale: ergo hoc animal præter hominem est irrationale, & sic de singulis: & tamen defendimus legitime: cum ille terminus supponat distributiue. Respondetur, quod exceptiua prius debet probari ratione exceptionis, quam per inductionem terminorum. Omnes enim termini supponunt dependenter ab illa, etiam si præcedant. Nam cum prædicatum non quomodolibet dicatur de subiecto, sed de illo excepta parte, necesse est, prius illa pars resolutione excipiat: ut appareat, quot nam supposita illa extracta super sint. Arguimus ergo duplici crimine, primo, ex parte subiecti ab vniuersalitate incompleta ad completam: & ex parte exceptionis à magis restricto ad minus cum distributione minus restricti: & tandem antecedens datur verum, & consequens falsum. Præterquam quod singulares sunt incongruæ. Nam barbarè extrahitur ab hoc animali homo, in quo non includitur: quod tu tamen illinc eum extrahendo asseris.

¶ **IN IDEM** arguitur, non sequitur, omnis homo præter iustum demersus est in diluio: ergo omnis iustus est homo: & tamen argumetur ab exponibili copulatiue ad vnâ exponentem: ergo. Ad hoc respondetur, quod eadem copula resumenda est in exponentibus, ut seruetur proprietas omnis logicalis, & demersus est, vbilibet exponentium relinquendum est participium, æquiualeut, fuit. Vnde negatur, illam esse secundâ exponentem, sed hæc omnis iustus est, vel fuit homo. Aliàs datur antecedens verum, & consequens falsum: si ponamus, modo nulli

virum probum existere. Sed ad huc hæc est falsa: cum & angeli sint iusti. Respondetur: quod quando pars extra capta fuerit adiectiuum, vel vniuersalius subiecto explicanda, est cum eodẽ subiecto. Ut omnis homo præter iustum hominẽ & omne animal præter intelligens est curuæ figuræ (id est præter animal intelligens).

¶ **IN IDEM ARGVITVR, NON** valet, omne animal aliud ab homine contingenter currit, & omnis homo est animal, & omnis homo contingenter non currit: ergo omne animal præter hominẽ contingenter currit. Antecedens est verum, & consequens falsum. Et falsitas consequentis, eò manifestè patet, quod sine exceptione (id est) præiacens est vera, & tamẽ exceptiua copulatiue resoluenta repugnat in veritate suæ præiacenti. Nam si præiacens, id est, ipsa vniuersalis sine exceptione vera est, falso excipitur à prædicato. Et confirmatur: qui asserit, omni animali demto homine competere hoc prædicatum, scilicet contingenter currere, asserit consequenter hominem, quem ab contingenti cursu remouet, non contingenter currere. Pro resolutione huius aduerte, quod cum pars excepta nõ ab subiecto, sed à consortio potius prædicati segregetur, ac separetur (innuitur enim illam prædicati coniunctionem siue negatam, siue assertam ei non congruere) cum modus vero modalis ipsam totius orationis compositionem mensuret, ac qualifcet, necesse est, vt exceptiua dicitio excipiat partem à prædicati modalis conuenientia. Ut in oratione præfata ab contingenti cursu: in hac omnis color præter albedinẽ necessario non disgregat, ab necessario non disgregare. Quare necesse est, vt in exponentibus, cum prædicatũ negatur de parte extracapta, negetur etiam modus. Quod si affirmandum est, vt in negatiuis disiunctiue exponendis, affirmetur cum modo opposito. Vnde tertia exponens erat ista, & nullus homo cõtingenter currit: & tertia posterioris, & omnis albedo possibiliter disgregat, seiungitq;. Vel nulla albedo necessario non disgregat. Secundo apprimè considerato, quod in secunda exponente, vbi solum exprimitur habitudo subiecti, & partis exceptæ (quam habitudinem copula modalis non moderatur) non est opus, in eâ subiectum de parte cum modo prædicetur: dummodo eadem ampliatio si opus fuerit, fertietur. Nam secunda non debet



## Liber quartus

esse hæc, omnis homo contingenter est animal: quæ fuisset pariter falsa, sed hæc, omnis homo est animal. Sed argumentaris. Hæc, omne coloratum præter album possibiliter non disgregat: si secunda exponens est ista, omne album est coloratum, & ponamus copulam illi non absolui, dabitur exponibilis vera, & exponens falsa, si nullum album existat. Respondeto opus fore, seruetur (vt diximus) eadem ampliatio, & in modali ampliatur. Vnde non necesse est, constituatur hic modus, ob id, quod in modali habitudinem subiecti & partis moderabatur, ac mensuretur, sed quia ampliabat. Inter copulas vero modales simplicior, & singularior est possibilis: in qua fere qualificatio seu (quod alij nuncupant appellatio) idem est, quod ampliatio. Ideo in secunda exponente exceptiuarum modalium de possibiliter potest, idem modus generaliter repeti. Quinimo in reliquarum exceptiuarum alijs modis modalium secunda exponente tutè, & securè potest si possibiliter poni. Hæc de similibus propositionibus tot expositionibus & copulis difficilibus subiectis.

### De Reduplicatiuis, & Appellantibus.

#### Cap. 7.

#### TEXTVS.

**T**ERTIVM genus exponibilium est propositionum reduplicatiuarum: quæ modificantur hoc synkategoremate in quantum, secundum quod, vt sic, quatenus, & similibus. Quæ accipiuntur dupliciter scilicet specificatiue, & reduplicatiue. Specificatiue vt cognosco co

ruscum in quantum venientem. Color in quantum color est obiectum visus. Reduplicatiue quando denotant causam: & tunc constituuntur quatuor genera propositionum. Primum simpliciter affirmatiuarum: vbi verbum affirmatur, & modus, vt omnis homo in quantum rationalis, est risibilis. Secundum est simpliciter negatiuarum: vbi vtrumque negatur. Vt non omnis homo in quantum rationalis est risibilis. Tertium est propositionum, quæ sunt affirmatiue de modo, & negatiue de verbo. Vt ois equus, in quantum rationalis non est hinnibilis. Quartum est propositionum, quæ sunt affirmatiue de verbo, & negatiue de modo, vt non omnis homo in quantum rationalis, non est risibilis. Quæ omnes apte per similes causales exponuntur. Sed quia specificatiua acceptio sine appellationis notitia nullatenus cognoscetur, notandum est, quod appellatio est applicatio significati formalis vnius termini



ad significatum formale alterius. Quæ est duplex realis, & rationis. Appellatio realis est applicatio accidentis realis: vt Petrus est magnus logicus. Appellatio rationis est applicatio accidentis rationis: vt homo est species. De appellatione reali constituitur duplex regula. Prima, necesse est substantiuum, & adiectiuum, seu generalius terminus appellans & super quem appellatur collocentur in eodẽ extremo in distincte ac inseparatim: vt consurgat appellatio. Secunda terminus significans actum animæ interioris appellat proprium conceptum termini in quem fertur. Vt cognosco venientem, denotatur me eum per conceptum venientis cognoscere. De appellatione rationis stabilitur vna. s. prædicatum secundæ intentionis, (quando illa intentio conuenit rebus) appellat illam super primum significatum subiecti, vt animal est genus.

## Lectio prima.



**I**NTER EXPONIBILES tertius locus reduplicatiuis ab omnibus assignatur. Materia cunctis disciplinis & artibus plurimum subseruiens complementum & auctarium quoddam appellationis. Ac proinde vtriusque sermonem contexamus, quippe quæ mutuo sibi lucis affatim subministrent. Sed prius necesse appellationem exsequamur, atque enodemus quæ ad reduplicationem cognoscendam omnino præexigitur. Est autem appellatio inter cætera quæ termini in propositionibus munia obertes officia præstant præstans munus, atque effectus. Res profecto & scitu dignissima, & cognitu a primis necessaria & diffinitu valde difficilis. Nam diffinitio adequata appellationis hætenus (meo arbitratu) tradita non est. Nec vereor me ingenuè fateri, nec nostris cõmentarijs tradi: vt pote proprietates adeo vniuersalis, ex totque radicibus pullulans totque riuulis scaturiens, ac demum tam sinuoso tramite gradiens, vt vix possit paucis describi. Proinde exemplis potius, ac rationibus non exacta diffinitione percipienda est. Quod iure optimo euenisse reor, vt quæ doctrina in comuni hominum conceptione fundamenta iecit, non possit ubique constans esse. Nec tamen inficias ibo, adnitendum omnino iuuenum institutoribus quantum ingenij perspicuitas valuerit, dilucidissimè eam tradere, & iuuenibus avidissimè illam arripere ac perdiscere. Id etiam hucusque huic rei caliginem immisit, quòd cum latissimè per omnes disciplinas diffusa grauissimis quæstionibus inseruiat, ipsasmet graueis quæstiones discutiunt hic omnes indialectica: vt ex sumularum scopulis, atque Meandris, in metaphisicum, & in multis disertum theologum emergere atque euadere demum, dialecticus debeat. Quod per paucis vt pote diuinum pænè ingenium exigens contingit. Quod baratrum, ne planities nostra docendi, ac facilitas interrumpatur, omni cura eludemus. Dicemus itaque primo quid sit appellatio: deinde quotuplex.

¶ **A**PPELLATIO termini (nam multiplex est eius nominis & significatio, & acceptio) Aliter apud vtriusque iuris, peritos: vt. 24 q. 6. c. omnis oppræssus, & c. si quis de appellatione. & in l. Appellatione. C. de appella. & consultatione. & Martianus in l. ab excequutione. ff. de appell. & relatione. Aliter apud



## Liber quartus

Rhetores vt Cicero. 3. officiorum & pro Clē-  
tio, & pro domo sua cum causā, qua de agi-  
tur consentaneum nomen quaeritur. Aliter  
apud dialecticos, de qua nobis dumtaxat, cæ-  
teris vt pote extraneis prætermisissis, in præ-  
sentiarum differendum est. Igitur est appli-  
catio significati formalis vnius ad significa-  
tum formale alterius: vt Augustinus est ma-  
gnus logicus, si, magnus, applicat magnitudi-  
nem, quæ est eius formale arti dialecticæ,  
quæ pariter per alterum formaliter impor-  
tatur. Et appellatio in eo consistit, vt ratio-  
ne illius terminorum connexionis denote-  
tur, non quomodolibet, aut quælibet magni-  
tudo Augustino competat, non corporis pro-  
ceritas, non nasi protensio, sed magnitudo  
in peritia, literisque dialecticis, etiam si na-  
nus statura fuerit. Vt hic Petrus est veloci-  
simus cursor, significatur competere veloci-  
tatem Petro non loquendi, nec audiendi, sed  
ambulandi. Ita itaque significatorum for-  
malium concursio ac nexus est appellatio.  
Verum quando sic coeant, nec facile dignos-  
citur, nec frequenter contingit. Primo du-  
plex est appellatio: altera proueniens ex ter-  
mino categorimatico, quæ in adductis exē-  
plis conspicua est. Altera ex sine categori-  
matico: vt possibiliter iuuenis erit senex: ap-  
plicatur hic possibilitas compositioni subse-  
quentis orationis. Prior est multo euiden-  
tior secūda, & ideo quo à notioribus, inchoe-  
mus, dilucidabitur prius. Quæ rursus est du-  
plex, realis scilicet, ac rationis: materialiter  
tantum differentes, nempe quod applicatū.  
Si est ens reale, appellatio realis est, si vero  
ens rationis, est appellatio rationis. Vt Chri-  
stus est æternus filius Dei, appellatur æterni-  
tas filiationi, denotaturq; , ab æterno genitū  
esse, & hic, effigies est pulchra figura, pulchri-  
tudo quæ est ens reale, adiacet imagini ra-  
tione figuræ. At hic, homo est species: innui-  
tur hominem in cōmuni sumtum esse speciē.  
Verū in cōmuni sumti est ens rationis. Haud  
enim homo vniuersalis in rerum natura ex-  
sistit, particulares sunt quot quot viuunt. At  
appellatio realis quādo fiat, vt cognoscas: sit  
prima regula. In appellatione reali ambo ter-  
mini & appellans, & super quem appellatur,  
in eodē extremo indistinctim collocētur: vt  
Petrus est suavis, & melodus cantor. Ratio-  
ne primi scilicet collocētur in eodem extre-  
mo, prædicatum, & si semper suum significa-  
tum applicet subiecto, nunquam tamen re-

uera appellat. Vt Ioannes est procerus, iste  
monachus est diformis, non denotatur difor-  
mitas ratione monachatus, sed ratione cor-  
poris adiacere. Propter secundum scilicet, vt  
indistinctim coniungantur, non est appellatio  
quando aliqua copula mediante termini co-  
hærent & coadunantur, vt Petrus est philo-  
sophus & optimus, innuitur probitas non ratio-  
ne eruditionis, sed morum, & vitæ instituti  
conuenire. Patentissime hæc propositiones  
differunt quā plurimum sensu. Scilicet, Pe-  
trus est optimus philosophus, & Petrus est  
optimus, & philosophus. Nam prior est vera,  
si exacte philosophiæ arcana cognouerit, &  
si moribus fuisset deprauatis. Secunda ve-  
ro, vbi disgregatim termini prædicantur, si-  
gnificat, & eum esse studiosum, & litteris phi-  
losophiæ præditum. Quæres vnde hæc regu-  
la collecta fuerit? nempe ex cōmuni modo  
dumtaxat loquendi, firmitus, aut alius funda-  
mentum nullum habet. Reperimus prædica-  
tum applicare significatum supposito subie-  
cti, vt philosophus est albus: cum subiectum  
significet, & hominem, & sapientiam de for-  
mali. Si albedo illic superformale, id est, sciē-  
tiam appellaretur, daretur intelligi, ratione  
eruditionis colorem cōpetere, quo nihil cer-  
te minus concipimus. At hic Petrus est albus  
philosophus: strictim loquendo asseritur can-  
dor qualitas corporis scientiæ qualitati men-  
tis adherere. Et sic est falsa, hæc autem vera,  
Thomas est monachus albus, etiā si cute es-  
set æthiops, dummodo vestem deferat albā.  
Itaque ex generali conceptione sapientum,  
& appellationes esse, & quid vt, existant: re-  
quiratur, cognoscimus. Circa quod est aduer-  
tendum, quod subiecto, licet sit terminus cō-  
notatiuus: prædicatum non applicat suum si-  
gnificatum, nisi supposito absolute quidquid  
sit ratio applicationis siue formale, subiecti  
inquam, siue aliud quid fuerit ratio prædica-  
ti. Vnde dicebant antiqui quod subiectum in  
propositione stat materialiter, prædicatum  
formale. Stare vero materialiter non intelli-  
gebant, nō personaliter supponere, sed quod  
prædicato subiectum solummodo suum si-  
gnificatum materiale obieciat, formali (si quæ  
vnuquam habet) retento. Vt iste musicus est al-  
bus, cum hominem, & musicum subiectū im-  
portet, tantum scilicet hominem prædicato  
substernit, musicam non porrigit. Prædicatū  
vero cōtra applicat subiecto principaliter suū  
formale, si habet. Quia tunc materiale signi-  
ficatum



ficatum eius est ipsum subiectum. Quocirca cum termini in diuersis extremis locantur, non potest appellatio cōsurgere, cum formalium significatorum concursio, & copulatio non fiat.

¶ **CONTRA** istam regulā est duplex obiectio, prima de terminis in distinctis extremis constitutis, qui appellare euidetur. Nā hic album est digregatiuū visus, prædicatum applicat subiecto ratione albedinis. Quia habenti albedinē eius causa cōpetit digregare. Propriū enim albedini id est, sicut homini risibilitas. Idem hic, admiratiuum est risibile: prædicatū propter admirationē competit subiecto. Ergo regula crebro deficit. Respondeo, non esse idē rem quam piā taliter se habere, & ita se habere per propositionē explicari, vt Petrus quidē est musicus, simul & theologus. At hac oratione, Petrus est theologus tantum secundum explicatur, alterum omnino siletur. Ita album quidem, & si quatenus albus digregare sibi vendicet, hoc illa propositione non exprimitur. Sed sic conceditur, quemadmodum ista: Petrus est homo, aut philosophus, s. digregare quomodo libet quod est verissimum. Secundum poteris eadem formā, & arte diluere, & nihilominus addito quod admiratiuum est causa risibilitatis effectiua, appellatio vero requirit, formaliter vnum ratione alterius conueniat: vt Petrus est magnus logicus, nec logica est causa magnitudinis, nec magnitudo logica: sed vñ est accidens alterius. Ex quo sequitur, non quoties eodem in extremo affiguntur, gigni appellationem, vt si dicas, Petrus est admiratus risibilis, quod Paulo inferius scrutabimur.

¶ **SECUNDO** in eandem regulam arguitur, hæc consequentia, motus est actio, motus est passio ergo actio est passio (quæ est difficultas in phisicis agitata.) Et hæc, albedo est intēsa, & hæc albedo est similitudo, ergo similitudo est intēsa, & aliā quam pluriā: (vt omnes existimant) non tenet propter mutationem appellationis. Nam in prima, passio (inquiunt) appellat super motum in minori, & super actionem in consequenti. In secunda si, intēsa super albedinem in maiori, & in consequenti super similitudinem, & tamen termini collocantur distantes. Duo hæc tenus dicta sunt memoria iuuenum nunquam excidenda. Primum, prædicatum applicare semper suum significatum supposito

subiecti, haud tamen appellare, verum illa applicatio, quod denuo adijcio, est appellationi sapissime quam simillima. Maxime cum in oratione sensus formalis fit, scilicet quando termini sunt abstracti: quia significatur subiectum sub propria ratione esse prædicatum, vt albedo est similitudo, denotatur albedo vt sic naturā similitudinis induere, quod est falsum. Scientia est qualitas, numerus est quantitas, tunc quoniam tales termini dumtaxat significant formam, alterum alteri vt cumque suum significatum absolute appellare, est, formā formæ aggregare. Qua de causa similis applicatio, & si re non sit appellatio est illi quam proxima, non esse tamen appellationem facile ex sensu deprehenditur. Nam in appellatione non asseritur, vnum esse alterum, sed adiacere vnum ratione formali alterius. Vt Christus est homo æternus, denotatur æternitas Christo domino ratione humanitatis competere. Plato est diuinus philosophus, vt diuinitas insit ratione philosophiæ. Quia arcana cœlestia lumine naturali mirabiliter philosophatur. At in sensu formali non fit similis adhæsiō, sed vnum esse formaliter alterum, vt actionem esse passionē, numerum quantitatē. Deinde qui termini appellantur distantes, multo fortius appellarentur coniuncti, & tamen coadunati illi eadem in parte propositionis nulla patet appellatio: vt motus est actio passio. Hæc qualitas est albedo intēsa. Nihilominus propter similitudinem potest duplex appellatio distinguui: altera propria, quam diffinimus. Altera quæ est applicatio formalis prædicati ad immediatum significatum subiecti. Quæ contingit in terminis abstractis. Respondeo; consequenter solet, pariter eas illationes peccare mutatione appellationis, nomine appellationis applicationem ad diuersas formas intelligendo. Quod vt clarius intelligas, aduerte: similes terminos importare immediate formas, ita vt ipsæ formæ sint immediate ipsorum supposita. Vt humanitas significat naturam hominis tanquam immediatum eius suppositū. At si homo nō habet pro supposito naturā, sed habens naturā. Vnde quia idem est habens humanitatem & animalitatem: idem est suppositum hominis, & animalis. Et valet hæc cōsequutio, omne animal est viuens, & omnis homo est animal, ergo omnis homo est viuens. Eidēq; viuens, & in maiori, & in consequenti applicatur.

Hæc



Hæc autem est nulla, iste motus est actio, & iste motus est passio, ergo actio est passio. quia in antecedenti prædicatum applicabat absolute supposito motus, in cōsequenti formæ actionis formaliter sumtæ. Quoniam ita significatur. In eisdem etiam committitur defectus alijs verbis expressus, re, aut sensu idē qui præfatus. s. à sensu identico ad formale. Nā in antecedenti fit sensus identicus, In cōsequenti, ergo actio est passio, formalis. Secūda autem consequentia etsi valeat, minor realiter est falsa. Quia fit sensus formalis. s. albedo est similitudo.

¶ **IN EANDEM** regulam pro alio extremo arguitur, in his, Petrus est albus musicus, Socrates est homo albus, nulla est appellatio collocatis terminis in eodem prædicato ergo. In præcedenti obiectione contēdebat, appellationem fieri etiā terminis distinctim positis, hic autem non fieri: licet eodem loco ponantur. Et ita concedendum est, nempe in duobus casibus non committi, quantumuis voces cōstipentur, & adglomerētur. Primo cum alter ratione alterius competere nō potest, ut pote disparati. Et ut plurimum quando terminus substantivus est absolutus. Princeps causa harum exceptionum est cōmunis animi omnium conceptio. Quæ plerumque cum terminos intuetur disparatos, etiā si orationis situ coniungantur, absolute, & partiatim eos intelligit ut niger philosophus, albus musicus. Color enim, & scientia a deo genere, differunt, ut, nec eidem subiecto ad æquatē inhæreant, ut pote alterum accidēs corporale, alterum spirituale. Nō nego, quin nonnullæ harum combinationum disparatorum accipiantur quandoque per Tropum atq; metaphoram, ut niger philosophus, pro rudi ac stolido: frigidus cōcionator pro insulso, atq; ilepido. Altera autem exceptio: cum terminus. s. est absolutus, ut comperita, ac euidens apud multos habetur, qui ambos exigūt cōnotatios. Vnde multo minus si ambo absoluti sunt, fiet appellatio, quod reputo verisimū. At primi ratio forsan est. Quod cum applicatio nō fiat principaliter termino sibi cōiuncto, sed ratione illius alteri, ut Petrus est magnus logicus, magnitudo competit Petro ratione logicæ: necesse est habeat in societate significatum formale. Nam suppositum & materiale idem est et eius, & subiecti. Sic ratione solius suppositi non possit esse causa, qua competeret quicquā subiecto. Et ut

in plurimum ita mehercle concipimus. Extrahunt nihil secius ab hac exceptione hominem, cum de salvatore nostro dicitur: tamquam tunc licet absolutum, rationem, connotatiui subeuntem. Quoniam respectu diuinitatis nostram naturam induentis humanitas assumta, & si quædam substantia sit, velut accidens est, quod sine subiecti habentis corruptione, imo & mutatione dimitti, & retineri potest. Vnde hæc est falsa, Christus est homo æternus. Quia æternitas denotatur Christo ratione humanitatis & tamē nō ab æterno, sed homo in fine tēporū natus est. Deus est enim ex substantia patris ante sæcula genitus, & homo est ex substantia matris in sæculo natus. Sic hæc est vera Christus est æternus, & iste homo, eo mōstrato est æternus. Quia utrobique, & secūdū nostrā regulā fit tantūmodo applicatio ad suppositum subiecti: & secundum regulam antiquorum subiectum, (quod idem est) stat materialiter. Addiderim ego in alijs etiam appellationem fieri. Nam in hac. Raphael est æternus homo, eundem sensum facit, quem ista, Christus est æternus homo. Et confirmatur, si supponamus facta hypothese, angelum ab æterno conditum, & postmodum naturam alteram sumsisse, non negares, quin appellatio fieret, Casus autem significationem terminorum non mutat, nec acceptionem: ergo eodem modo appellat nunc, sicut tunc appellaret. Vnde postquam appellationis doctrina communi intelligentiæ tantum adnititur non est tam vniuersaliter, ac pernicaciter defensanda. Quin nonnunquam, & si raro in similibus, aut disparatorum combinationibus quos præcedens exceptio excludebat, aut in absoluti, & connotatiui mixtioni (quam secundo excludimus) appellatio fiat. Si ut appellatio, in illis communiter concipitur. Regulariter quidem, ac frequentius regula hoc verborum contextu veritatem habet: nempe oportere terminos esse connotatios: & à parte eiusdem extremi collocatos. Nisi fuerint termini appellantes, qui significant actum animæ interiorem. Tunc enim quantumuis subsequentes sint absoluti, appellant pro quibus est secunda regula.

¶ **SEMPER** tales appellant actum super propriū conceptū termini subsequētis. Quantumlibet absolutus sit, vel abstractus, ut conosco venientem. Scio hominem esse animal rationale. Intellego vaccum. Insinuat me illum,



me illum, quatenus est veniens, agnoscere. Vnde & si me, quisnam adueniat, lateat, si versus me eū moueri cerno, uere assero cognosco venientem. Ideo hæc consequentia non valet (vt dicit Aristoti. i. elencho.) cognosco Coruscum, & Coruscus est veniens, ergo cognosco venientem. Nec è conuerso, cognosco venientem, & veniens est Coruscus, ergo cognosco Coruscum. Vt pote in quibus appellatione verbi variatur. Idem habet li, opinor, li, credo, li, iudico, li, amo, & similes. De importantibus actum exterioris sensus, vt video, cerno, audio, gusto, palpo: merito inter dialecticos contenditur: vtrum consimilem appellationem faciant? Ratio hæsitandi est, patens ipsa, & maxima differentia potentiarum. Intellectus siquidem percipit sub proprijs rationibus res quælibet, siue accidentia, siue substantiam. At corporeis visibus ipsam rei substantiam prospicere, nemini possibile est. Tantum accidentia exteriora sensus percipiunt, vt colorem, magnitudinem, vocem. Omnes demum sensus sunt accidentium, solus intellectus est quod quid est. Vnde efficaciter concluditur in hoc, video hominem, audio Illesonsum, non denotari cerere sub proprio conceptu, seu ratione hominem, vel auscultare Illesonsum, & per consequens consimilem appellationem non fieri quæ in istis, intelligo, animal, cognosco hominem. Et quidem de appellatione proprie dicta nemini dubium id esse debet, nisi forsitan cum in propria obiecta actionem ferri dicuntur, vt video lucidum, audio sonitum, tango frigidum, aut asperum. Etenim vnusquisque sensus iudicat de suo obiecto. Addiderim ego, quod quia huiusmodi sensus non modo suas operationes nobis eliciunt, sed velut à natura inditi: vt, quasi ministri, & famuli intellectui ancillantur, & subserviunt: ratione vtriusque, id est, sensus, & intellectus copulationis, denotant nonnumquam aliquas largè sumtas appellationes. Vt video hominem, ausculto, harmoniam, atq; vocum centum. Significatur per sensibiles operationes formare intellectū, similia iudicia, quod experientia probat. Nam sicut verè dicimus, video venientem, tametsi ignorem illum, ita viso à longe homine dicimus, video hominem, & ignoramus quisnam indiuiduus homo. Et cum tota appellationis materia vniuersali conceptioni adnitatur, & fulciatur nulla est quoquo pacto rejicienda, quæ con-

munis conceptio admittat. Maxime si firma ratione constabitur. Sed in hæc insurgitur, sequeretur, hanc esse falsam, cognosco Deū, vel intelligo chimeram. Cum neutrum sub proprio conceptu in hac vita cognosci possit. Respondetur, quod sicut cognosci quidpiam, contingit dupliciter: vno modo confuse, ac imperfectè: alio modo clarè, & distinctè: Ita duplex est conceptus, alter perfectus alter imperfectus, & super vtrumq; appellatur. Conceptus autem Dei perfectus in hac vita non habetur, habetur autem enigmaticus, ac confusus. De chimera autem nulla est repugnantia, cōceptus distinctus formetur.

¶ **C O N T R A** eandem primam regulam arguitur. Hic, Petrus, & Ioannes sunt duo homines: vterque terminus prædicati, nedum alter est absolutus, & tamen est appellatione. Cadit enim numerus supra supposita ratione humanitatis, quæ formaliter importatur, fitq; sensus esse duos homines in duabus humanitatibus. Sicut hæc, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus sunt tres Dij: exprimit esse tres personas vnā quāq; in propria & sigillatadiuinitate. Cuius causa proinde falsum est vt totidem. s. sint naturæ, vt in rebus creatis: quot supposita. Ad hoc argumentum notato, posse terminū numeralem accipi multipliciter. Primo nominaliter, vt duo, tres, quatuor. Et vt, aduerbium, vt, bis, ter. Rursus vt nomen aut absolutè vt tres, & trinus, & relatiue vt duplum, triplum, quadruplum. Absolute tandem inuenitur primitiue ac deriuatiue speciei. Vt quatuor, & quadruplex. Primo quidem numerus est absolutus, à quo primo exit denominatiuus, secundo relatiuus. Et tandem ex nomine profluunt aduerbia, ex quibus certe nullum appellat proprie, sed applicat significatum termino sibi adiuncto, siue mediato, siue immediato, quod manifestissimis rationibus comprobabo, si prius eorum sensum enodauero. Ad quem percipiendum solent Theologi, primo constituit, & inde dialectici mutare duas regulas perquam vtilis, & admodum vniuersales. Prima terminus numeralis absolutus additus termino substantiuo applicat numero sitatem super illum ratione formæ significatæ. Adiectus adiectiuo, atq; illi adscriptus applicat super supposita ratione ipsorū suppositorum, non ratione formæ significatæ. Sensus regulæ est, quod primo modo acceptus enumerat cum suppositis formas substantiales



## Liber quartus

riales: vt tres homines, tria supposita in tribus humanitatibus, quatuor equi, id est, singuli habentes integram equitatem. At secundo modo computat tantum supposita vt tres albi, tres habentes albedinem, siue tres albedines habeant, siue vnam, eandemque omnes afficiantur. Tres vestiti, siue eandem, siue plures, ad æquataque induant. Sed rogas, quomodo ergo Athanasius negat in simbolo tres in Deo omnipotentes, tres inmensos, tres increatos. Negare tres dominos, tresque deos, vt pote nomina substantiua, regulæ obseruatio est. At tres esse inficias ire omnipotentes, quado vt tres sint, tres personæ suffiunt: quarum vnaquæque omnia possit, regulæ fractio est. Sed Athanasius ibidem nomina adiectiua substantiue profecto sumit. Quod, quia nullum substantiuum exprimebatur, impune, congrueque, facere licuit. Si adiectiue namque sumantur (quod etiã iure licet) verissimum est, & tres esse omnipotentes atque inmensos, tresque increatos, quod intra idẽ symbolum reperies. Nam paullo inferius & in hac (inquit) trinitate nihil prius, ac posterius: nihil maius, aut minus, sed totæ tres personæ coeternæ sibi sunt, & coæquales & inde summa trinitate, & fide catholica coomnipotentes asseruntur, ac per consequens in plurali omnipotentes, ac æterni. Sed sciscitalere, disidij, ac discriminis originem, vt adiectiuo substantiuo enumeret formas, adiectiuo tantum supposita? Ex ipsa nimirum rerum natura. Si quidem substantia est ens per se, ac per se habet vnitatem, se ipsa multiplicatur: vnde cum numerus in substantias cadit, necessario numerat illas: & idẽ est in presenti re substantiam esse, & modo substantiæ. I per modum per se stantis significari: vt tres albedines. Accidens autẽ est ens in alio, à quo & vnitatem consequitur. Sic adiectiuo adiectiuo numerat supposita, quæ per se sunt, non formas, quibus per se vnitatis, vel multitudinis, accommodari minime potest. Secunda regula est. Ceteri numeri deriuatiui, & vniuersaliter quicumquæ, applicant numerositatem si per cor cretum sui substantiuo, vel adiectiuo: vt deus est vnus. Siquidẽ vnus vtroque modo & absolute, & denominatiue capi potest: cum vnus, & vnicus æquipolleant, & deus est trinus. Hæc regulæ maxime pro materia trinitatis, & incarnationis adinuētæ, ac speciali iure excogitatae sunt. Nunc reliquum est enodare, vt nullatenus hi termini appellent. Quod duobus argumentis conuincitur.

Primo, quod eundem prorsus sensum siue eodem fine, siue indistincto extremo collocentur, efficiunt. Tam falsa est, dij nostri sunt tres sicut sunt tres dij: & tam verum, deus est trinus, sicut est deus trinus, & tamen in diuersis partibus constituti, alij termini ad appellandum apti, non appellant: dumtaxat applicat: ergo nec coniuncti, adglomerati; isti. Secundo cõglutinati ac copulati adiectiuis hinc numerales termini nõ appellant (vt ingenuè omnes admittunt) ergo nec cum substantiuo. Consequẽtia probatur. Illa applicationis, seu sensus multiplicitas non ex ipso numero vllatenus provenit. Scilicet quod faciat quid, aut aliter super adiectiuum cadat: sed tantum ex ipsarum natura, atque disparitate. Ergo eodem pacto in ambabus de se appellat. Et denique in hac, sunt tres dij, neutiquam denotatur pluralitas personis ratione naturæ competere. Vt in ista, Petrus est magnus logicus, magnitudo innuitur adhærere Petro ratione logicæ, sed absolute multiplicatur cum suppositis ipsæ naturæ, atque formæ. Sic respondet ad argumentum principale.

**HACTENVS** de appellatione reali, quæ à nominibus dimanat. Præter quas sunt nonnullæ ex syncategorematicis proueniẽtes, per ea (quæ diximus) facilimæ intelligentiæ. Vt hic, possibiliter Petrus currit, necessario creas est Deus. Ac demum in omnibus modalibus tam diuisis quæ compositis modi appellant in compositione propositionis. Aduertimus enim eos modos peculiariter in compositionem ferri, eique modum applicare. Et multæ, imo innumeræ aliæ sunt dictiones sic diuersimode appellantes. Vt li, actu, potentia: quæ oēs ex sensu dignoscendæ, ac diiudicandæ relinquuntur, vt pote quas certis regulis cõprehendere nõ possis. **APPELLATIO** autẽ rationis est multo liberior, ac fusior: nec his cõditionibus, ac præcedens realis astricta: sed (vt habetur in textu) omne prædicatũ secundæ intentionis, cū illa intentio cõpetit rebus, appellat super primum significatũ subiecti: vt homo est species.

### LECTIO. II.

**QVIBVS** S breuiter transcurtis nullo fere negocio reduplicatiuarum materia apertè cognoscitur. Reduplicatiua autem est propositio, quæ ratione alicuius harũ dictionũ, in quantum, quatenus, secundum quod, vt sic, & similibus obscurum exhibent sensum. Vt homo in quantum animal, est sensibile. Quæ cur reduplicatiua nuncupetur? cognita eius



eius natura pateſcet. Pro intelligentia igitur huius materiæ adnotato, ſæpe fieri prædicationes abſolutè, nonnumquam cum modo, ac reſtriçtè. Abſolutè:quâdo prædicatum de ſubiectò aſſeritur cauſſam conuenientiæ cū ſubiectò, aut rationem non exprimendo: vt homo eſt animal, album currit. Quod genus prædicationis tam in eſſentiali, quàm accidèntali prædicatione (vt in exemplis induçtis reſucet) inuenitur. At vero hic, homo in quantum rationalis eſt riſibilis, non modo coniunguntur extrema, verum cauſſa etiam conjunctionis explicatur, eſſe rationale. Et hic equus vt ſic, eſt hinnibilis, non quomodolibet equus dicitur hinnibilis, ſed naturâ equi eſſe hinnibilitatem. Similes propoſitiones ſunt reduplicatiuæ: nempe in quibus aut cauſſa concordia, aut diſcordia extremorum explanentur: aut ratio ſane ſub qua ſubiectum eſt prædicatum. Sed obijeies, tūc eodem pacto cauſſales propoſitiones eſſe reduplicatiuas: cum idem ſenſus explicetur. Vt quia homo eſt rationalis, homo eſt admiratiuus. Negatur ſequella. Quoniam eſſi ſenſus reddatur idem. Haud tamen pari difficultate inuolutus: & tamen obſcuritas facit exponibiles, nō ſenſus. Alias exponentes forent exponibiles: quippe ſenſum exponibilium neceſſario aperientes: & (vt videbimus) cauſſales ſunt reduplicatiuarum expoſitricæ. Præterea cauſſalis nullo modo reduplicat naturam. Siquidem reduplicatiua in hoc ſita eſt, quòd in eadem eathegorica (vt paſſim ſit) ſuper ſubiectū, vel prædicatum reduplicetur. Cauſſalis vero ſimpliciter exprimit cauſſam conjunctionis alterius orationis extremorum tamquam partis principalis ſui: quia eſt ſemper hypothetica. Et tamen utroque opus eſt. ſ. vt reduplicet, & vt ratione reduplicationis obſcurum ſenſum exhibeat. Deſectu primi, Hæc, cognoſco venientem, non eſt reduplicatiua, ſed hæc eius exponens, cognoſco venientem in quantum venientem.

¶ C I R C A has dictiones ne acceptionum multiplicitas tenebras inducat (multifariam enim capiuntur) aduerte dupliciter (vt ad præſens expectat) ſumi ſolere, ſpecificatiuè. ſ. & reduplicatiuè, ſeu quod idem eſt, cauſſaliter. Primo modo quando peculiariter aſſignat rationem, qua conuenit ſubiectò prædicatū: hoc præſertit ipſius nominis etymologia ſpecificatiuè. Vt ſi eminus Petrum venientē cerno, de quo tantum venire cognoſco, non

Petrum eſſe: dicimus verè, cognoſco Petrum in quantum venientem. Ratio (inquam ſub qua cognoſco Petrum, eſt eius motus, vel aduentus. In hac, Petrus in quantum albus diſgregat viſum, cum Petro diſgregare non cōpetat, albedo eſt illi ratio diſgregandi. Et idē eſt in præſentiarum ſpecificare rationem, & conceptum, licet aliàs non nihilum differāt. Vt hic: Deus in quantum Deus eſt obiectum theologiæ, ſpecificatur ratio, ſeu conceptus. Et ſenſus eſt ſub ratione Dei eſſe obiectum, non ſub ratione aut cōceptu boni, aut entis. Hic, ens in quantum ens eſt obiectum Metaphiſicæ (id eſt) ratio obiectiua Metaphiſicæ eſt entitas. Hic, Deus odio hominem in quantum peccatorem proſequitur: peccatum exprimitur ratio, qua ex oīz eſt deo. Odio enim Deo impius eſt, & impietas eius. Quando ergo dictio accipitur ſpecificatiuè, exponitur ſic, vt terminus ſpecificatus pro ratione congruentiæ, aut diſidij intelligatur. Nam ſicut in affirmatiuis, ita in negatiuis ratio diſiunctionis frequenter reſeratur. Vt homo non ſignificat Petrum in quantum Petrus (id eſt) non eſt Petrus ratio, qua per hominem ſignificatur. Homo in quantum rationalis non eſt obiectum philoſophiæ, id eſt, non eſt homo obiectum phiſicæ ſub ratione rationalis, aut ſub conceptu. Circa has dictiones primo cōperum habeto, haud ſemper etiam ad hos ſenſus exhibēdos neceſſarias fore, cū ſæpe abſq; illis efficiantur. Vt cognoſco venientem: ens eſt obiectum Metaphiſicæ. In lectione præcedenti patuit, quis nam ſenſus virtute appellationis realis, & rationis illic fieret. Sed nihilominus ſecundo ſcias, eſſe tam efficaciſ has dictiones appellationis, vt ſua præualeat, & quamlibet impediatur. Vt cognoſco hominem in quantum viuētē, non appellat li, cognoſco, proprium conceptum hominis, ſed viuētis, Scio Deum omnipotentem, quatenus ſcriptura teſtatur, aufertur appellatio verbi ſcio vt æquipolleat ſcientia fidei: & ſic in alijs multis. Quocirca nunquam frequentius, accrebrus alterius appellationis deſectu, ac iſtius: conſequentiæ omnes peccant. Vt Petrus in quantum albus diſgregat, & in quantum albus eſt coloratus, ergo in quantum coloratus diſgregat.

¶ S E C V N D O modo accipitur, li in quantum cauſſaliter quando explicat cauſſam cōnexionis, aut ſeparationis extremorum. At de cauſſarum generibus, quoniam proprium locum



locum habent tum in posterioribus tum p̄o  
priorē, secundo physicorum, necesse est sum-  
mis labijs tātum attingamus. Alia est efficiēs,  
quæ producit effectum, vt pater causa filij  
est, pictor imaginis, deus vniuersi. Alia est fina-  
lis, vt habitatio est scopus domus, vita hone-  
sta finis politicus hominis, frui diuino conspe-  
ctu finis supernaturalis. Alia est materialis, vt  
lineamēta, & colores sunt materia imaginis,  
corpus hominis. Alia est formalis, vt anima  
nostri, figura effigiei. Quas omnes huiusmo-  
di dictiones important, & quamlibet impor-  
tent, manifesta fit sufficientissime per vnam  
causalem. Vt homo in quantum admirati-  
uus est risibilis, quia homo est admiratiuus,  
homo est risibilis. Juniores vna non contenti  
explicant per quatuor. s. homo est risibilis, &  
homo est admiratiuus, & omne admiratiuum  
est risibile, & quia homo est admiratiuus, ho-  
mo est risibilis. Quæ sua pluralitate, obscurio-  
res sunt ipsa exponibili. Memini enim me iā  
crebro aduertisse quantum ingenium homi-  
num propositionum multitudo hebetet, atq;  
obtundat. Maxime quod hæc causalis quam  
exponentem quartam constituunt, continet  
prope formaliter in se, ac expressè tres præ-  
cedentes: & si non æquè integrè ac totaliter.  
Qui enim dicit, quia homo est admiratiuus,  
homo est risibilis, assent, & hominem esse risi-  
bilem, & admiratiuum, & admiratiuum risi-  
bile. Ergo non est opus tanta confusione mē-  
tes obnubilare. Vltimo ipsimet postmodum  
fatentur primam, & tertiam non esse requisi-  
tas. Sed ego probo ea ratione etiam secundā  
superflua: quod in nullo casu, aut exemplo ex-  
ponibilis erit vera, & causalis falsa: vel cōtra:  
hæc vera, illa falsa. Etenim eorum instantia  
non currit. Aut casu, quo omnes homines es-  
sent albi, hæc est falsa: omnis homo in quātū  
niger, est coloratus: causalis vera, quia homo  
est niger, homo est coloratus. Sed quid inveni-  
dentius, quā hanc tunc velut veram iudica-  
re, cum patētissime falsa existat? Vt pote as-  
rens nigredinem tunc causam esse, vt omnes  
homines sint colore aliquo affecti. Igitur de-  
inceps vna causalis exponibilis declaretur.

¶ **E S T A V T E M** istius modi exponibi-  
lis (vt habetur in textu) penes qualitatem qua-  
druplex. Quia cum duplex sit copula. s. verba-  
lis, & modus, totidem hic, quot in præceden-  
tibus exclusuarum ac exceptuarum confur-  
gunt. Primum genus purè affirmatiuum iam  
actū exercito explicatum est. Secundum purè

negatiuum, vt nō leo in quantum animal est  
rugibile. Enodatur per causalem similis qua-  
litas. Scilicet non quia leo est animal, leo est  
rugibilis. Non homo in quantum risibilis est  
admiratiuus, nō quia homo est risibilis, est ad-  
miratiuus. Quid autem hæc sibi velit? Quid  
explicet? Quid vt sit vera, vel falsa requirat?  
facile ex eius contradictoria (vt pote affir-  
mante) cōiectari licet. Vt si hæc, quia homo  
est risibilis, est admiratiuus, astruit, & esse ho-  
minem risibilem, & admiratiuum, & admira-  
tiuum risibile, & vnum esse causam alterius,  
quodlibet horum deficiat, erit falsa: & per cō-  
sequens negatiua vera. Hec non quia homo  
est risibilis, hō est admiratiuus. Si non fuerit  
aut risibilis, aut admiratiuus, erit falsa. Quod  
si vtrumque est, sed vnum non est causa alte-  
rius, itidem erit falsa.

¶ **P R O P O S I T I O** tertij generis affir-  
mans de modo, & negatiua de verbo expli-  
catur per causalem, vbi affirmetur causa, &  
negetur prædicatum exponibilis de subiecto.  
Vt hæc homo in quantum rationalis non est  
insensibilis, quia homo est rationalis, homo  
non est insensibilis. Nam sciendum est, quod  
frequenter esse quidpiam, est causa, vt simus  
vnum, & vt non simus aliud. Vt esse rationa-  
le est causa, vt simus disciplinis apti, dis-  
cursibus accommodati, ad risum, fletum ido-  
nei & vt non simus à sensu alieni bruti, stupi-  
di, & caudices & alia. Assertio .n. est caus-  
sa directa affirmationis, & indirecta negatio-  
nis.

¶ **Q V A R T V M** genus, vt non homo in  
quantum rationalis non est risibilis, explica-  
tur per hanc: non quia homo est rationalis,  
ideo non est risibilis. Sed dices hanc causalem  
egere rursus explicatione, adeo negationum  
tenebris per funditur. Respondetur, primò, es-  
se multo clariorem exponibili (vt auribus cō-  
stat.) Secundo negato, antecedens. Cognita  
enim natura causalis (quam in principio hu-  
ius libri explicuimus) sine ampliori interpre-  
tatione protinus percipitur. Tertio respon-  
deto, huiusmodi quarti generis exponibiles  
haud esse multum frequentes, quantum proin-  
de ratione nefas foret, lucidissimam cætera-  
rum expositionem deserere: quæ sunt apud  
philosophos, pariter, & theologos: & frequē-  
tiores, & vtiliores.

¶ **S V P P O S I T I O** terminorum in hu-  
iusmodi exponibilibus imitatur præceden-  
tes. Nempe vt omnes termini excepto redu-  
plicato



plicato pareant regulis traditis: & qui reduplicacionem præcedunt confestim resoluantur: quinimo & subsequentes resoluantur pro-  
 tinus resolutio subiecto. Reduplicatio enim nullum obijcit impedimentum) vt iste homo in quantum albus est colore affectus, ergo hoc colore affectus, vel sic de singulis. Tamet si in similibus aptior, clariorque probatio sit expositio, quam terminorum resolutio. Terminus autem reduplicatus par est, supponat immobiliter, vt nullatenus tangatur.

¶ **I N H A C T E N V S** discussa. Primo hic: etyops est albus secundum dentes, dæmō est bonus secundum naturam, neutro modo reduplicatio assumitur, ergo insufficiens est acceptionum partitio. Secundo in hac, homo in quantum albus disgregat visum, accipitur vtroque modo: ergo acceptiones non differunt: præsertim cum vtriusque acceptione capiatur, sit vera propositio. Præterea, hic, Petrus in quantum philosophus habet philosophiā, neutro modo sumitur, si est vera. Pro horum solutione notato, inter dictiones reduplicantes peculiariter si, secundū, accipi præter modos notatos, etiā diminutiue, denotans prædicatum imperfectè & secundum quid subiecto convenire. Vt hæc effigies est homo, secundū figuram, est albus secundum dentes. Sed rogas, quonam signo eam acceptionem discernemus. Multiplici quidem. Primo, ex sensu: secundo si præiacēs absq; dictione falsa est, generatim accipitur diminutiue. Vnde hic est Christus secundum capillos nō diminit, nec hic, nasutus secundum nares. Quia & absque additionibus, nullaq; accessione prædicata vere enunciantur. Sunt enim multa accidentia, quæ etiam si vni tantum parti totius adhæreant: denominant simpliciter totum, illa. scilicet quæ nisi ei parti inhære nō possunt. Vt crispitudo non nisi capillis inuenitur: & simitas dūtaxat in naso, claudicatioque pedibus, sciētia intellectui, nisi quandoq; per allegoriam, seu metaphoram, claudicare orationem dicimus, quæ in æqualis sit, & crispum dicēdi genus, quod floridum, lepidumq; sit. Alia vero, quæ respersa atq; extensa per totum reperiri apta sunt, non denominabunt absolutè, si vni parti dumtaxat adhæreant. Ad argumētum negato consequentiam. Illa diuisio enim earum acceptionum est, quas dictiones reduplicantes cōmunes habent, & in quibus conveniunt. Quod vero altera illarum sigillatā, atq; signatam alterā habeat, nihil obest. Ad se-

cundum concedere, multoties posse vtrouismodo capi. Diuersus tamen resiliet sensus & sæpe veritas propositionis vacillabit. Nam hæc, homo in quantum homo est rationalis specificatiue, est vera: reduplicatiue falsa. Ad tertium. S. Tho. concedit non citra rationem, & si raro, accipi nonnunquam huiusmodi particulas, vt dicant concomitantiam. Etenim esse philosophum non est ratio habendi philosophiā: potius contra habere philosophiā est ratio essendi (vt ita dicam), philosophū: sed habent se illa duo concomitanter. Similiter in hac, Petrus in quantum albus habet albedinem.

¶ **S E C V N D O:** non sequitur. Deus in quantum omnipotens contingenter creat: ergo quia Deus est omnipotens contingenter creat. Nam omnipotentia non est ratio, vel causa creationis contingentis: sed libertas est contingentis: omnipotentia creationis: & tamē arguimus ab exponibili ad exponentem, ergo. Respondetur, quod bene exponitur, & sicut exponens est falsa, ita exponibilis. Quamquā potest quis dicere, quod cū duo de altero prædicamus, nō oportet ratio assignata semper sit vtriusque, sat est, sit alterius. Et sic cōcedet exponibilem, dicens prædicari quod creet & quod contingēter creet & quod omnipotentia licet non sit ratio contingentis, seu libertatis, est causa creationis. sed quidquid veri id habeat. In modali, non duo profecto existimandū est prædicari, sed tantū vnū modificatū. Vnde necesse est, causa reddita de prædicato modificato currat.

¶ **V L T I M O** arguitur. Hæc, Petrus, in quantum albus erit coloratus, non recte exponitur per hæc, quia Petrus erit albus, Petrus erit coloratus. Nā si nunc desistat esse albus, futurus semper niger, si albus in exponibili suo opponit, in exponente non supponit. Sed dic, quod cū si albus pro ratione vel causa ponatur cōueniētiæ prædicatū subiecto, certe stat in ordine ad eandē copulā, ad quā præditatū. Cuius signum euidentis est, illo in casu exponibilem esse falsam. Nimirum quia non erit albus, & nihilominus verissimum est, oportere in exponētibus, seruetur omnino eadē ampliatio terminorum. Vt hæc, Petrus in quantum albus possibiliter est coloratus, per hæc, quia Petrus possibiliter est albus, possibiliter est coloratus. Hæc vero: Petrus vt liberi arbitrij cōtingēter scribit, per hæc itidē, quia Petrus est liberi arbitrij, contingēter scribit. Haud tamē



fic: quia contingenter est liberi arbitrij. Etenim latent eo in modo duo: ampliatio scilicet, & appellatio. Et ampliatio quidem omnes terminos amplectitur: appellatione verò haud modum addit coniunctioni termini reduplicati cum subiecto, sed prædicati. Quia illa præcedit: hæc subsequitur. Vnde in prima parte causalis affigenda est solummodo ampliatio. Cõsimiliter istius: equus in quantum animal impossibiliter est sensu carens, non est hæc, quia equus impossibiliter est animal. Hæc enim est impossibilis: & exponibilis necessaria: sed est hæc: quia equus possibiliter est animal, impossibiliter est sensu carens. Hæc autem: Petrus in quantum albus impossibiliter congregat visum, aut conciliat videndi facultatem: causaliter est falsa: specificatiue autem vera. Sed tunc non exponitur per causalem. Hæc vero: homo in quantum albus necessario disgregat visum, debet accipi causaliter: & sic est falsa. Nec mirum. Contraria est enim huius: homo in quantum albus impossibiliter disgregat: specificatiue forsitan est vera. Nonnulli autem huiusmodi modales explicari rectius per conditionales. Vt si homo est albus: necessario disgregat visum. At si huiusmodi reduplicatiue faceret sensum solummodi illatiuum, eum modum profecto tenerem: sed video planissime sensum etiam asserentem adueheret. Nam qui dicit, homo in quantum albus, necessario disgregat, patentissime affirmat, & esse album aut possibile esse, & disgregatiuum. Quod per conditionalem nullatenus exprimitur.

Lectio tertia.



**S**OLENT DIALECTICI plures hic exponibilium species pertractare. Nempe de incipit & desinit. Quo pacto exponantur hæc: homo incipit esse, aut leo desinit esse ferox. Propositiones etiã de differt, & de comparatiuo: vt Petrus differt à Paulo: substantia, & quantitas differunt genere. Habent enim similitudinem sensus multum & doctrinæ, & obscuritatis. Quibus vastum, & ita arduum tractatum explent: vt velut proverbium iam diu inter dialecticos celebretur: quartum librum exponibilium esse pene inexponibilem, & inintelligibilem. Enim vero tot, tantæque regulæ ac distinctiones inuehuntur: vt volumen pondere ipso corruat: cum elaborandum

potius foret maxime ea documenta, eamque formam exponendi tenere. vt caliginem exponibilium sua perspicuitate, ac facilitate fugarent. Quod egomet mecum contemplatus eo animo scribendi, docendique stylum temperavi vt extranea, superuacua prorsus abscinderem, & inutilium interpretatione ea in medium affererem, quæ vt plurimum cunctis prodesse, nemini obesse possent. Quocirca eas materias alias proprijs locis discussas, multum utilitatis viris studiosis allaturas à presenti speculatione relegavi. Vt potè quas semper ab hoc loco alienas iudicavi. Nam earum propositionum expositiones dialecticorum tradere æstimavi interesse: quæ ratione significationis alicuius dictionis (vt præcedentes) caliginosæ essent, non earum, quæ ratione solum naturæ rei significatæ. Hæc, homo in quantum rationalis est risibilis merito ad eos enucleanda deducitur, qui de vocibus agimus, quatenus exprimunt mentis iudicium, orationesque componunt. Quia illa dictione: In quantum: abditissimæ significationis est. At cum difficultas non ex dictione sed ex re significata exoritur, neutiquam ad dialecticos spectat, similes sensus referare. Quorum est non de rebus sublimibus sermonem, sed de verbis facere. Deinde si fat est, obscuræ sint: vt hic earum à nobis explicatio exigatur: haud profecto est, cur non omnes articuli fidei quarto libro exponantur. Vt potè adeò obscuri, & arcani, vt post innumeras quæstiones vix intelligantur. Quæ potiori iure expositione, quam istæ indigent? Deus est trinus, & vnus: Christus est deus, & homo: Maria est mater, simul & virgo: Deus omnia ex nihilo extraxit: quinimo cunctæ propositiones omnium disciplinarum ambigæ, de quibus maxime inter eruditos cõtrouersia est, quarum magna est in singulis scientijs vbertas & copia, essent hic explicandæ, quo nihil foret, si fieret, meo iudicio absurdius. Igitur ad dialecticos hæc proprie expectant, quibus ex significatione, non ex rei significatæ altitudine difficultas provenit. Tales sunt exceptiue, exclusiue, ac reduplicatiue. At quas nunc consulto silentio inuoluimus, & si obscuræ sunt, quod non infortias ibo, obscuritas ex re ipsa denotata nascitur, significatio cunctis plana, ac peruia est. Quis enim, simul ac audit: homo incipit viuere, equus desinit moueri, non intelligit, quid sibi hæ assertiones velint. Tametsi perpauci nouerint, quæ sit natura, & cõditio ortus, ac interitus, tam in generationibus substantialibus, quæ accidenta-



dētalibus. Quis nō videt, quemadmodum fallacem in philosophiam, alienā messem, imitant: omnes dialectici hactenus materiam incipiendi, & desinēdi generationis, scilicet, & corruptionis in sūmulas intempestive, & postere, pertractantes, (si intempestuē fieri dicitur, quod nunquā hīc oportuē fieri potest.) Presertim quōd scire, quo modo, & quo nam temporis momento vnaquæque res incipiat, vel desinat, adeo abstrusum ac reconditū est, vt post multa physica volumina perlecta vix attingatur. Et hīc eam inuehunt dialectici, vt ingenia iuuenum tenera frangant, fractaq; ab incepto desistant, aut animo consternata sane segniter persistant. Vnde per vtile obsequium me dialecticis præstiturum semper sum ratus, si pestilentem hunc morē ab scholis semouerem, ac in vltimas maris insulas asportarem.

¶ **Q V I D D E** verbo differt? Haud esse meo arbitratu in summulis exponibile. Vt pote cuius significatio per se patens, ac manifesta est. Quod vero in eo abditum, & abstrusum est, non ad rudem, sed ad emeritum, magnumq; logicum spectat, nempe quid sit differre, quot modis contingat, quid vt duo differant, requiratur. Quod. c. 4. prædicabilium fusissime traditur, & quod priusquam ad eū vsq; locum nobis peruentum sit, quantumuis nunc verba fundamus, nullus absolute percipiet. At nemo miretur, propositiones de differt exponibiles iuniores fecisse, vbi non modicum obscuritatis est, cum comparatiua, res grammatice notissima, negotiū illis facebant. Quærent enim anxie, vt exponatur hæc, Petrus est doctior Paulo? Plato fuit sapientior Aristotele? quas distinctissime antequam dialecticam aggredierentur, intelligebant, nō prudenter perpendentes, quantum veritas offendatur: si quæ paucis sententia percipitur, pluribus propositionibus protrahatur. At si quæ in comparatione præter grammaticalia præcepta tradenda sunt, id potuit, & debuit quā breuissimè tradi, ne immoerentur, in aperitis, & in propatulo positis, quibus ad huc ardua multa, difficiliaq; transigenda supersunt.

¶ **H A E C** igitur sunt incomparatiuis, & superlatiuis digna adnotatu. Primo vtrumq; sæpe pro suo positiuo absq; vlla prorsus comparatione accipi: vt de cōparatiuo: tristior, & la crimis oculos suffusa nitentes: (idest) tristis: de superlatiuo sapientissimus quisq; id nouerit (idest) quicumq; sapiēs. Si lætatus sum, quo

niā plurima reperit manus mea. Aliquando etiam absolute cum quædam eius significati excellentia, seu excessu, vt Socrates sapientissimus, iste vir doctissimus, vbi nulla est penitus comparatio, tantū doctrinæ exuberantia, & profunditas denotatur. Tales orationes rectè exponuntur per positiuum cum aliquo aduerbio superlatiuo, vt nimum doctus, valde sapiens, & similes. Tertio accipiuntur cōparatiuè. At comparatio est duplex, alia propria, alia impropria. Propria exigit: vt in quo fit comparatio, competat vtriq;. Positiuum (in quam) comparatiui, aut superlatiuui. Vt Cicero fuit facundior Hortensio: facundia competat ambobus. Petrus est melior Paulo, bonitas. Hæctor fuit fortior Achille: fortitudo. Ullises fuit astutior Agamenone: astutia. Et in super vt in eo excedens superet excessū (vt ipsa nomina præferunt.) Secūdo debet conuenire positiuum pro eodem tempore ambobus, si de vtroque mediante vna, eadē que copula dicitur: vt in exemplis positis apparet. Verum nonnumquam fiunt comparationes extremorum non existentium: vt Antichristus erit peior, quā fuerunt Iudæi. Hic vt pote, vbi sunt multæ, diuersæque copulæ, non est opus improbitas simul de Iudæis, & Antichristo prædicetur: sat est, secundum suā copulam, conueniat. At si vna tantummodo foret: pro eodem tempore debeat congruere. Vt D. Thomas fuit sapientior Alberto Magno: Aristoteles fuit eruditior Platone: discipuli magistros superantes. Cum ergo duo ad propriam cōparationem exigantur. s. vt positiuum verificetur (quod maximè omnium requisitum est,) & quod pro eodē tempore, si eadem copula vniuntur: sequitur totidem improprias cōparationes esse. Prima cum positiuum alteri non conuenit: quod est abusus cōparationis. Vt Deus est melior Dæmone: cū Dæmoni nulla probitas insit. Secunda quādo etsi de vno, & altero verificatur, est in diuersis tēporibus, nationibus, legibus &, regionibus, vt Salomon fuit sapientior Aristotele. Quæ non sunt æquè improprie, ac præcedentes. Ex his colligitur: quod asserens Petrum doctiorē esse Paulo, affirmat, & Petrum sapiētem, & Paullū, & Petrum præstare sapientia Paullum. Vnde dicūt dialectici exponi dictā per tres propositiones, scilicet Petrus est sapiens, & Paullus est sapiens, & Petrus est magis sapiens quā Paullus, & apud nonnullos dialecticorum Autores tertia exponens est,



Paullus non est ita sapiens, ac Petrus. Negatiua autem explicatur consequenter per alias tres disiunctiue contextas. Ego autem asseuero similes propositiones non esse exponibiles, nec expositionis vllatenus indigas esse sed sufficere naturam cōparationis in promptu habere. Nam qui eā his dialecticalibus institutis cognouerit, ipsamet in propositione oculatissime sensum contemplantur. Secundo assero, si expositionem quæ postulauerit. Sufficientissime per tertiam exponentē declarari. Scilicet Petrus est magis doctus, quā Paulus. Quæ potest esse: vt clarior sit: hypothetica. Nam cum exponibilis sit cathgorica: merito exponens erit hypothetica, vt sit apertior ac cristallo multo perlucidior. Scilicet Petrus est magis doctus, quam est Paulus: In qua vna formalissimè omnia illa tria exprimentur. s. Petrum esse doctum, & Paulum itidem, & Petrum excellere Paullum. Tertium assero, illam tertiam negatiuam exponentē non esse quoquo pacto idoneā: quæ tamen est apud plerosque frequens. Vt pote ipsa exponibili intricatior. Tum quod est negatiua, ac proinde per affirmatē improbanda: tum quod illæ particulæ ita, sicut, rursus sunt exponibiles (vt ipsimet fatētur) easque per alias multas exponunt. Magnus certe, & maxime inutilis labor. Multo conducibilis iudico natura cōparationis retēta propositiones ipsas absq; expositione vturpari. Quæ dubio procul conditiones proportionē quadam in cōparatiuis modalibus obseruādæ sunt. Vt Ioannes possibiliter est doctior Illesonso, sat est id esse possibile, quamquam aut neuter nunc viuat, aut vterque in sapientia laboret. Verum in cæteris modalibus (quod iā lectione præcedenti tetigimus) impossibilitas, vel contingentia, aut necessitas non appellat, nisi super positium. Itaque ampliat singulos terminos: appellat autē iu-

per excessum. Vnde huius: angelus impossibiliter est sapientior deo: non est sensus, impossibiliter angelum pollere sapiētia, aut deum: sed tantum præstantiam esse impossibilem: quod vero extrema habeant possibiliter positium, nec affirmat, nec negat. At de negatiuis, cum negatio reddat sensum oppositum & omnia diruat: sequitur: vt sit vera propria in cōparatione, sat esse, quodlibet illorum trium deficiat. Nempe si nec ambobus, vel alteri positium congruat, aut in eo æquetur: vt Ioannes non est cæcior Petro. Nam si vt cæcior foret, requiritur ambos esse cæcos, negabitur vere, si alter visu non careat.

¶ P R A E T E R quæ omnia solū superest, insuperlatiuis aduertere dupliciter solere sumi: positiuè. s. & negatiuè. Nam aliud, nempe non rectè poni nisi inter eiusdem res generis vt Aristoteles est græcorum sapientissimus: Cicero latinorum eloquentissimus, ex grammatica supponimus.) Positiuè exponitur per suum comparatiuum: vt Salomon omnium sapientissimus (id est) sapientior cæteris. D. Thomas doctorum eruditissimus (id est) cæteris eruditior, ac doctior. Negatiuè sumtum reddit hunc sensum: nullus eum excellit. Positiuè captum affirmat, eum cæteros antecellere, negatiuè à nemine præstari. Vnde cum in aliquot virtutibus, ac dotibus pares aliqui sint: de quolibet dicetur superlatiuum negatiuè, de nemine cum veritate positiuè. Vltimo notato, huiusce tales enunciationes, Aristotiles est sapientissimus græcorum, & similes, non exigere singulis græcis vulgi fœcibus, ac foralibus sapientiam, quæ est positium, competere, sed cunctis: qui inter græcos sapientum nomine censentur, Aristotilem antestare. Vt pote inter quos comparatio fiat, non inter imperitissimæ multitudinis vulgus, ac plebem. Hactenus de comparatiuis, ac de-  
mum de omnibus exponibilibus.

EXPLICIT LIBER QUARTUS  
Summularum.



## LIBER QUINTVS SVMMV-

larum, Petri Hispani de Syllogismo.

## Caput primum.

## TEXTVS.

**P**ROPOSITIO est oratio affirmatiua, vel negatiua alicuius, de aliquo, vel alicuius ab aliquo. Terminus est, in quem resoluitur propositio, vt in subiectum, & prædicatum. Syllogismus est oratio, in qua quibusdam positis, & concessis necesse est, aliud accidere per ea, quæ posita sunt: vt omne animal est substantia, omnis homo est animal: ergo omnis homo est substantia. Omnis autem syllogismus cõstat ex tribus terminis, & ex tribus propositio- nibus: duabus in antecedenti affixis, tertia in conclusio- ne. Sed priorum præmissarũ prima vocatur maior: secun- da minor. Terminorum ve- ro trium (ex quibus cõflari, diximus syllogismum) alter

vocatur medium: scilicet qui bis sumitur in præmissis: alter maior extremitas, ille, qui est alterum extremum à medio in maiori: tertius minor extremitas. Alterum extremũ, scilicet à medio in minori.

## Lectio prima.



**OMNIS SCIEN-** tia, omnisq; disciplina in obiecti sui tradenda notitia persistit. Obiectum autem dialecticæ (vt in operis exordio inuimus) est modus sciendi. Ip-

sa enim vniuersale instrumentum scientiarum est docens modos, tradensque media, quibus omnes generaliter adquirantur. Modus autem sciendi est definitio, diuisio, & argumentatio: quæ sygillatim in secũdo libro de finibus. At nunc scire conducibile est, eandem esse prorsus facultatem magnam, & quã paruum vocant dialecticam: quinimo paruum ad logicam Aristotelis ad eundam introductionum officio fungi. Qua in re magna deceptio est, aut omnem modum sciendi exactum in summis tradere, vel vt omnis exactè tradatur, exigere. Eo potius ingenio isthæc partes mihi diuisæ videntur: vt argumentationem præcipuè. Petrus Hispanus suis compilationibus amplexus fuerit, cæteris membris ad logicam vsque relictis. Quod optima ratione (vt animum induxi) per motus



## Liber quintus

effecisse mihi visus est. Nāquid aptius como-  
diusue, iuuenibus ex cūctis dialecticalibus do-  
ctrinis propinaret, quā quod in vocibus prin-  
cipaliter consistit, & a rerum contemplatio-  
ne (argumento nimium defici) maxime ab-  
stratum & sepositum esset. Et quidem inter  
omnes modos, argumentatio minus ab reū  
tractatu, atq; peritia pendet, vt pote pura for-  
ma, artificiosaque compositio vocum. Defini-  
tio vero, ac diuisio multum ad reū, natu-  
ras attinent. S. genus, speciem, differentiam,  
integrum demum prædicabilem, ac prædi-  
camentorum opusculum. Quod Porphirius  
fructum sui operis insinuans. Vtilis (inquit)  
tractatus, & ad definitiones constituendas, di-  
uisiones faciendas: vt pote quæ ex genere, &  
differentia ex immediato non ex mediato,  
quæ sine prædicabilibus, ac prædicamentis af-  
sequi conari, isthmum perfodere, & ventos  
(quod aiunt) verberare. Natura autem syllo-  
gismi, ita est ab omni rerum cognitione, re-  
mota, vt quemadmodum, suavis concentus,  
& harmonia absque significatione cātus per-  
cipitur, atq; delectat: ita ille rebus importa-  
tis etiam ignoratis optime intelligatur. Hanc  
docendi methodum Petrus Hispanus prudē-  
ter sequutus ea suis resolutionibus tradidit,  
quæ ad argumenti naturam exprimendam  
magnopere conferebant. Quem nos (vt par-  
erat) nostris commentarijs imitati sumus, ar-  
guendi regulas, atq; præcepta dumtaxat ex-  
plicando. Cætera, quæ definitiones, ac diuisio-  
nes concernebant, in logicā reijciendo. Hunc  
scopum nobis ab principio constituentes, o-  
peræpretium facturus arbitror: si quem tra-  
mitem hucusque tenui, inspiciendum referā:  
vt faciliorem gradum, ad ea, quæ hoc ultimo  
libro perlustranda supersunt, faciamus. Cum  
argumentatio primo ex terminis, deinde ex  
propositionibus proxime vincitur, deicit  
ante omnia de his sermonem inire: quod pri-  
mo, & secundo libro (ni fallor) absoluius.  
Tertium autem, & quartum in regulis quibus-  
dam veritatis, & falsitatis cognoscendæ ex-  
pendimus. Siquidem oppositionis, conuersio-  
nis, æquipollentiarum tractatus huc spectat,  
vt cuiusque obiectæ propositionis veritatē  
facilius, vel ex opposita, aut conuertente, aut  
æquipollente venemur. Et ne quid præmit-  
teretur, quod nostra scire referret, modaliū,  
& exponibilem sensum, ac intelligentiam pa-  
tescimus, vt nulla foret tam obstrusa propo-  
sitionis sententia, quæ dialectico non esset

peruia atq; in promptu posita. Quibus (vt com-  
modus iudicauit) transcurfis: super est, ad ar-  
gumētationis definitionem, eiulq; partes per-  
tractandas accedamus.

¶ **N E C M E** præterit in secundo libro ar-  
gumētum definisse. Oportebat enim ne eius  
materiæ ieiuni dialectici hucusque remane-  
rent. Quia ab principio necessario cuncta ad  
vtramque partem argumentaturi erāt. At  
nunc velut in proprio fonte potati, vberius  
rem ex hauriemus. Igitur argumentum (sino-  
minis etymologiam inspectes) artificiosum  
inuentum est, seu ingeniosa ratio ad aliquid  
concludendum adiuuenta. Vt si furiosum pa-  
trem ne filium ex hæredem scribat, suadeas,  
rationem, qua velut fune detineas, efficacem  
excogitas, amorē, scilicet parentum erga fi-  
lios & studium commune illis thesauros cu-  
mulandi naturale, item appetitum relinque-  
di superstitem successorem, non similem sibi  
modo aut æqualem, verum quantum potest,  
honoratiorem. Hæc congregas: sed inuenta,  
priusquam arte disponantur, & ingenio, def-  
formia ac inuisa sunt, sicuti materialia in acer-  
uum cumulumq; congesta. Vnde tantum re-  
fert sine dialectica ratiocinari, vel cum arte  
discurrere, quantum inter materialia coherē-  
tia, & eadē in parietes, ac tecta disposita di-  
stat. Ex illis ergo rebus docet dialectica, qua  
forma, & methodo rationes graues condas,  
& ad persuadendum efficaces. Vt omnis pa-  
ter natura propellente filijs opes congerit,  
vt post eius obitum viuere, possint: vnde cō-  
tra naturam iudicaberis hunc filium tua sub-  
stantia defraudare. Cum autem duo argumē-  
tum claudat, res. s. eius materiam, & ordinē  
rerum, ac dispositionem, qua prior appa-  
tur, nostra tantummodo forma iuuenes do-  
cere, interest, qua postmodū in omni doctri-  
na philosophiæ scitè versentur.

¶ **A R G V M E N T A T I O** igitur est ora-  
tio, in qua ex vno infertur aliud. Vnde iam  
non pro ratione ad concludendum solūmo-  
do, quæ solet vocari antecedens, sed pro ex  
vtraq; parte aggregato de sumitur. Quæ qui-  
dem argumentatio in quatuor species distri-  
buitur, in exemplum, enthimema, inductionē  
ac syllogismum. Tametsi diuisio non vsque-  
quaq; vniuoca sit, nec æqualiter natura diuisi  
singula perfruantur. Primo exemplo com-  
muniter definitiones probantur: & tamen  
(vt aiunt) definitiones non probantur, sed  
prosupponuntur, nō ergo exemplum exactē  
argu.



argumentatio, aut probatio est. Definis hominem esse animal rationale, subiungis: ut Petrus, quoddam genus probationis est, li, Petrus. Inducitur etiam ad tuadendum exemplum: ut si instares, oportere etiam blasum, atq; balbutientem conciones frequentare, & adhiberes in exemplum Demosthenem, qui vsu, & laboriosa exercitatione nomen excellentis oratoris inter graecos promeritus est: quem maiorem tamen in modum natura ex concionibus abigebat. Is autem arguendi modus singularissimus est Rhetorici. Quia & singulare ipsum semper est, & singulare tantummodo infert: & singula singulis euertibus accommodanda sunt. Quae vniuersa ad oratoriam artem attingunt. Nam versatur circa singularia, nempe circa actiones, & iudicia nostra. Deinde sequitur inductio: cuius arbitrator satis secundo libro meminisse. Necessarium enim & ex vsu arbitrati sumus, eius illo in loco notitiam inducere: quod eius vsus frequens est & admodum dialecticis conducibilis, tum ad suppositiones terminorum perpendendas, tum ad oppositiones in sectas, ac demum ad omnem fere veritatis, ac falsitatis examinationem, de quibus in hac summularum disciplina nimis, ac perpetuus est sermo. Tertia species est Enthimema syllogismus, scilicet truncatus, concisus, ac mutilus: constans ex duabus propositionibus, cum tres essent illationis vis. De quo, simul & de syllogismo integro in praesenti libro tractabimus.

¶ **VERVM** prius contra hanc argumenti diuisionem argumentum est. Multo plures species hactenus argumentandi vidimus: cum nec omnes adhuc viderimus, tantum abest, omnes quatuor existere. Nam a diuisione ad diuisionem, a definitione ad definitum: a conuertibilibus, a conditionali, cum positione antecedentis ad positionem consequentis: ab exponibili ad exponentes. Hi omnes loci argumentandi, quos per operis discursum sparsimus, nulla illarum species videntur. Respondeto, omnia huiusmodi loca ad has quatuor species, directe, vel indirecte, expresse, aut virtualiter reduci: quemadmodum in metaphisica omnes propositiones quoquo pacto scibiles in prima principia. Conditionalis immediate reducitur ad enthimema. Ut homo est animal, ergo si Petrus est homo, Petrus est animal. Ab diuisione ad diuisionem in syllogismum, ut est animal, ergo rationale, vel irra-

tionale. Sic, omne animal est rationale, vel irrationale, sed hoc est animal ergo. Quod & in caeteris experiri licebit. Si qui vero loci ad syllogismum immediate dirigi non valent, diriguntur saltem medijs consequentijs, vel in virtute illarum tenebunt. Quinimo diuisio (si strictim loquimur) tantum est bimensbris: licet ut omnis modus arguendi sit inductio, aut syllogismus: dummodo vtrumq; membrum virtute vel formaliter intelligatur. Nam exemplum reducitur ad Inductionem, & Enthimema nullo negotio ad syllogismum. Cuius distinctionis sufficientia ex nostra ipsorum natura, qua ex anima & corpore coalescimus, diriuatur. Cum autem corpus ad animam sicut ad formam excellentem ordinetur, bonum autem eximium atq; praestantissimum animae sit cognitio, & cognitionis perfectio, existimandum est corpus de se plurimum ad intelligendum conferre: cuius causa tot cognoscentibus virtutibus ornatur, & viget: nepe ut intellectui ad suum finem assequendum & frugis esse, & inseruire possit. Omnis autem cognitio corporis est singularium, intellectus autem vniuersalium (ut experientia magistra didicimus, & exemplis facile docetur.

¶ **INDUCTIO** ergo est modus arguendi sensibilis, & corporeus, quo vtitur intellectus cum corpus ad suos peragendos discursus assumit, eius vtens famulatio, & obsequio. Unde ex multis singularibus sensu perceptis ipse sua natua ingenitaq; virtute colligit vniuersale. Haec est vis & natura Inductionis prima, ab singularibus. s. ad vniuersale profectio. Syllogismus autem opus est omnino intellectus, in quo ex vniuersalibus ad vniuersalia procedimus, vel ad singularia delabimur. Unde cum duplex nobis ad cognoscendum sit a natura trames, nempe sensus, & intellectus: duplicem par est, speciem arguendi in genere, iudicemus, etsi multipliciter vnaquaq; postmodum variari possit. Ex quibus ordo & series etiam harum specierum colligitur. Nam sicut nihil est in intellectu, quin antea fuerit in sensu, a quo omnis nostra cognitio primordia ducit. Inductio, quae sensu peragitur, origo quaedam est, & principium (ut Aristoteles. 6. Ethic. testatur) Syllogismi. Nam Syllogismi praemissae, de quibus saepe rursus syllogismus haberi non potest, inductione probantur. Quid? quod dupliciter res a nobis cognoscitur, a priori, & a posteriori (de qua re in posterioribus fuse acturi sumus)



## Liber quintus

ab effectu. s. vel à causa. Vt hominem esse risibilem, vel quia videmus eum ridere, vel quia causam risibilitatis, videlicet admirationem cognoscimus. Et ignem esse calefactiuum, vel quia calefacit, hoc est ab effectu vel quòd eius naturam illà qualitatem exigere, deprehendimus. Hismodis cognitionis præsens distinctio accommodatur. Siquidem syllogismus ad res per causam cognoscendas omnino deseruit: Inductio ad attingendas per effectum aptissima est. Quæcumque enim sensu percipimus, ea sunt, quæ ex causis occultis manifestè sequuntur: quas proinde velut signis quibusdam produnt, atque detegunt. Igitur inductionis notitia iam præsupposita syllogismus hic pertractetur. Nådum eius naturam patefacimus Enthimematis definitio obiter splendescet.

¶ SYLLOGISMI vero tractatū, quia animus est quātū præstiterint vires, cū Petro Hispano eum omnibus suis numeris perficere (etiam si illius textum parum mutauerimus) tribus partibus absoluemus. Primo dicemus, quid sit syllogismus, & quotuplex: Secundo vis eius, robur, & mēsurā subijcietur, tertio loco nonnullis argumētis, quæ in prima & secunda parte dicta fuerint (vt moris est) examinabuntur. Credendum est enim non minus referre nosse, quid in hac parte non rectè, sed fraudulēter fiat: quàm quid absque defectu exerceatur. Syllogismus itaque est argumētatio, in qua quibusdam positis, & concessis, necesse est aliud accidere præter ea, quæ posita sunt. Isthæc autem definitio haud exactè intelligitur, nisi quæ sint partes materiales Syllogismi cognoscimus, vt pote ex quibus ad naturam Syllogismi percipiendam magnum emolumentum veniamur. At syllogismus (quod sæpe in culcamus) componitur primo ex orationibus, mox orationes ex terminis: Ideo primam huius libri lineam Auctor de propositionibus fecit: secundam protinus de terminis. Propositio (inquit) est oratio alicuius de aliquo, vel alicuius ab aliquo, vniuersalis, vel particularis, Hoc ipsum met exordium formaliter est Aristotilis eisdem verbis libros priorum, (vbi naturam Syllogismi ponit) exordientis. Verum tamen isthæc haud exacta propositionis descriptio est: sed quædam dictorum comoda, oportunaque repetitio. Nådum quid propositio? quid affirmatiua? quid negatiua? quid vniuersalis? quid demum particularis?

(quorum hæc sententia meminit) iam multis ventilatum est.

¶ ATQVE eodē sensu & quod sequitur, accipiendum arbitror, nempe terminus est, in quem resoluitur propositio, vt in subiectū, & prædicatum. Propositio constat ex terminis, velut ex partibus, & vnum quodque resoluitur in suas partes, vt homo in animam, & corpus, corpus rursus in elementa, quòd ex illis compaginetur. Sed quare cōstringit, ac coarctat in subiectū & prædicatum? nunquid copula non est terminus, vel propositionis pars? Non est isthæc absoluta definitio termini: sed termino conuenit, quatenus præsens syllogismi consideratio postulat. Tribus in locis terminorum sermonē hæcenus protulimus. Videlicet in primo libro, vbi eius naturam absolute toto libro descripsimus: in principio etiam secundi libri eundem continuare visi sumus, nomen & verbum disputantes. At iam non simpliciter determino ibi, sed vt partes principales erant propositionis. Ideo in numeros terminos ab huius materiæ consideratione seiunximus: vt pote qui nec nomina erāt, nec verba. Tertio demum in præsentis proprietatem termini tangimus: quatenus arti syllogisticæ subseruit. Et ideo opus est nō omnibus terminis hæc descriptio conueniat, tantum abest inconueniens fore, aliquibus disconueniat. Et nihilominus hæc secundum etymologiam describitur. Est enim velut finis quidam & limes propositionis prædicatū & subiectum, vnde & merito vocantur extrema. Quia ergo huiusmodi extrema inter cæteros terminos peculiarem respectum habet in syllogismum, illis tātum descriptio absq; iniuria conuenit, reliquis competet definitio principio operis posita quæ tamē est illorum propria, & adæquata.

¶ QVIBVS suppositis aduerte, quòd cum syllogismus cōstet primo ex propositionibus, & propositiones ex terminis, non promiscue ex quibus vis, nec quomodolibet, temere propositiones hæc aut termini disponuntur: sed ingeniosa certe dispositionis structura, & certo vtriusque numero, in quo quantum à cæteris argumētis syllogismus differat, apparere incipit. Syllogismus itaque componitur ex tribus tantum propositionibus, & ipsæ propositiones ex tribus dūtaxat terminis, vt omnis homo est animal: Petrus est homo: ergo Petrus est animal. In quo solummodo tres termini iacent, quatenus hic terminus consideratur: scilicet



scilicet vt extremum prædicatum vel subiectum, qui sunt hic: homo animal, & Petrus: ex his orationes conflatas offendes. Igitur hæc est syllogismi cognitio, nosse sane qualiter illi tres combinentur termini, vt totidem resultent propositiones, quas inconsequentia, sine crimine disponas. Admirabile profecto inuentum hominum. Primo duæ propositiones, quæ in antecedenti semper collocantur, tribus terminis, claudi nõ possunt, nisi alter repetatur, vt repetitione quatuor requita extrema fiant. Is ergo trium, qui in præmissis reassumptus est, medium est, & vocatur in syllogismo, cuius magna semper ratio habenda est. Vt pote princeps pars, ac præstantissima, omnium fundamentum, & clavis syllogismi, & veluti cor animalis, à quo omnis illi vita procedit: & in quæ proinde quouis syllogismo proposito conijciendi sunt protinus oculi. Vt in exéplo adducto li, homo, qui erat subiectum maioris, & prædicatum minoris: qui ea de causa potissimum medium vocatur: quod extremitates & secum, & inter se vniat, & velut medium contineat. In maiori enim coniungitur semper cum altera, & in minori cum reliqua: ex cuius copulatione medij cum extremitatibus, (vt exponemus) sequitur in consequenti connexio extremitatum inter se. Reliqui duo termini (quos hæcenus extremitates appellauimus) repetuntur, in conclusione. Sic mirabili ingenio & compendio, ex tribus terminis repetitis fiunt, omni negatione seclusa sex extrema, & tres propositiones: quæ quemadmodum simplices termini, ita propriam nomenclaturam sortiuntur. Nam prima in antecedens locata vocatur maior: secunda eiusdem antecedentis pars, minor: tertia est conclusio. Et quidem prima est maior, eo quod vniuersalior, & minorem in se continens, saltem in affirmatiuis, quorum ratio & natura nobis principaliter habenda est. Minor est vt maioris coarctatio eam ad conclusionem particularem inferendam trahens. Sicut causa particularis in naturalibus virtutem superioris efficientis ad particularem effectum producendum applicat. Sed quæris, quonam signo maior & minor dignoscantur? Nam situs vel scripturæ aut prolationis nõ est sufficiens: cum sæpe apud philosophos transponantur. Apud doctos, ac eruditos præua est vtriusque notitia. Maior enim se statim sua vniuersalitate prodit. At nouitijs vero (donec ad altiores disciplinas transeant,) manifestius aliud

signum, quam ipse situs dari, non potest.

¶ CIRC A H O S tres terminos obseruandum, est quod de extremis oppositionibus obseruandum tradidimus. Scilicet debere esse eosdem re, significatione, ac voce. Re, ne sint æquiuoci vlli eorum, aut (quod idem est) æquiuocè sumti: vt si dicas omnis canis est latrabilis, fidus est canis, ergo fidus est latrabilis, non valet: quia medium accipitur æquiuocè. Item hic, omnis mus est animal, mus est syllaba: ergo syllaba est animal. Nam mediū & si vniuocus sit, accipitur tamen æquiuocè, quoniã suppositio materialis, & formalis, & simplex variant acceptionis vniuocationem. Vnde & is non tenet, omnis homo currit, homo est species, ergo species currit. Itaque non tan respiciendum est, an vllus terminus sit æquiuocus, quam vtrum æquiuocè capiatur. Quod quando fieri potest, dignum est aduertatur. Medium ex tribus tantum in antecedenti æquiuocè sumi potest: vt quod repetitur: & tunc crimè istud cum reliquis, circa medium commissis (de quibus postea agemus) vocatur intrinsecum: vt pote quod intra antecedens existat. Reliqui duo non nisi in conclusione sumentur æquiuocè, vbi solummodo repetuntur. Ad hæc debent esse idè re, & apparatus, significatione (inquam) & voce, vt sint ad conuincendum apti, atque potest. Vnde non valet omnis petra est insensibilis, saxum est lapis: licet saxum & lapis sint synonymi. Nec is, omnis gladius percutit, mucro est ensis: ergo mucro vulnerat, quamquã gladius, ensis, percutit, vulnerat, synonymi existant. Tres ergo debent esse realiter & formaliter: vt omnis fraus auferatur, & consequentia ad concludendum contumacem efficacax sit.

¶ I N C O N T R A R I V M horum est, primo, quod in hoc syllogismo, cuiuslibet hominis equus currit, Petrus est homo, ergo equus Petri currit, sunt quatuor termini. I. hominis, equus, Petrus, currit, ergo non necesse est, tantum sint tres. Respondetur quatuor esse terminos non intelligi simplices, cum possint esse complexi, sed tres esse totales seu extrema. Li hominis equus facit reuera vnum subiectum, sicut & nonnumquam est complexum prædicatum, vt omne animal est viuens sensibile, omnis homo rationalis est animal, ergo omnis homo rationalis est viuens sensibile, nõ sunt in hoc syllogismo nisi tres termini, quod inferius fusius explicabitur: cum



## Liber quintus

appuerimus licere aliquando addere aliquid medio in altera præmissarum, & quid de addito sit agendum.

¶ **SECUNDO** Rhetores assignant quinque partes syllogismo. scilicet propositionem, & propositionis probationem, assumptionem, & assumptionis probationem, & conclusionem, quomodo ergo nos tantum tres syllogismi partes esse sensuimus. At nihil mirum diversa, immo opposita professi, diuersa præcepta tradant. Est autem tam proprium Rhetorum orationem verbis ac sententij dilatare, quam nostrum ingirum concludere. Præterea nos rem formalis, ac verius attingentes non vocamus partes syllogismi partium probationes: quibus ex illis quinque subductis nostræ dumtaxat tres remanere videntur. Huiusmodi vero distincta partium supputatio prouenit ex differenti stylo procedendi. Illi enim quorum est orationem quantum potuerint facundè protendere, profertur primo maiorem quam magno illico verborum apparatu corroborant: mox emittunt minorem, quam pluribus comuniunt: postremo longa peroratione, ac periodo multa cœnuo addentes concludunt. Dialectici vero integrum statim syllogismum proponunt, deinde si quæ pars probationem postulat, repetendo probant. Quod inde meo iudicio efficitur, quod oratores de rebus singularibus, & contingentibus tractantes, vtuntur in discursu rationibus dubijs, sæpe suspiciosis, nunquam ultra apparentibus. Ideo opus habent ex templo inspectata responsione confirmare: ne si nuda ratiocinatio proferretur frigida omnino appareret. Philosophi vero homines tales plerumque adhibent rationes: vt proprijs viribus se se tueantur.

### Lectio secunda.

**H**Æ SUNT PARTES materiales syllogismi. Quibus cognitis facile definitio patet. scilicet est consequentia formalis, in qua quibusdam positis, & concessis necesse est, aliud accidere, per ea, quæ posita sunt. Sed dices hanc definitionem, & inductioni, & cæteris modis arguendi pariter conuenire: in quibus dato antecedenti sequitur etiam conclusio. Præterea quid opus est concedantur in antecedenti posita, vt dicatur in definitione positis, & concessis: numquid & si non admittantur, protinus syllogismus nõ

valebit. Ad primum respondetur, hanc definitionem esse magistralè, & nihilominus sufficientè & bonà. Primo genus ipsum, scilicet consequentia formalis separat illud ab Inductione & multis alijs consequentia speciebus. Perli positis, & concessis ab Enthimemate, & alijs quibus non quædam, sed quoddam ponitur: & deum positis, & concessis, cum intelligatur dispositis, forma, & figura (de quibus dicere iam aggredimur) seingitur ab omnibus sufficienter syllogismus. Quem si magis concisè ac strictè definire velis, his verbis existimo perficeres. Est consequentia formalis, in qua virtute connexionis medij cum extremitatibus, sequitur connexio extremitatũ inter se se. In qua (vt cõstat) integrũ syllogismi ædificium, & mirabilis structura materialium insinuatur.

¶ **AD** secundum, si concessis, & si nõ penitus necessario, rationabiliter positũ est. Siquidẽ particula subsequens, necesse est aliud accidere, nõ modo significat cõclusionem inferri, sed cõclusionem concedi, ad quod necesse est antecedens concedatur. Quod auctor iuuenes de modo respondendi apud logicos cõtrecto instruis fecisse, videtur. Nã duplex est modus arguendi utilis, si proprijs locis teneatur. Primo ad aliquã conclusionem probandam adducitur ratio, vel ex causa confecta, vel ab effectu adducta, de quibus argumētis facultas est iudicandi respõdenti. S. sint ne vera, an falsa. Vt si probaretur, virum probum maxime sui amatorẽ esse, auctoritate primo, deinde ratione, sic. Impius odit animã suam (vt dicit psaltes,) ergo probus diligit se. Adhæc, vir iustus desiderat, quaritque sibi multo maiora, verioraq; bona, q̃; improbus, ergo iustus est maxime amator sui, cũ amor sit velle bonũ amato. His argumētis respõdēs perperdit protinus an positavera sint, vel dubia, amphibolica, & si quid in antecedens dubij vel falsi reperit, illic vel negando, vel distinguendo sistit. Quod si veræ præmissæ adducuntur, superest conclusionem trutinetur: an cum defectu, & fraude vel plane & strato calle inferatur. Is modus arguendi est proprius & philosophorũ, & theologorum. Est enim grauis, eruditus, ac naturalis. Alio pacto solet probatio induci cũ examine illationis à principio: maxime cum ostenditur vel possibilitas, vel necessitas, vel impossibilitas, aut repugnantia propositionis. Vt si probaretur huius possibilitas: tantum Petrus viuit, sic. Bene sequitur, oēs homines præter



Præter Petri mortui sunt, ergo solus Petrus viuit, antecedens est possibile, ergo & consequens. De quo modo arguendi videntur omnes illæ regulæ intelligendæ: quas capite conditionalium posuimus. Videlicet si consequentia est bona & antecedens est verum, consequens est verum, si bene sequitur, & consequens impossibile, antecedens est impossibile, & similes. Ut pote in quibus respondentibus bonitas illationis prius perpendenda obijcitur. Is modus est propriissimus dialecticorum, quorum non est res differere, sed consequentias disputare, cuius proinde apud eos frequens usus est, quo consequentionis efficacia virtus, infirmitas discutitur. Quo tñ inter philosophos crebro uti, & ridiculosum esset, & valde incongruū. Ut quorum seriosus conatus in notitia rerum humanarum ac diuinarum exhaurienda impendendus est, in examinatione consequentiarum expenderetur. In dialectica optimum est consilium is modus exercentur. Ut perpetuo (quod est eorū munus) dialectici in probatione consequentiæ versentur: in exteris vero, ac grauioribus disciplinæ aut nūquam, aut raro introducatur. Auctor ergo sumularum sic definitionem confecit, ut in ea vtriusq; responsionis consuetæ dialecticos admoneret. Ideo dixit positus & concessis.

¶ **S E D** N V N C iam tempus est singularius ac expressius quæ dispositio est hæc dicamus, trium terminorum, quæ cōnexio hæctenus tā celebrata. De quo prius dicemus, quid syllogismus in genere postulet, postmodū de eadem re operosius dicturi, cum ad singulas eius species peruentum fuerit. Primo de medio uti principali dicimus, debere esse totale extremū in altera præmissarum. Quia si extremū in neutra est, ambas reperiemus ad inferendum inhabiles. Tot erunt termini, ut nulla certa ratione in consequenti cohererent. Ut hæc, cuiuslibet hominis equus est codex, & cuiuslibet hominis seruus est ethiops, si genitiuus est medium (ut pote in antecedens iteratus) nullam conclusionem forma syllogista inferunt. At è contra non requiritur in vtraq; sit totale extremum. Potest enim impugne secū in altera quid admittere, cū quo totale vnū extremū constituat. Ut cuiuslibet hominis equus currit, Petrus est homo, ergo Petri equus currit. Id tamen iuinopere cauendū est, ne ratione additi de aliquo mediū verificetur, de quo sine illo non verificabatur

in altera, vbi erat totale extremum. Necessè est enim æqua lancea vtrobiq; sumatur: non magis extensum aut restrictum, sed summa æquabilitate eius suppositiones adæquetur. Quo circa is non est syllogismus: nulla materia est homo, Petrus est materia & forma, ergo non est homo. Siquidem additum forma facit materiam de Petro verificabilem, de qua sola non verificaretur. Et istæ sunt pariter inhabiles, nullus vir probus afficit contumelia inimicum, iste homo est viri probi mācipiū, ergo iste homo nō afficit cōtumeliā inimicum. Nam viri probi mācipium verificatur de aliquo, de quo non vir probus. Idem in copulatiuis & disiunctiuis. Ut nullum animal est lapis, omne saxum est animal vel substantia, ergo nullum saxum est lapis vel substantia. At si additum non efficit, ut medium verificetur de aliquo: de quo non vbi est totale extremum, nihil tunc periculi aut formidinis est. Ut omnis vis fortis est magnanimus, socrates est vir fortis & sapiens, ergo est magnanimus & sapiens. Cuius documentatio est, quod cum medium sit quasi basis syllogismi, debet esse maxime vniforme, & in quo nulla sit varietas, sed summa potius æqualitas. Vnde & generaliter (etiam si nihil medio adcopuletur) necessum est, ut ipsum eadem ampliacione & suppositione extremitatibus coherat. Nam si conclusionis extrema coherent virtute suæ connexionis cum medio, par est, ut æque sumptum ambo in antecedens iūgatur. Quoniam si quæ foret inæqualitas aut disparitas copulationis mediij, faciet consequentis compositionem claudicare. Quia accidere potest, ut ratione illius aut extensionis mediij in maiori conueniat cum extremo correspondenti, & disconueniat cum altero in alia propositione locato. Quæ nimirum ratio constabit, quàm euidentis, ac firma est, cum vis & robur syllogismi vnde sumatur, exposuerimus.

¶ **Q V O D** si dispensatione generalis hæc constitutio patitur, ut hic omne animal possibiliter est albū, coruū est animal, ergo possibiliter est albū, vbi animal in maiori ampliatur, nō itidē & in minori: & hic, omnis homo erit albus, Petrus est homo, ergo Petrus erit albus: Regula tamē hoc pacto est inflexibilis: s. ut vbi mediū nō distribuitur, nō accipiatur pro pluribus, quàm vbi distributum est. Ut nō sequitur: omne animal est homo, leo possibiliter est animal, ergo leo possibiliter est homo.

Nam



## Liber quintus

Nam animal vbi non distribuitur, stat magis ample. Et secundo, quòd vbi altera præmissarum fuerit negatiua (vt sæpe contingit) in affirmatiua siue distribuatur, siue non distribuatur, nullatenus, debet magis extensè quam in negatiua supponere, nec minus restrictè. Semper enim id inuenitur esse vitium atq; defectus. Et ideo generaliter obseruandum est, vt in affirmante, negatiuæ ambitum non excedat. Vnde hæ sunt inhabiles, nullus equus currit, omnis equus possibiliter est albus, ergo albus possibiliter currit.

¶ Itaq; medium debet esse totale extremum saltem in altera præmissarum: in reliqua & si quid secum admittat, non debet ratione illius de pluribus verificari, quã vbi totale extremum existit. In cuius expositione obiter adieci-mus, vt etiam si nulla sit prorsus additio, supponatur æque in vtraque, vel saltem vbi non distribuitur, non se ad plura extendat, quam distributum extendebatur.

¶ EXIGIT secundo dispositio medij, vt in altera vel ambabus cõplete distribuatur. Complete vero distribui est, primo vt nõ dependenter ab resolutione aliqua sincathegorematica. Quare hæ sunt inhabiles. Possibilitèr omne animal est homo, leo est animal. Sed indiuisa bene sequitur. Omne animal possibiliter est homo, leo est animal, ergo leo possibiliter est homo. At si admittuntur propositiones inconuetæ de prædicato distributo, is valet. Homo est omne album, lapis est album, ergo lapis est homo. Nam similis dependentia prædicati à subiecto sufficientiam distributionis medij non tollit. Distribui demum incomplete est, vt secundum illam acceptio-nem non supponat pro omnibus. Quare hæ sunt habiles, omnis homo albus currit, Petrus est homo albus ergo Petrus currit. Hic vero Adam fuit omnis homo, & Plato fuit homo, ergo Plato Adam fuit, non valet. Quia omnis homo supponit dependenter ab tempore determinato copulæ. Diximus in vna vel ambabus. Quia si medium est copulatum, sat est, vnaqueq; pars seorsim in singulis præmissis distribuatur. Vt omnis homo & equus est sensibilis, omne animal est homo & quilibet equus, ergo omne animal est sensibile. Tertio obseruetur, ne medium intret conclusionè. Quia conclusio est extremitatum connexio ex connexione medij proueniens: vnde non debet ingredi. Alias ipsa sola conclusio foret integer syllogismus: vt pote continens

medium & extrema. Quamquam ad euitandum aliquem logicalem defectum potest in angulo consequentis collocari. Vt omnis cõsequencia est bona vel mala, omnis consequentia est propositio, præmissæ rite dispositæ nõ possunt, nisi medium intret, recte quicquam inferre. Sic, ergo propositio in quantum consequentia, est bona, vel mala. Quia sine re-duplicatione consequens est falsum. s. ergo propositio est bona vel mala, itidem omnis motus est actio, & omnis motus est passio, ergo actio in quantum motus, est passio.

¶ CIRC A extremitates præter vniuocationem quam (vt diximus) necessario habituræ sunt, id tantum superest, obseruetur: vt sint totalia extrema in præmissis, & etiam in cõclusionè, nisi quid cum medio se teneat in antecedens, quod debet inferri. Ratio huius documenti est alia regula non minus vniuersalis, nec celebris. Nempe non debere concludi, nisi quæ erant in antecedens demto medio. vnde cum in antecedens medium tantummodo ac extremitates collocarentur (nisi quid medio foret additum) non superest quod cõcludi possit, nisi duplex extremitas. Concluduntur autem hac forma. Maior extremitas eodem casu, quo erat medium in minori, & minor extremitas, quo erat medium in maiori. Itaq; sequuntur extrema in conclusionè: causa medij ordine cõmutatos: isdemq; ordo seruatur in addito medij, si quod est concludendum, quatum ad hoc: quòd si est cum medio maioris, infertur cum minori extremitate: & si cum medio minoris erat, coniungitur cum maiori extremitate. Quòd manifestissime appositis exemplis intelligitur. Vt cuiuslibet hominis equus currit, Petrus est homo: Petrus minor extremitas, concluditur in genitiuo, in quo est medium minoris. Scilicet ergo Petri equus est animal. Et hic, quilibet homo est animal, Brunellus est omnis equus: maior extremitas animal, immittatur casum medij minoris: sic collocatur in genitiuo: ergo Brunellus est animalis equus. Hac forma in consequentia tantum ea omnia concluduntur præter medium, quæ erant in antecedenti. Vnde necessario extremitates erunt totalia extrema tan in antecedens: quam consequens, nisi additum aliquod fuerit medio, quod vicibus cõmutatis, & certa ratione extremitatibus in conclusionè consuitur. Igitur hæc cõtextura partium, & hæc omnium terminorum mutua cohærentia, & colligatio est admirabilis



bilis ac ingeniosa compositio syllogismi. Ipsa scilicet trium terminorum, & totidem propositionum artificiosa dispositio. Habemus itaque & quæ sit materia propinqua, & remota syllogismi, quid forma, quæque definitio.

## Caput secundo.

### TEXTVS.

**FIGVRA EST** ordinatio trium terminorum, secundum debitam subiectionem, & prædicationem: quæ fit tribus modis. Nam si medium subijcitur in vna, & prædicatur in altera est prima figura. Vt omne animal est substantia, omnis homo est animal: ergo omnis homo est substantia. Quando medium in vtraque prædicatur, est secunda. Vt nullus lapis est animal, omnis homo est animal: ergo nullus homo est lapis. Tertia est, si medium subijcitur in ambabus præmissis. Vt omnis homo est animal, omnis homo est substantia: ergo substantia est animal.

**MODVS** est ordinatio duarum propositionum in debita quantitate & qualitate. Debata quantitas est, vt ad minus altera præmissarum sit vniuersalis: possunt autem ambæ esse vniuersales. Debata qualitas est, vt vna ad minus sit affirmatiua, ambæ tamen possunt esse affirmatiuæ. Vnde tales dantur regulæ vniuersales cuiuslibet modo, & figuræ. Prima: ex puris particularibus nihil sequitur. Secunda: ex puris negatiuis nihil sequitur. Tertia: si

aliqua præmissa fuerit particularis, itidem & conclusio, & si altera fuerit negatiua, similis inferatur conclusio. Hæc autem illatio fit dupliciter, directè. scilicet & indirectè. Quando maior extremitas prædicatur de minori in conclusione, concluditur directè: quando vero minor de maiori, in directè.

## Lectio Vnica.



**I**LLA EST SYLLOGISMI natura, quam cap. superiori aperuimus, sed quemadmodum natura animatis est viuens sensibile, supra quod singula in orbe reperta quid addunt, vt homo rationale, equus, hinibile, leo, rugibile, ita syllogismo vsu venit, quia est velut animal vniuersale quoddam multis speciebus. Igitur de syllogismo hactenus pertractatum, nunc de eius speciebus, vbi & materia, & notitia, prior perficitur. Multiplicat autem, & constituit syllogismum, in specie modus, & figura. Hæc est dispositio trium terminorum, & maxime medij in subijciendo, & prædicando. Modus autem dispositio propositionum. Itaque figura est circa materiam remotam, modus circa propinquam. Syllogismus in communi habet, vt medium connectatur extremitatibus, figura est, vt coglutinetur in ratione subiecti, & prædicati. Dispositio autem huiusmodi potest, esse triplex. scilicet vt sit, vel subiectum vnius, & prædicatum alterius. Vt omnis homo est animal, Petrus est homo. Et est prima, & princeps omnium: vt pote cæteris ad discurrendum, & concludendum accommodatior. A cuius id circo medij dispositione terminus sumtus in omnifigura medium appellatur. Habet enim propriè medij situm. Quia subijcitur vni extremitatibus, & prædicatur de altera. Et vtriusque conditionem obtinet, licet alia etiam ratione vniuersaliori, (vt diximus,) tale nuncupetur. Scilicet quod & in se extrema coniungebat, ac inter sese eadem in consequenti. Si vero in ambabus prædicatur, est secunda. Vt nullus homo est lapis, omne saxum est lapis: ergo nullus homo est saxus. Si vero vtrobiq; subijcitur, est tertia. Vt omnis color est qualitas, nullus color est substantia, ergo qualitas non est substantia. Antipophora obijcies, secunda potius erat prima vocanda. Quæ dignior eo videtur, quod medium vtrobiq; prædicetur, quod est præstantius. Dicendum, quod  
et si



et si sublimius sit prædicari, quam subijci: me-  
dio tamen multo conformius est, vt in me-  
dio consistat, & vices alternet. Nec respicien-  
dū est, qui de se sit excelsius, sed quid vnicui-  
q; convenientius. Et ideo prima figura in ra-  
tione syllogismi præstat cunctis: quia mediū  
aptissime in ea collocatur. Modus autem est  
dispositio, ac exigentia quantitatis, & qualita-  
tis propositionū. Nam cū tres requiratur: hu-  
cuiq; quantæ, & quales esse debeant, non est  
traditum. Igitur quid in singulis requiratur,  
postmodum dicemus: nunc quid in omnibus  
opus sit, expandamus. Debita quātitas est, vt  
saltem vna sit vniuersalis: & debita qualitas,  
vt vna sane ad minus sit negatiua. Ex quo  
duæ regulæ textuales eliciuntur. Nēpe nec  
expuris particularibus, neq; expuris negati-  
uis quid quā sequi.

¶ **PRO QVAVM** notitia aduerte,  
quod duplex est Syllogismus, alter de medio  
communi, alter de medio singulari, qui expo-  
sitorius appellatur. Vt Petrus est homo, &  
Petrus currit: ergo homo currit. Prior est no-  
bilio, qui ad disciplinas comparandas acom-  
modatur: expositorius non tam intellectu-  
alis, quam sensualis Syllogismus, seu sensibus  
expositus est. Vt pote in singularia constitu-  
tus, de quo proinde postmodum sermo re-  
uertetur. Nunc hæc tota doctrina de priori  
Syllogismo intelligitur. In his ergo vna saltē  
debet esse vniuersalis, nec ex ambabus singu-  
laribus quicquam inferitur. At singularē pro-  
positionem in arte Syllogistica dupliciter es-  
se contingit: primo, quæ 2. libro diffinita  
est, in qua subijcitur terminus communis abs-  
q; signo vniuersali distributus, vel cum signo  
particulari modificatus, vel sine vllō prorsus  
signo, vbi & indiffinitas conclusimus. Alio  
modo accipitur propositio particularis, vbi  
nō distribuitur mediū, etiā si subiectū distri-  
buatur. Vt hic, omnis homo est animal, om-  
nis leo est animal, cum ambæ sint de se vni-  
uersales, quantū ad inferendū syllogisticē am-  
bæ particulares sunt. Quoniam in neutra me-  
diū distribuitur. Vnde si inferres, ergo leo est  
homo, non valeret, quia ex puris particulari-  
bus particularitate mediij, nihil sequitur. Vtra-  
q; acceptione in hoc quinto libro vtimur pro-  
miscuē. Primo hæc regula, vt saltem vna de-  
beat esse vniuersalis, intelligitur vtraquæ v-  
niuersalitate. Scilicet quod debet absolute v-  
niuersalis esse, & mediū distribui. Causam hu-  
ius cū de distributione mediij tractaretur, ex-

plicuimus. Qualitas est, vt saltē altera sit affir-  
matiuā. Nam cum in negatiuis extremitas de  
medio negetur, vel mediū de extremitate, ni-  
hil ex ambabus negatiuis poterit colligi. Quia  
ex hoc, quod duo nō sunt vnū tertium, nec de-  
ducitur inter se, aut esse, vel nō esse. Quid. n.  
inferes ex hoc, quod Petrus & Paullus sigilla-  
tim nō sunt lapis: necesse est ergo, si ex cōne-  
xione mediij cum extremitatibus cōclusio in-  
ferēda est, altera sit affirmatiua. Cū quo. 1. &  
2. regula explicata est. Tertia & 4. sunt de  
cōclusionē, sicut priores erant de antecedēti.  
¶ **PRO** quarū notitia cōsiderato, quod que  
madmodū diximus copulatiuā sequi debilio-  
rē partem, ita nunc de cōclusionē. Nempe se-  
qui semper debiliore partē antecedentis. Nā  
cum duplex sit eius pars, contingit, vt altera  
sit vniuersalis, altera particularis, altera affir-  
matiuā, altera negatiua, altera possibilis, alte-  
ra impossibilis, altera necessaria, altera cōtin-  
gens, altera scita, altera opinata: & cum con-  
clusio ex cōnexionē præmissarum inferatur,  
est dialecticorū axioma semper conclusionē  
infirmiori parti antecedenti responsurā. Lā-  
guidior est opinio quā scientia, fides quā opi-  
nio, contingens quā necessaria: impossibilis,  
quā possibilis, negatiua quā affirmatiua, parti-  
cularis, quā vniuersalis. Vnde si ex præmissis  
altera est negatiua, cōclusio erit negas, si alte-  
ra particularis, & cōclusio Ex quo axioma  
quidā locus generalis arguēdi progreditur. s.  
si cōsequētia est bona, & altera pars antece-  
dētis est cōtingens, vel credita, vel opinata,  
vel quid debile, & inferius inter qualitates p-  
positionibus cōpetētes excepta falsitate, (ex  
qua sequitur verū) cōclusio plerūq; talis erit.  
Alia ratio etiā illarum regularū est, atq; pro-  
prior, nēpe quod si altera est particularis, &  
cōclusio vniuersalis, argumētābimur (vt plu-  
rimū) a nō distributo ad distributū, & si vna  
præmissarū est negatiua, cū in ea fiat separa-  
tio mediij ab altera extremitate, nō potest ex  
hoc, quod separatur extremitas a medio, col-  
ligi cōueniat cū altera. Sed potius quia altera  
extremitas cōcordat cū medio (vt dicit affir-  
matiuā) decerpitur, quod extremitates disti-  
gātur. Sic necessario debet pariter esse negati-  
ua. At est valde attēdēdū quādo p-  
positiones sunt negatiuæ: quia sæpi⁹ reuera affirmatiua:  
apparet negatiua. Nā valet oīs color cōtingē-  
ter nō est qualitas, omnis albedo contingē-  
ter nō est color: ergo omnis albedo con-  
tingenter nō est qualitas: quia omnes sunt  
affir



affirmantes, (vt patet,) ex modalibus, tamen si formalis negatio inferatur. Siquidem idem est contingenter quicquam esse, vel facere, & non esse, vel facere. Vnde & ex affirmatiuis inferitur conclusio negatiua in hoc argumento, omne viuens cōtingenter est album, omne animal possibiliter est viuens: ergo omne animal contingenter, non est album. Etenim conclusio est velut premissæ, affirmatiua. Idem in copulis mixtis: vt omne animal est, vel non fuit coloratum, homo est & nō fuit animal, ergo homo est vel non fuit coloratū. Itidem in exclusiuis quia includunt affirmationem, & negationem: valet. Tantum homo non est irrationalis, tantū homo non est brutum, ergo brutum est irrationale. Vnde signanter dictum est, quōd ex puris negatiuis nihil sequitur, omnes autem hæ premissæ non sunt purè negantes. Et ideo non includūt ipsa regula. Vltimo tandem notandum dupliciter inferri conclusionem, directè, & indirectè. Cum maior extremitas est prædicatum in conclusione directè concluditur: quod maximè refert pro notitia modorum, quos sæpe nullum aliud discrimen diuersos reddit, nisi rectitudo concludendi. Quibus quidem in genere documentis suppositis superest ad figuras speciales, earumq; modos enuncandos composito gradu accedamus.

### Cap. 3. De prima figura.

TEXTVS.



**P** R I M A F I -  
gura habet nouē  
modos: modus  
autem (vt dixi-  
mus) est debita  
dispositio quantitatis, & qua-  
litas trium propositionum  
Syllogismi. Qualitas autem,  
& quantitas denotatur in no-  
minibus modorum his qua-  
tuor vocalibus. a. e. i. o. Alpha  
significat vniuersalem affir-

matiua. E, vniuersalem ne-  
gatiua. I, particularem affir-  
matiua. O, particularem ne-  
gatiua. Modi igitur nouē  
sic nominantur Barbara, Ce-  
larem, Darij, Ferio, Baralip-  
ton, Celantes, Dabitis, Fapes-  
mo. Frisefomorum.

V T plurimum vnum quodque nomen clau-  
ditur tribus Syllabis: & omnes tres priores  
constant semper tribus illarum quattuor vo-  
calium. Igitur tres priores syllabæ solūmodo  
significant, si quæ fuerint plures, gratia carmi-  
nis adiectæ sunt. Et ex tribus prima represen-  
tat maiorem Syllogismi, secunda minorem,  
tertia conclusionem. Præterea ex his nouem  
modis, quattuor priores concludunt directè,  
quinq; indirectè. Barbara constat ex duabus  
vniuersalibus affirmatiuis, vniuersalem affir-  
matiua directè cōcludentibus. Vt omne cor-  
pus est substantia, omne viuens est corpus, er-  
go omne viuens est substantia. Celarent con-  
stat ex maiori vniuersali negatiua, & minori  
vniuersali affirmatiua: negatiua vniuersalē  
directè concludens. Vt nullum animal est la-  
pis, omnis homo est animal, ergo nullus ho-  
mo est lapis. Darij tertius modus constat ex  
maiore vniuersali: affirmatiua: & minore par-  
ticularem affirmatiua directè concludenti-  
bus: vt omne animal est substantia: quidā ho-  
mo est animal, ergo quidam homo est substā-  
tia. Ferio quartus modus constat ex maiore  
vniuersali negatiua, & minori particulari af-  
firmatiua: particulare negatiua directè con-  
cludentibus: vt, nullum animal est lapis: quidā  
homo est animal: ergo quidam homo non est  
lapis. Baralipton quintus modus constat ex  
duabus vniuersalibus affirmatiuis: particula-  
rem affirmatiua indirectè concludentibus:  
vt, omne animal est substantia: omnis homo  
est animal: ergo quædā substantia est homo.  
Et reducitur ad primū modum primæ figuræ  
per conuersionem cōclusionis per accidens.  
Celantes sextus modus constat ex maiore  
vniuersali negatiua: & minore vniuersali af-  
firmatiua: vniuersalem negatiua indirectè  
concludentibus: vt, nullum animal est lapis:  
omnis homo est animal: ergo nullus lapis  
est





est homo. Et reducitur ad secundum modum primæ figuræ conclusione conuersa simpliciter. Dabis septimus modus constat ex maiore vniuersali affirmatiua: & minori particulari affirmatiua: particularem affirmatiuam indirecte concludentibus: vt omne animal est substantia: quidam homo est animal: ergo quedam substantia est homo. Et reducitur ad tertium modum primæ figuræ, conclusione conuersa simpliciter. Fapesmo octauus modus constat ex maiore vniuersali affirmatiua, & minore vniuersali negatiua: particularem negatiuam indirecte concludentibus: vt, omne animal est substantia, nullus lapis est animal: ergo quedam substantia non est lapis. Et reducitur ad quartum modum primæ figuræ: maiore conuersa per accidens: & minore simpliciter: & per transpositionem præmissarum. Fisesomorum nonus modus constat ex maiore particulari affirmatiua: & minore vniuersali negatiua: particularem negatiuam indirecte concludentibus: vt, quoddam animal est substantia, nullus lapis est animal: ergo quedam substantia non est lapis. Et reducitur iste modus ad quartum modum primæ figuræ maiore & minore conuersis simpliciter: & per transpositionem præmissarum.

Lectio vnica.



**D**RIORE MEDIETATE textus præsupposita, vt pote nullius expositionis, sed lectionis indigentis: pro notitia alterius clariori aduerte. Quod

Petrus hispanus breuitatis (vt decebat) amator sub eodem modo comprehendit subalternatam conclusionem, sub quo subalternatam. Vnde, Barbara, concludens vniuersalem affirmatiuam, concludit etiam particularem affirmatiuam subalternatam illius. Vnde is Syllogismus, omne animal est corpus, omnis homo est animal, ergo homo est corpus est in barbara. Illæ enim præmissæ concludunt hanc, omnis homo est corpus subalternantem illius. Quod quanta ratione fecerit patet intuenti: cum in conclusione propria vniuersali subalternanti contineatur actu ipsa subalternata, essetque, modum specialem ad eam inferendam constituere, verba profundere. Et potuisset etiam maiori compedio, vt, (vt in calce lectionis dicemus.) Igitur quamquam in textu modi seorsum disserun-

tur, omnes tamẽ certo ordine, ac ratione colliguntur. Duæ enim propositiones nõ possunt ita penes quantitatem: & qualitatem variari, vt plures modi, quam nouem colligantur. Ideo hi tantummodo collecti sunt. Quod (vt constet) aduertendum est, quod quadrifariam mutatur duarum quantitas propositionum. Nam ambæ vel sunt vniuersales, vel particulares, aut mixtæ. Prima vniuersalis, & secunda particularis, vel è conuerso. Quarum quælibet combinatio rursus penes qualitatem diuersa fit quadrupliciter. Sic quatuor quater sumta sunt sexdecim combinationes: ex quibus vtilis, & comoda tantum nouem repertæ sunt.

Quod semel pro omnibus figuris exponamus. **PRIMA** IN quantitate conglutinatio sunt duæ vniuersales, si sunt affirmatiuæ produciunt vniuersalem affirmatiuam in Barbara: & particularem affirmatiuam, in qua prior per accidens conuertebatur, in Baralipton. Plures inferre non potest. Si ambæ sunt negatiuæ, cum ex negatiuis nihil inferatur, coniugatio est inutilis. Si vero prima est affirmatiua, secunda negatiua, vt omne animal est substantia, nullus lapis est animal, tatum possunt particularem negatiuam indirecte concludere. Quia si directe concluderent, progredieremur ex parte maioris extremitatis à non distributo ad distributum. Sic generatur Fapesmo, Propter eadem rationem nõ concludit vniuersalem negatiuam. Si autem contra, maior est vniuersalis negatiua, & minor vniuersalis affirmatiua, vt nullum corpus est spiritus, omne animal est corpus, est combinatio multum fecunda. Nam potest generare vniuersalem negatiuam directe, vt, ergo nullum animal est spiritus. Sic nascitur Celarent. Et potest exire etiam vniuersalis pariter negatiua indirecte, vt conuertens illius, nullus spiritus est animal: ita produciunt Celantes. De subalternis harum negatiuis non opus est, seorsum meminisse. Cum supra generali præceptione constitutum nobis sit, sub eodem modo subalternatam contineri, quo subalternas eius infertur. Itaque exprima cogitatione. scilicet duabus vniuersalibus penes qualitatem variatis emanant quinque modi, scilicet Barbara, Celarent, Celantes, Baralipton, Fapesmo. Secunda combinatio. scilicet vt ambæ sint particulares, cum alijs quatuor penes qualitatem ex ea confurgentibus sunt prorsus infrugifera. quia ex puris particularibus cuiuslibet qualitatis, nihil deducitur. Si vero maior est vniuers-



vniuersalis & minor particularis (quæ est tertia coniugatio, penes quantitatem) tunc si ambæ sunt affirmatiuæ, vt omnis homo est rationalis, Petrus est homo: concludunt particularem affirmatiuam directe. Vnde consurgit, Darij, & indirectè eandem in Dabitis, plures concludere non queunt. Quia necessario conclusio debet esse, & particularis sicut altera præmissarum per regulam, & affirmatiua: quales sunt ambæ præmissæ. Si vero vtraque est negatiua nihil. Si prima affirmatiua, & secunda negatiua: vt omne animal est viuens, arbor non est animal: directe cõcludere non possunt: quia argumentaretur ex parte maioris extremitatis à non distributo ad distributum, nec indirectè, quia ex parte minoris extremitatis cõmitteretur idem defectus. Si vero maior est negatiua, & minor affirmatiua: vt nullus equus est arbor, Brunelus est equus concludunt directe particularem negatiuam per regulas superiores. Sic gignitur Ferio quartus modus perfectus. Indirectè, concludere non valent, quia ex parte minoris extremitatis fieret consecutio, à non distributo ad distributum. Hactenus de tertia combinatione quantitatis.

**¶ Q V A R T A** est, si maior fuerit particularis, & minor vniuersalis. Tunc si ambæ affirmant, sunt incapaces: quia medium nullibi distribuitur. Vt pote quod est prædicatum minoris vniuersalis, & maioris particularis subiectum. Si negant a fortiori erunt inæptæ. Si maior est affirmatiua, & minor negatiua, tunc concludunt indirectè particularem negatiuam vt animal est viuens, nulla arbor est animal: ergo viuens non est arbor. Sic fit, Frisefomorum. Directè concludere non queunt (vt constat intuenti) si vero maior est negatiua, & minor affirmatiua, medium in neutra distributionem habet, & sic sunt inconcinæ & insufficientes. Ecce ex sedecim combinationibus, quas hactenus perlustrauimus, tantum nouem vtiliter reperimus. Scilicet, Barbara, Celarent, Darij, Ferio, Baraplipton, Celantes, Dabitis, Fapesmo, Frisefomorum. Sed duo sunt apprimè consideranda: nempe posse ad minorem numerum modos primæ figuræ facile, ac verè redigi. Nam omnis modus concludens propositionem aptam, vt cõuertatur simpliciter, quales sunt vniuersalis negatiua & particularis affirmatiua: necesse est, inferat & cõuersam, & conuertentem. Sic Celantes sopietur in celarent, Dabitis obruetur in darij. Qui

nimo & Baraplipton in Barbara inuoluetur. Quia inferunt præmissæ cõuersam eius. Vt quemadmodum inferens sub alternantem infert pariter idem numero & subalternatam, ita fieret in conuertentibus. Nisi quòd sunt quædã propositiones huiusmodi, quæ obscure nimis ac difficulter conuertuntur simpliciter. Scilicet, de extrinseco tempore, & vbi aliqua est appellatio maxime modi modalis, (vt proprio in loco conuersionum adnotauimus.) Ob id prudenter Petrus Hispanus separatim hos modos cõnumeravit. Secundò animaduertito, esse propositiones in duplici differentia, alias vsitatas, quibus & in communi conuictu, ac tractatione reipublicæ, & in disciplinarum acquisitione vtimur: de quibus dumtaxat auctor (vt decebat) in hoc syllogismorum tractatu disserit: Aliæ sunt inconuetae, ac pænè barbaræ: vt cum prædicatum in affirmatiua distribuitur, vt homo est omne animal, vel cum in negatiua (vt illi arbitratur) non distribuitur, vt Petrus homo nõ est. Ex quibus aliquæ combinationes validæ formari possunt: quas velut inutiles merito nos exclusimus. V.g. si maior est particularis affirmatiua, & minor vniuersalis affirmatiua, nihil (vt supra falsi sumus) infertur, quia medium nullibi distribuitur: at si sunt inconuetae distribuetur, utiq;. Et sic ablato defectu inferent: vt animal est sensibile, & omnis homo est omne animal, ergo omnis homo est sensibilis. Idem est à parte conclusionis. Vt cum maior est vniuersalis affirmatiua, & minor particularis negatiua: vt omne animal est quantum, lapis non est animal, diximus, erat inutilis, cū nec indirectè nec directè sine defectu inferre posset à non distributo ad distributum: at si conclusio est inconueta, infert utroque modo, scilicet lapis quantum non est, vel quantum lapis non est. Sed nos auctoris prudentiam imitari debemus, atque sobrietatem, nunquam Syllogismos, nisi ex propositionibus consuetis accongruentibus formando.

## Caput quartum, De secunda Figura.

### TEXTVS.





**E SECUNDA** figura, tales dantur regulæ. Maiori existenti particulari nihil sequitur. Secunda ex puris affirmatiuis, nihil sequitur. Tertia est precedentium appendix. Semper in secunda figura conclusio est negatiua. Secunda figura habet quatuor modos. Cesare, Camestres, Festino, Baroco. Cesare constat ex duabus præmissis maiori vniuersali negatiua, & minori vniuersali affirmatiua, vniuersalem negatiuam directe concludentibus. Vt nullus lapis est animal, omnis homo est animal: ergo nullus homo est lapis. Per hanc formam constant ex vocalibus, reliqui. Omnes. n. cōcludunt directe.

**CAMESTRES** secundus modus constat ex maiori vniuersali affirmatiua: & minori vniuersali negatiua: vniuersalem negatiuam directe concludentibus: vt, omnis homo est animal: nullus lapis est animal: ergo nullus lapis est homo. Et reducitur iste modus ad secundum modum primæ figuræ: minori & conclusionem conuersis simpliciter: & per transpositionem præmissarum. Festino tertius modus constat ex maiore vniuersali negatiua: & minori particulari affirmatiua: particularem negatiuam directe concludentibus: vt, nullus lapis est animal: quidam homo est animal: ergo quidam homo non est lapis. Et reducitur iste modus ad quartum modum primæ figuræ maiore conuersa simpliciter. Ba-

roco quartus modus constat ex maiore vniuersali affirmatiua: & minori particulari negatiua: particularem negatiuam directe concludentibus: vt omnis homo est animal: quidam lapis non est animal: ergo quidam lapis non est homo. Et reducitur ad primum modum primæ figuræ per impossibile. Reducere autem per impossibile est ex opposito conclusionis cum altera præmissarum inferre oppositum alterius præmissæ. Sumatur enim oppositum conclusionis, scilicet omnis lapis est homo, eum hac maiori, omnis homo est animal, & arguatur sic, omnis homo est animal: omnis lapis est homo: ergo omnis lapis est animal. Que conclusio est contradictoria minoris.

Lectio Vnica.



**QVM SECUNDA** figura medium habeat in ambabus prædicatum: & medium in omni figura necessario distribuendum sit, sequitur non debere vnquam esse ambas præmissas affirmatiuas. Quia in similibus si sunt consuetæ, nunquam prædicatum distribuitur, ergo necesse est altera præmissarum sit negatiua, & per conseques conclusio ( vt postulat regula generalis præcedens.) Vnde omnis modus huius figuræ constat & ex præmissa aliqua, & conclusione negatiuis: vt patet singulos discurrenti. In propositionibus vero inuistatis possunt quidem syllogismi secundæ figuræ, ex puris affirmatiuis reperiri: sed id nostra non refert. Ex quibus infertur prima regula textus: nempe maiori existente particulari nihil sequitur. Quia subiectum maioris, quod tunc non distribuitur, debet esse prædicatum conclusionis: quæ cum semper debeat esse negatiua, distribuitur. Sic argumentaremur cum defectu distributionis. Quo circa si indirecete inferres, teneret. Vt homo non est color, omnis albedo est color, ergo homo non est albedo. Sed Petrus Hispanus nullum modum nec in secunda, nec in tertia figura indirecete concludentem, sed tantum in prima constituit: quos tamen si quis ponere voluerit, minime obsistat. Quatuor vero ab auctore positi, eadē ratione, & via qua præcedentes primæ figuræ, colliguntur. Supposito, namque, debere semper directe concludi: tantum hos quatuor ex sexdecim combinationibus commodas, & frugiferas offendes. Et rationi statim arridet: vt sic nec affirmatiuæ ambæ, nec negatiuæ possint,



sint, nec maiori existenti particulari, multo plures combinationes hęc; prius euanescent. Vbi fere omnes modi concingendi inueniebantur prodesse.

### Cap. 5. De tertia Figura.

TEXTVS.



**E** TERTIA  
Figura tales dan-  
tur regule. Mino-  
ri existenti nega-  
tiua nihil. Secun-

da. Conclusio semper est particularis. Sunt autem huius figuræ sex modi, scilicet Darapti, Felapton, Disamis, Datisi, Bocardo, Ferison.

**DARAPTI PRIMVS MODVS** constat ex maiori vniuersali affirmatiua, & minori vniuersali affirmatiua, particularem affirmatiuam directe concludentibus, vt, omnis homo est substantia, omnis homo est animal, ergo quoddam animal est substantia. Et reducitur ad tertium modum primæ figuræ minori conuersa per accidens. **FELAPTON** secundus modus constat ex maiori vniuersali negatiua, & minori vniuersali affirmatiua, particularem negatiuam directe concludentibus, vt, nullus homo est lapis, omnis homo est animal, ergo aliquod animal non est lapis. Et reducitur ad quartum modum primæ figuræ minore conuersa per accidens. **DISAMIS** tertius modus constat ex maiori particulari affirmatiua, & minori vniuersali affirmatiua, particularem affirmatiuam directe concludentibus, vt, quidam homo est substantia, omnis homo est animal, ergo quoddam animal est substantia. Et reducitur ad tertium modum primæ figuræ maiori & minori conuersis simpliciter, & per transpositionem præmissarum. **DATISI** quartus modus constat ex maiori vniuersali affirmatiua, & minori particulari affirmatiua, particularem affirmatiuam directe concludentibus, vt, omnis homo est substantia, quidam homo est animal, ergo quoddam animal est substantia. Et reducitur iste modus ad ter-

tium modum primæ figuræ minori conuersa simpliciter. **BOCARDO** quintus modus constat ex maiori particulari negatiua, & minori vniuersali affirmatiua, particularem negatiuam directe concludentibus, vt, quidam homo non est lapis, omnis homo est animal, ergo quoddam animal non est lapis. Et reducitur ad primum modum primæ figuræ per impossibile. Sumatur enim oppositum contradictorium conclusionis cum minori, & inferatur oppositum maioris, vt, omne animal est lapis, omnis homo est animal, ergo omnis homo est lapis. **FERISON** sextus modus constat ex maiori vniuersali negatiua & minori particulari affirmatiua, particularem negatiuam directe concludentibus, vt, nullus homo est lapis, quidam homo est animal, ergo quoddam animal non est lapis. Et reducitur ad quartum modum primæ figuræ minori conuersa simpliciter.

### Lectio vnica.



**R**EGVLARVM CAVSAM, & fundamentum naturæ tertiæ figuræ præfert. Nam cum medium debeat esse vtroque subiectum, si minor est, negatiua, maior affirmatiua (nam negatiua esse pariter non potest,) non habebit prædicatum distributum, & tamen necesse est illud inconsequenti distribuatur, cum conclusio debeat esse negatiua. Atque ex eadem radice & fonte oritur, necesse fore, conclusionem esse particularem. Quia non poterit minor extremitas distribui, si minor propositio debet esse affirmatiua, cuius proinde prædicatum non distribuatur.

### Caput sextum.

TEXTVS.



**U**IS AVTEM & robur syllogismorum ex triplici capite constat. Primo quod est per se cõpertum esse idem inter se quæcumque sunt eadem formaliter vni tertio. Quod est cõnexio medij. Cum extremitatibus Syllogismi.



## Liber quintus

**HOC FUNDAMENTVM** subseruit directè affirmatiuis. Secundo quia dici de omni est nihil subsumere subsubiecto, de quo non dicatur prædicatum, & dici de nullo, vt de omni subsumto subsubiecto, negetur prædicatum. Tertio pro modis imperfectis, circa quod est aduertendum, quod cum omnes modi sint decem & nouem tribus versibus contenti. i. Barbara, Celarent, Darij, Ferio, Baralip-ton, Celantes, Dabitis, Fapesmo, Friesomorum, Cesare, Camestres, Festino, Baroco, Darapti, Felapton, Disamis, Datifi, Bocardo, Ferison. Quatuor tantum priores sunt perfecti, reliqui dicuntur imperfecti (id est) non æquè efficaces, ac euidentes. Perfecti sunt Barbara, Celarent, Darij, Ferio. Et quia omne imperfectum reducitur ad perfectum & regulam per illud capit, hinc est, quod omnes modi imperfecti, tã primæ figuræ, quã ceterarum figurarum referuntur ad illos quatuor, qui incipiunt aliqua harum consonantium. B. C. D. F. quibus reliqui etiam inceptant vniuersi. Omnes ergo inchoantes litera. B. reducuntur ad Barbara. Vt sunt Baralip-ton primæ figuræ, Baroco secundæ, Bocardo tertiæ. Quorum vero initialis est. C. ad Celarent. Vt sunt Celantes, Celare, Camestres. Incipientes vero. D. trahuntur ad Darij. Qui sunt Dabitis, Darapti, Disamis, Datifi. In. F. autem inchoantes ad Ferio. i. Fapesmo, Friesomorum, Festino, Ferison. Itaq; præter vocales tres priores etiam literæ initiatiuæ scitiuntur in his nominibus significationem. Reducuntur autem huiusmodi modi dupliciter. i. aut per impossibile, aut per cõuersione alicuius propositionis. Quod quãdo fieri debeat his litteris edocetur. S. P. M. C. nam. S. significat propositionem signatã per vocalem præcedentem se immediate cõuerti simpliciter. P. vero per accidens vbi libet modorum imperfectorum est. Litera. M. significat transmutãdas esse in cõuersiones præmissas, hoc est, vt maior fiat minor, & è cõuerso. Sed vniuersale præceptum est, vt vbi cõuersio fuerit. C. non initiatiuum, insinuet talem modum reddi non per cõuersionem, sed per impossibile, sunt autem hi inter omnes tantum duo. i. Bocardo, & Baroco.

### Lectio secunda.

**COGNITA SYLLOGISMI**  
compositione, ac natura conducibile

fore arbitror, siquid sit eius vis, & robur, manifestemus, & quanta illi vtilitas insit referemus. Nam velut cõpertissimum esse existimamus, inter omnes cõsequentiãrum cohortes Syllogismos efficaciores, atq; viribus multum præstare. Ideo merito quæret quisq; vnde bitumine tã tenaci hi tres requisiti termini ferrum inentur, & conglutinentur, vt disungi, & dispalari cõnexio nullatenus queat. Est autem huius roboris triplex fundamentum. Primum, quod quæcumq; sunt eadè vni tertio, formaliter, sunt eadem inter se. Quod maxime Syllogismum expositorium corroborat. Nã regula non est inuiolabilis, nisi sint eadem vni tertio singulari. Quod tertium cum sit medium Syllogismi, cõstat Syllogismo expositorio principaliter obsecundare. Quod inferius palam cõspicimus. Pro intelligentia reliquorum Syllogismis de medio cõmuni deseruientium scito, oportere aliquot constituere, habereq; regulas, quibus ipsos Syllogismos examinemus, & cognoscamus, quod perfectiores sint. Probatio autem eorum bipartitur. Nã omnes modi sunt in duplici differentia, alij perfecti, alij imperfecti. Siquidè (licet omnium argumentorum primas Syllogismus obtineat) non id obstat, quominus inter eos huius primatus gradum reperiamus. Vt quanquam omnes consequentiæ formales existant, haud omnes tamen id æqualiter præferunt, nec tam euidentes singuli appareant, quim euidentia maiori ab alio vinci, atque superari possint. Sunt autem perfectissimi omnium (quod sensu planè constat) priores quatuor Barbara, Celarent, Darij, Ferio, duo affirmatiui, duo negatiui, reliqui omnes imperfecti. Primi ita apertè, ac necessario, cõcludunt, vt ne hebetissimi ingenij homo, & quod dicitur, asinus ad lyram quãtumuis peruicax, ceruicosus sit, illationi inficiat eat. Qui proinde velut excellentiores, ac clariores mēiura sunt & trutina ceterorum. Quod & euidenti ratione, & experientia magistra patet. Nam prima figura ceteris figuris ob aptiorè situm medij magis splēdescit, vbi euidentius extremitatū glutinus ex eorū cõnexionem cum medio relucet, quando quidè prædicatur de vna, & subijcitur alteri: quo sibi medium extrema cõnectit. In secunda nõ ita apparet. Quod quia prædicatur de ambobus, inter se extremitates conueniant, cū videamus animal, & quodlibet genus de duabus & pluribus speciebus inter se re ipsa differentibus prædicari.



eari. Maxime cū oporteat in secunda figura, de altera semper mediū negetur. Sine cōtro- uersa itaq; prima figura claritate ac euiden- tia superat, & excedit reliquas. In qua tamen priores modi excellunt. Etenim hic in Fapef mo, omne animal est substantia, nullus lapis est animal, ergo substantia non est lapis, haud æquè euidenter, ac iste de Ferio concludit, nullus lapis est animal, aliqua substantia est la- pis, ergo aliqua substantia non est animal.

¶ CVM ERGO inter modos quidā sint perfecti, quidam imperfecti, examinatio genuina est, ut imperfecti, cum maiori euidētia quā secum afferunt, opus fuerit, ad perfectos reducantur. Qui enim rectè & apertè reduci potuerint, conuincuntur sane inculpabiles, ac legitimi. Nam (vt habetur in textu) omne im- perfectum reducitur ad perfectum & perq; illud perpenditur. Sed ipsi perfecti regulātur quibusdam principijs, s. dici de omni, & dici de nullo. Hac arte efficiet quis, ut omnes Syllogismi sint euidētissimi, ac perfectissimi. Nā cum imperfecti trahantur ad perfectos, nulla est consequentia: quæ in altera perfectorum collocari non possit. Ingenium nimirum plu- rimum sublime: & studiū omni laude dignissi- mū. Pro cuius ampliori notitia notato, duo in quouis obiecto Syllogismo inuestigatione animaduersioneq; indigere. Primum bonitas est consequētiae: an s. absq; crimine inferatur, examinatio dialecticorum propria. Ut pote quorū munus est, argumentationis naturam, vimq; docere. Quorū arbitrio illationis exa- men, atq; resolutio deferenda sunt. Cum autē consequentia fidelitas constiterit, superest, an præmissæ sint veræ perpendere: vtrūq; e- nim, & cōsequētia fidelis, & veritas antecede- tis ad conclusionem probandā opus est. Hæc autem posteriorem controuersiam aliarum est disciplinarum componere. Non quod dia- lectica ad consimilē resolutionem multa nō præstet, prorsus necessaria (vt in posteriori- bus videbitur,) sed quod plerūq; sola simi- le causam, iudiciumq; absoluere non possit: potest autē sine controuersia priorem. Quan- tum autem hæc differant resolutiones, probat ipsa differentiā materiæ. Nam hic, omnis la- pis est animal, omnis homo est lapis, ergo om- nis homo est animal. Si de consequētiae vir- tute disceptatur, optima est in Barbara posi- ta. Si de præmissarum veritate (quæ erat se- cunda resolutio) difficultas habeatur, vtraque est impossibilis. Distant itaq; toto cælo, quā-

tumq; & ipsa illis iam diu nomina indita. Nā consequētiae examinatio vocatur resolutio prioristica, probatio vero præmissarum reso- lutio posterioristica. Nobis autem in præsen- tiarū vt pote in dialectica versantibus, prior tantummodo differenda est. Quæ in hoc sum- matim consistit, vt modi imperfecti reducan- tur ad primos & primi per sua principia diju- dicentur. Quia ergo firmamentum reliquorū sunt primi, hos prius stabiliamus.

¶ RESOLVTIO autē quæcumq; philo- sophica est, ad id peruenire aliquid probādo: quod iam negare nemo nisi stultissimus pos- sit, quod de se sit euidētissimum cunctis & exploratissimum. Est autē omnibus nota na- tura propositionis vniuersalis, tam affirmati- uæ, quā negatiuæ. Nā affirmatiua est, vbi præ- dicatum dicitur de omni contento sub subie- cto, negatiua vero vbi de nullo clauso dicitur. Hoc autem est dici de omni, vt de quo- cumq; affirmetur subiectum, asseratur prædi- catum. Vbi integram, ac perfectam structurā Syllogismi affirmatiui conspicias. Nam debet esse vna propositio vniuersalis affirmatiua, cu- ius subiectum dicatur de contento, quod sit in minori, & de ipso asseratur prædicatum, quod est conclusio. Dici de nullo est, natura vniuersalis negatiuæ: vbi prædicatū negatur de omni cōtento sub subiecto. Itaq; de quocūq; affirmatur subiectū, debet negari prædicatū. Vbi pariter Syllogismi negatiui cōpositionē intueris. Nepe vniuersalē negatiuā, & aliā af- firmantē: vbi subiectū negantis affirmetur, & conclusionē: vbi eiusdē prædicatū negatur de minori extremitate. Hæc autē natura propo- sitionis vniuersalis cūctis est seipsa nullo mō- strante comperta. Vnde per hæc lucidissima principia quatuor modi priores iudicium su- beūt, per dici de omni affirmatiui duo, per di- ci de nullo, negatiui. Hoc pacto: si negatur hæc cōsequētia, omne animal est viuēs, omnis ho- mo est animal, ergo omnis hō est viuens: pro- batur per hoc, quod in ea dicitur recte de om- ni. Est propositio vniuersalis affirmatiua, ergo de quocūq; dicitur subiectū, dicitur prædica- tū: sed subiectum animal dicitur de homine in minori, ergo prædicatur de homine vi- uens. Ex quo cognosces, quemadmodū ma- ior propositio Syllogismi sit virtute totus Syllogismus: quamq; vltra nihil fiat, nisi quod in maiori latebat, explicare. Consimili inge- nio, & Syllogismus negatiuus corroboratur per dici de nullo. Etenim si in vniuersali ne-



## Liber quintus

gatiua vniuersaliter extrema separétur, constat, fore necessarium, vt de quocumq; affirmetur subiectú, negetur prædicatú. Hinc colliges, quare ex puris negatiuis nihil sequatur.

¶ C V M E R G O his principijs non dico nihil verius, sed nec euentius, & clarius esse possit: patet aptissimam esse Normam, qua velut arce & presidio fortissime perfecti, muniantur: ac cohibeantur: quorú robur ac munimentum, imperfectorum tutam eest vt imperfecti ad perfectos, reducantur, per eosq; probentur. Quod quo nam pacto fiat, in textu, per literarum nominum significatione liquet. Quarum vocalium significationem iam expandimus. Nunc denuo aduertendum est, quatuor modos priores exordiri semper altera quatuor priorum consonantium Alphabeti. B, C, D, E. in quibus initium capiunt etiam omnia omnium modorum nomina cuiuslibet figuræ. Vnde primum in hac parte documentum est: omnes alios modos ad hos quatuor referri, vntumquem que ad eum ex prioribus, cum quo sibi communis litera initialis est. Ad Barbara, Baralipton, Baroco, Bocardo. Ad Celarent trahuntur Celantes, Cesare, Camestres. Ad Darij veniunt Dabitis, Darapti, Disamis, Datifi. Ad Ferio rediguntur, Fapesmo, Frisefomoru Feslino: Felapton, Ferison.

¶ H A C T E N V S negocium expeditum videtur. Difficultas in modo, & arte reducendi sita est, at intellecta literarum significatione est perquam plana. Duplici tramite reducuntur, nempe aut conuersione, aut per impossibile. Sunt autem quatuor literæ omnia huius artis præcepta significantes scilicet. S. P. M. C. Sygma significat propositionem representatam per vocalem præcedentem conuertendam esse simpliciter. Vt Friseforum tam maior quam minor conuertuntur simpliciter. Li. P. vero vt per accidens conuertatur. M. autem vt præmissæ in reductione commutentur. Vt maior (inquam) fiat minor, & e conuersio minor maior. E. vero non iniziale iubet talem modum, non per conuersionem propositionum, sed per impossibile reducendum. In his ergo modorum nominibus vocales tantum tres priores, consonantes omnes iniciates (quæ dumtaxat quatuor existunt) & hæ medix. C. M. P. S. significationem sotiuntur, reliquæ omnes tam literæ, q; syllabæ gratia compositionis adiectæ sunt. Ex quibus significationibus, ABF postremè memoria, vsu, ac exercitatione hæreant. Priores namq; vt po-

te celebriores, ac illustrioris representationis illico animo insinuantur. Ad horum exercitium igitur deueniendo Celantes, & Dabitis sunt adeò similes perfectis Celaret, & Darij, vt intactis præmissis per solam conuersionem simplicem consequentis ad perfectos refundantur. Quod sygma indicat vltimam Syllabam terminans. Baralipton per solam conuersionem per accidens consequentis. Sed dioces, quomodo, cum sit particularis affirmatiua, conuertenda est & per accidens, & in vniuersalem affirmatiuam, qualem exigit Barbara, ad quem trahuntur, dico quod propositio similis particularis illata in Baralipton si per se consideretur, non commutatur in vniuersalem affirmatiuam. Quia argumentamur à nō distributo ad distributum, sed si prout est conclusio Baralipton, optime transformatur. quoniam ipsæ præmissæ Baralipton possunt, inferre talem vniuersalē. Enimvero sunt eadem, quæ Barbaras. Fapesmo ad Ferio maiori conuersa per accidens, & præmissis transpositis. Vt omne animal est viuens nullum saxum est animal, ergo viuens non est saxum, si sumas minorem pro maiori, & maiorem transferas per accidens, reddes hunc nullum animal est saxum, aliquod viuens est animal, ergo viuens non est saxum. Frisefomorum conuersis simpliciter ambabus præmissis, & transpositis vt albedo est color, nullus calor est albedo, ergo color non est calor, reducitur sic, nulla albedo est calor, color est albedo, ergo color non est calor. Cesare primus modus secundæ figuræ ad Celaret maiori conuersa simpliciter. Vt nullus homo est Angelus, omnis substantia abstracta est Angelus, ergo nulla substantia abstracta est homo, ad hunc nullus Angelus est homo, omnis substantia abstracta est Angelus, ergo nulla substantia abstracta est ho. Sic poteris in reliquis experiri.

¶ H A C T E N V S de reductione per conuersione, qua certè raro opus vterit, quo autem modo propositiones singulæ conuertantur, proprio loco nobis exscriptum est. Quo circa cum conuersio propositionis tenebras inducit, multo melius, ac tutius est per impossibile consequentiam probare. Hæc namque reductio est vniuersalior & ad arguendū, & conuincendū ppugnatorè multo efficacior priori. Fundatur autem cōmuni omnium principio quarto libro à nobis tradito. Nempe in omni bona consequentia ex opposito consequentis sequi oppositum antecedentis: cum vero

omnis



omnis Syllogismus tam perfectus, quam imperfectus sit consequentia formalis, in cunctis, ex opposito consequentis oppositum antecedentis inferetur. Hoc supposito, reductio per impossibile talis est. S. si ex hoc quod negatur consequentia, sequitur aliquod impossibile. Impossibile autem, quod ad bonitatis consequentiae ostentionem, in dialectica adduci debet, dialecticum impossibile est, ut in suis resolutionibus ais intra proprios sese cæcellos & limites contineat. Impossibile autem dialecticum est, veritas aut duarum contradictoriarum, vel contrariarum: ad quam tamen concedendam negans Syllogismus hoc diuerticulo ad rectum tramitè dirigitur. Si hanc consequentiam Baroco, omnis equus est animal, arbor non est animal, ergo arbor non est equus negauerit, dicet consequenter dari antecedens verum, & consequens falsum. Et tunc consequentia prima ostenditur bona eo, quod negata, dantur duæ contradictoriae veræ, quod est impossibile, & tamen impossibile non sequitur nisi ex impossibili. Impossibile ergo est consequentiam priorem mendose colligere, & vitijs scatere. Quod sic peragitur, si consequens est falsum (ut concedere debet) eius contradictorium est verum. s. omnis arbor est equus, quæ admissa cum altera ex illius præmissis iam concessa, is Syllogismus conflatur in barbara. Omnis equus est animal: omnis arbor est equus, ergo omnis arbor est animal. Consequentia non potest iam negari: præmissæ sunt concessæ: ergo & consequens, quod est contradictorium minoris prioris Syllogismi, quam concessisti. Ergo duæ contradictoriae dantur veræ. Qui modus probandi per incommodum, quod sequitur, bonitatem consequentiae, à cunctis probandus est. Cū in vniuersali principio iaciat fundameta. s. Quod ex opposito consequentis sequitur oppositum antecedentis. Patetq; non modo in his duobus modis, sed in omnibus tenere. Verum cæteri possunt vtraq; via muniri, hi tatum vnica per impossibile, non conuersione. Verum tamen est eò commodior is per impossibile, quam conuersio, quò clarius, & euidentius est inferre illico duas contradictorias per consequentias immediatas ex hoc, quòd illatio abijcitur quam formare nouum Syllogismus, contendereq; & ex eisdem propositionibus componi conuersis, & postremo huius secundi vim confirmare, aut constabilire priorem. In quibus certè, & si nulla sit falsitas, nulla est clari-

tas, multaq; obiter miscentur, à quibus poterit quasi scopulis abscedere respondens, & cursum intercidere arguentis.

¶ QVIA vero bonum (ut aiunt theologi) cõsurgit ex integra causa, malum autem ex particularibus defectibus, cū multa circa medium, ac extremitates in principio postulauerimus obseruetur, singula necessaria sunt, ut Syllogismus integer, ac perfectus resultet. Quodcumq; deficiat, claudicabit. Et solet vnum, vel alterum sæpissime deesse. Defficientia, quæ iure apteq; defectus nuncupatur. Verum quando, quæ circa mediū, exegimus, violantur, adeò mutila, ac lacera argumenti dispositio restat, ut sit omnino inutilis, ac inanis, ad nullam conclusionem Syllogistice inferendā idonea. Vnde merito similis defectus vocatur intrinsecus, velut ipsi Syllogismo intraneus, eiusq; naturam deturpans. Qui proinde cum & si latitans in Syllogismo impingitur, primario ab arguente reddendus est. Transgressio vero conditionum circa extremitates requisitarum defectus nuncupantur extrinseci. Qui quamq; bonitati consequentiae obstant, remanent non ineptæ ad aliam conclusionem inferendam præmissæ. Ut omnis homo est animal, nullus leo est homo, ergo nullus leo est animal, peccatur extrinsecè ab non distributo ad distributum: verum si aptè illa conclusio non deducitur: deducetur hæc, animal non est leo. At quo intelligamus, quàm necessariae sint conditiones, quantaq; veritate polleant, quantumq; earum violatio impediatur, diffinitio Syllogismi à nobis tradita altamente pèsitanda est. Ipsa enim ut pote Syllogismi natura, origo est, atq; fons, & omnium eius proprietatum, & accidentium requisitorum. Dictum est esse consequentiam, vbi extremitatum coniunctio ex illarum conexione cum medio promanat. Quo statim intuebimur oppidò quam requisitum, sic cum illo extrema vniantur, ut non possint pro diuerso, vel diuersis eius suppositis prorsus verificari, vel (quod in idem modo recidit) altera de aliquo, altera de nullo verificetur. Verbi gratia hæc, omnis equus est albus Brunelus est, vel fuit equus, ergo Brunelus est albus: nullam inferunt ob defectum huius fundamenti conclusionem. Albus enim in maiori coniungitur medio præsuppositis tantum præsentibus, in minori Brunelus pro præsentibus, vel præteritis, sic minor potest vniuersim verificari, de quo minime maior. Vnde si



## Liber quintus

ue inferas Brunelus est albus, vel est, aut fuit albus, oppugnatur. Similiter hæc, nullus sapiens infurore versus est, omnis homo erit sapiens. Cum pro tam diuersis medio extrema cōnectantur, patet nulla vnquam illatione coalescere, concatenariq; posse. Ratio est, quia in affirmatiuis cum lequatur conclusio ex eò, quòd vnita sunt medio, si vniuntur illi pro diuersis, non probè inter se ostenduntur continere. In negatiuis verò eò separatio probatur extremitatum, quòd altera conuenit medio, altera secluditur ab illo. Ergo si vna pro aliquibus cōgruit, altera pro alijs non cōgruit, non pro his eisdem, quibus prior conueniebat, male persuadetur inter se extrema segregari. Vt omnis homo possibiliter est niger, Petrus nō est niger: ergo Petrus possibiliter nō est homo. Idem est si quæ negatur de medio, pro nullo supposito negetur (hoc est) si per nō suppositionem vera redatur, altera præmissa supponente. Vt nullum albū est animal, omne sensibile erit album, & nullum animal, modo existat, quamcumq; emiserint conclusio nem, dabitur antecedens verū, & cōsequens falsum, Hoc fundamento firmiter iactō sequitur primo, ipsum medium non debere æquiuocè, sed vniuocè capi, semper in ambabus præmissis pro eisdem. Nam æquiuocè capto non poterunt extrema nō pro distinctis eius significatis conuenire. Secundo (si summulstarum captiones ingeniorum magna iactura, si crocodilinae quæstiones, si demum nodigordiei placent: quos nosa vt fregimus, aut Alexadram imitati præscindere, curauimus) ne medium si fuerit complexum, teneatur in altera vnica, in altera pluribus: nisi reuera tales acceptiones in cōsequendo æquipolleat. Solent enim plerumq;, ex vnica inferri plures: & ex pluribus, vnica. Vt cuiuslibet hominis quilibet equus currit: ergo quilibet equus hominis currit. Et nullus equus hominis consistit: ergo nullus hominis equus consistit. At si non æquipolleant, non valet. Vt equus cuiuslibet hominis est albus, currens est hominis quilibet equus, ergo currens est albus. Si equus communis foret albus, & consistens, peculiare vero equi nigri, & currentes, antecedens esset verum, & consequens falsum. At hic nullus hominis filius est candidus, quilibet filius hominis est sapiens, ergo sapiens est candidus: tenet. Quia maior infert alteram, vbi sicuti in minori accipitur vnica. Ratio huius defectus est: quòd hac acceptionis diuersitate præmis-

sæ verificantur vniuersim pro diuersis. Nam hic: pecus cuiuslibet hominis depascit, prædicatum dicitur tantū de pecore à cunctis possesso: at hic, cuiuslibet hominis pecus pascit, dicitur de singulorum pecoribus

¶ **SEQVITVR** tertio, valde necessariū esse, medium cōplete distribuatur, insignēq; defectum, si aut non distribuatur, vel si secundum illam acceptionem non complete. Nam si determinate sumatur, facillimè reddentur veræ pro diuersis præmissæ. Vt homo currit, & Ille sonus est homo, & proportionabilis, causa in distributione incompleta locum obtinet. Vt quilibet equus hominis currit, Petrus est homo. Et quilibet homo est ethyops, Maria est homo: in maiori p̄ viris medio restricto. Quòd si fuerit cōplexum (par est) omnes partes, vel in vna, vel in ambabus distribuatur. Quæ ideo distributio tam requisita est, vt sua vniuersalitate mediū extrema circunquaq; complecti possit. Vel vt in negatiuis à medio vniuersaliter sumto extremitas negata remoueatur, aut affirmata conueniat quo verè inter se disiungantur. Completè vero distribui est, primo, vt non dependenter ab aliqua resolutione syncathegorematica. Quare hæc sunt ineptæ, & incōcinnæ. Possibiliter omne animal est homo: leo est animal. In diuisa verò modali bene sequitur, omne animal possibiliter est velox, omnis homo est animal, ergo omnis homo possibiliter est velox. At si propositiones inconsuetæ de prædicato distributo admittuntur: is valet. Homo est omne albū, lapis est albus: ergo homo est lapis. Quia similis dependētia prædicati à subiecto sufficientiā distributionis mediij nō tollit. Hic vero Adam fuit omnis homo, Abraham fuit homo, ergo Abraham fuit Adam, nō tenet. Quia mediū ab tempore incluso in copula dependenter distribuatur. Distribui deniq; cōpletè est, vt secundū illā acceptionem supponat pro omnibus significatis suppositioni respōdētibus. Vnde valet, oīs hō albus currit, Petrus est homo albus: ergo Petrus currit.

¶ **QVARTO** est fallacia, si vbi non distribuatur, accipitur magis amplè, vel (quod idem est) minus restrictè, quam vbi distribuatur, etiam si tūc completè distribuatur. Quia ratione illius ampliationis verificabitur pro alio illa præmissa. Vt omnis homo est albus, Petrus est, vel erit homo. Et deniq; est defectus, si in syllogismi negatiui affirmante præmissa accipiat magis extensè, amplè, quā



in negate. Vt nullus homo flagitia perpetrat, Petrus possibiliter est homo: ergo Petrus possibiliter non perpetrat flagitia. Qui differt à precedenti, eò, quòd ibi præcipitur, vt vbi medium non distribuitur, non accipiatur magis amplè, quàm vbi distributum est. At vbi distribuitur, licet capiatur magis ample. Vt valet: omnis homo erit albus, Petrus est homo, ergo Petrus erit albus. Attamen si fuerit negatiuus, nefas est in præmissa affirmatiua de pluribus medium verificari, siue ibi medium distribuatur. Vnde non tenet, omnis homo possibiliter est risibilis: nullus homo est animal, ergo omne animal possibiliter nò est risibile.

¶ **A T Q V I** pari forma cum extremitates sibi mutuo non aliter in conclusione copulari, aut disiungi debeant, quàm in antecedenti medio copulatæ disiunctæue fuerint, emanat eodem tramite defectum esse, si quæ illarum teneatur æquiuocè, pro alio in præmissis, pro alio in cõclusionem. Vt nullus forex est nomè, mus est nomen, ergo mus non est forex. Aut si earundem aliqua complexa in antecedens vnica, in illato pluribus, nisi æquipolleant. Vt non sequitur, omne risibile est animal, equi possessor non est animal, ergo possessor equi non est risibile. Impugnatur, rebus vt nunc: homines habeant equos, nutrianturq; alij in pascuis siluestres. Et vtrumq; horum est defectus: quia inueniuntur verificari sic de alijs in antecedenti, quam in consequenti. Tertio est defectus procedere in illis à non distributo ad distributum. Quia multo plura amplexabitur in conclusione. Vt omnis homo est animal, equus non est homo: ergo equus non est animal. Quarto est defectus si argue mur in eis à confussa ad determinatã: dùmmodo medium vt ibi, supponat confuse, aliàs non est defectus. Vt omne animal est corpus, omnis hõ est animal, ergo corpus est omnis hõ. Nã quãdo à parte mediij nulla ponitur cõfussa, nullus est defectus, siue syllogismus, sit affirmatiuus, siue negatiuus. Vt valet, omnis homo est animal: Petrus est homo: ergo Petrus est animal, & negatiue, omnis homo est animal nullus leo est homo, ergo animal nò est leo. Sed si que confusio in medio fuerit, impedit, vt non valet omnis homo est rationalis omne risibile homo non est: ergo rationale non est risibile. Ac demũ cũ Syllogismus sit princeps cõsequetia, vniuersaliter in eo est defectus, quicumq; in alijs argumētis vim illationis infringit, formamq; vitiat. Vt ab am-

plo ad non amplum affirmatiuè, & à non amplum ad amplum cum distributione ampli: & quos in præfatis materijs opusculo argumentorum fuscè, atq; sparsim pertractauimus. Eadem enim suppositionis æqualitas medio in antecedens requisita, exigitur etiam in extremitatibus: vt medio extrema correspondeat, & vltima primis.

¶ **I N C A L C E** huius quinti libri Petrus Hispanus, (vt vulgus dialecticorũ putat. Nã peritiores non iudicant ipsius aut textũ aut studium esse) adiecit capitulum, vbi de inuentione mediij, & de impugnandis consequentijs tractat. Et quidem cum clavis syllogismi medium habeatur: ex cuius connexionem cum extremitatibus tota illius, & vis, & machina erigitur, Aristo. in calce priorum adiecit regulas, quibus ad quamuis propositionem siue affirmantem, siue negantem syllogizandam medium inueniretur. Què Auctõr imitatus eas numero senario collegit his nominibus designatas, Secana, Cageti, Dafenes, Hebare, Gedaco, Gebali. Quarũ ingeniosa dispositione quædã figura solet consurgere. Quã vulgari nomine dialectici Asinorum pontẽ nuncupant. Quoniam regulæ ita intellectu difficiles sunt, vt necesse sit, ne intransitu iuuenis succumbat, & ingenij torpore, & asini ruditate carere. Sed (meo arbitrato) regulæ, ac regularum expositio summularum dialecticis sunt omnino frustranæ, profuturæ certè si eo loco interpretentur, quo eas Aristo. digessit. Præsupponunt enim prædicamentorum, & cognitionem, & prædicabilium notitiam: Vt pote quæ inquirendum præcipiunt, aut superius subiecti prædicatiuè propositionis syllogizandæ, aut conuertibile, aut subsequens. nosse aut quis terminus quem excedat, quem ambiat, quo cũ cõuertatur, ex quo inferatur absq; prædicamentis, & prædicabilibus conari, labor est improbus, & penitus inutilis. Itaq; profunt regulæ in prioribus, vel posterioribus positæ (vt nos ibidem cũ de medio demonstratiõis egerimus, tradere intẽdimus) hic vero prædicamentorum arte nondũ explicata nullus fructus legetur. Et tunc licet intelligatur, certe vel fallor, vel non subseruiunt: cum sine regulis ipsa eorum operum notitia, & sciẽtia abunde media ad quamlibet cõcludendã subministret. Vnde cum hic pontis traiectus profuturus est, admodum difficilis est: cum vero sternitur, non est necessarius. Quidquid tamẽ vtilitatis afferunt regulæ, in logica allaturæ



## Liber quintus

sunt. In summulis velut fructus accidus est, & nunquam ad maturitatem, perueniens, qui tēporius industria agricolæ, non naturæ clemētia maturescat.

**DE INSTANDIS** illationibus verū est cum consulto, vel incautē defectus intrinsecus vel extrinsecus admittitur, fieri paralogismos fallaces (inquam) & deceptorios: qui ob id frequenter vel in se, vel in similibus cōcutiuntur (hoc est) dari antecedens verum, & falsum cōsequens. Nam plerumq; talis est paralogismi materia, vt licet illatio vitiosa sit, violari tamen in se non queat. Opus est simile argumētum in ea materia formari, quæ ferat antecedens aliquo casu verum, & consequens falsum. Id enim, (vt. 4. libr. vidimus) signum est efficax, ac certum prauitatis cōsequentiæ. V. G. hic paralogismus, omnis color est qualitas: albedo fuit color, ergo omnis albedo est qualitas: cum & intrinsecē, & extrinsecē peccetur: quia & medium vbi non distribuitur, restringitur: & minor extremitas distribuitur, cum supponeret antea determinatē, in se tamen infringi non poterit: impugnat tamen in simili. Omne animal est currens homo fuit animal, ergo omnis homo est currens, facta hypothēsi quod nulli existāt homines. Volunt ergo iuniores præcepta constituere, quibus similes consequentiæ inueniantur. Sed id tamen nec Aristo. nec Petrus Hispanus excogitarunt. Nec certē regulæ aliquot inueniri possunt, quibus id sufficienter doceatur. Nec hæc tēnus inuentæ, ac institutæ sufficiūt. Sed prout quisq; ingenio pollet, vsu & exercitationē accedente inuenit cognito defectu, casum, vbi consequentia concutiatur, aut aliam similem. Quibus de causis adducti integrum illum textum abscidimus, ne. s. frustra auditorē in finem iam stadij prope lassum & de fatigatum tam graui onere de nouo vexaremus.

### Lectio secunda.



**SUPEREST**, VT QUAE stilo resolutorio circa Syllogismum de medio communi digestimus, priusquam ad expositorium trāseamus, obiectionibus discuciamus, vt veriora solutionibus, atq; doctrina consent. Et primo circa definitionem Syllogismi, vbi diximus esse consequentiam formalem, non est quærendum, an sit formalis? Quin ita cunctis compertum est, non mo-

do eum efficacem esse, verum sic antecellere firmitate omnes, vt potius indagaturi simus, an solus sit consequentia formalis? Hoc inter primos, ac graues doctores ventilatur, nū ita primas formalitatis teneat, vt solus in formalitate existat? Pro cuius parte negatiua primo est argumentum. Consequentia formalis est, quæ tenet in se, & in similibus sibi: quæ nec in se, nec in his impugnatur: quales plurimæ præter Syllogismū in dialectica reperiuntur, ergo. Minor probatur. Hæc valet, homo est animal, ergo viuens sensibile: & vbiq; à definito ad definitionem collectum fuerit, verissime, & validissime colligetur. Præterea ab conditionali cum positione antecedentis ad positionem consequentis generaliter valet. Secundo omnes loci arguendi dantur de consequentijs formalibus. Locus enim regula est, & libra illationis, non materiæ, ergo absurdum est tantum formæ cæteris locis adimere, vt materiales censeantur. In contrariū est, quod solus Syllogismus tenet virtute connexionis terminorum, (vt ex eius definitione constat, quæ cæteris speciebus argumentorum comunis esse non potest) forma autē consequentiæ est dispositio & terminorum, & propositionum, ergo solus Syllogismus est consequentia formalis. Tota huius quæstionis resolutio ex eo, pēdet, vt statuamus semel quæ sit consequentia formalis. Nam si hæc est, ipsius definitio exacta, quæ vulgo circum fertur. s. quæ nec in se, nec in suis similibus impugnatur: negari nō potest, quin præter Syllogismum, alij loci arguendi pariter sint formales. Etenim argumentum à conditionali, cum destructione consequentis ad destructionē antecedentis, & à diuiso ad diuisionem nemo certe violabit, si formæ similitudo ritē seruetur. Igitur, (vt ex tertio libro colligitur) materia argumenti, est argumenti significatum: quæ qualis nam sit naturalis, contingens, aut remota penes habitudinem prædicati, & subiecti, propositionum decerpitur: forma vero argumenti est ipsa partium connexio. Vnde illa consequentia merito materialis iudicanda est, cuius partium colligatio, non ex contextura terminorum, sed ex rerum habitudine prouenit: formalis vero, cuius vis, ac robur ex solo terminorū concursu promanat. Sic completē, ac ex propria radice consequentia formalis: ac materialis discernuntur. Vt illa scilicet teneat in virtute tātum materiæ, hæc formæ: illa propter res significatas, hæc propter



propter terminos significantes, quo statuto tribus conclusionibus respondetur prima est. Iure illæ consequentiæ hæctenus apud dialecticos materiales habitæ sunt, in quibus cum patenter defectus logicalis comititur, vnum nihilominus ex altero deducitur. Vt homo est risibilis: ergo omnis homo est risibilis: à non distributo ad distributum. At plurimū in hac re, considerandum est, nō sufficere, vt consequentia sit materialis, antecedens, & consequens vera sint: vel antecedens impossibile, aut consequens necessarium, quo reddatur instabilis: sed eandem esse vtriusq; partis materiam: ex cuius conditione profluat consequens ex antecedenti. Alias, si diuersa materia est quemadmodum in disparatis, non dicimus vere, tenere consequentiā gratia materiæ. Vt hæc homo est rationalis, ergo sol est maior vniuersa terra. In qua nulla certè est consequutio, sed disparata potius conjunctio. Quæ consequentiæ tantum habeat illā particulam ergo. Nullo modo tenet gratia materiæ: sed (vt ita dixerim), notam dumtaxat, & speciem illationis. In priori exemplo, vt cunq; reuera consequens colligitur ex antecedenti: quinimo aliquot additis argumentū corroboratur. vt si addas, & hoc prædicatū cōpetit naturaliter subiecto ac proinde omnibus, ergo omnis homo est risibilis. Itaq; consequentia disparata nullatenus est materialis: sed reuera nulla. Tantum efficax est, quia consequens verum est, aut antecedens impossibile. Et deniq; cum materia totius consequentiæ non sit eadem, gratia materiæ tenere minime potest.

¶ **SECUNDA** conclusio. In natura consequentiæ materialis, & formalis sunt gradus: nec membra hæc adeo tota ratione, ac genere differunt, quin cōmiscantur. Etenim quolibet in argumento necessariū materia, & forma coalescunt, & conglutinantur. Sunt ergo necessario quædam consequentiæ mixtæ, nec omnino materiales, nec penitus formales, sed vtriusq; temperamento constantes. Inductio multum materialis est. At à diffinito ad diffinitionem, à diuiso ad diuisionem mediocritatem tenere, mihi videntur. In vniuersum demum (quod sit hic penultima conclusio) omnes loci Topici sunt hoc gradu consequentiæ formales, vt sint etiam materiales. Vt pote in quibus vis illationis, & robur fundamentaliter ex rerum habitudine, non ex terminorū glutino profluit. Quare enim

hæc valet. Petrus est homo, ergo est animal rationale, nisi quod talis est natura hominis. Et hæc. Est animal, ergo rationale, vel irrationale, nisi quia sic vniuersum animal in rerum natura partitur, sic inuenitur. Secundo ipsi termini nullam aliam connexionem in his habent, quàm res significatæ habent. Hic vero. Omnis lapis est leo, omnis homo est lapis: ergo omnis homo est leo, cum nulla sit rerum affinitas, nedum identitas, sic mutuo sibi termini in antecedenti cohærent, vt inferatur conclusio. Tertio cur hæ consequentiæ formales appellantur? quia vbilibet synonymitas illa terminorum seruata fuerit, tenebit: sed quid est synonymitas hæc rogo, cum non significant idem eodem modo? nempe rerum significatarum propinquitas, vel identitas, aut similis quæuis habitudo oppositionis, aut generis, aut speciei: ergo ex rerum habitudine robur dimanat. Rebus consequentiæ innititur, non formæ. Vnde merito materiales censentur. Et confirmatur similes consequutiones crebro sanè supernaturaliter impetuntur. Nimirum quia Diuina potestas naturæ ordinem, & dispositionem mutare, ac variare potest. Naturaliter certè bene inferitur, iste est albus: ergo non est niger: iste est immortalis, ergo nō mortalis: iste est corpus ergo est quantus: & tamen miraculo prima impugnatur: si duo contraria eidem subiecto insint, secūda in Christo: tertia si detur homo omni quantitate exutus. Concludimus itaq; vltima assertione solum Syllogismum esse consequentiā purè formale materialitatis mittione carentem. Ceteri namq; loci teneant, rem signatam prospiciunt: syllogismus verò solos terminos, terminorumq; cōmitionem denotat: & ideo solus est purè formalis. Ad primum itaq; argumentum, non est deferendus modus loquendi hæctenus conuetus. Vt scilicet formales dicantur: quæ in se tenent, & in similib; partium synonymitate seruata, licet synonymitas illa rerum habitudine fundamenta sui ponat. Secundo respondeto: locum ab conditionali in tantum formalitatis participare, vt ab omnibus fere Syllogismus hypotheticus vocetur: sed eò deficit, quod veritas maioris, quæ consequentiæ est, ex rerum consequentia dependeat.

¶ **IN ID QVOD** immediate sequitur. Oportere tres esse terminos: concludiq; omnia, quæ in antecedenti locata sunt demto medio. Bene sequitur: omnis color, & potentia



## Liber quintus

est qualitas, albedo est color, ergo albedo est qualitas. Item cuiuslibet hominis mancipium est rationale, Dauus est omne mancipium, ergo Dauus est rationalis. Item omne animal est substantia, omnis homo, qui est homo, necessario est animal, ergo omnis homo est substantia. Qui tamen quatuor habet terminos quorum alter etiam si non est medium, non concluditur. Pro horum solutione aduertito, has condiciones non ad bonitatem consequentiae in genere exigi, ut pote sine quibus multae sunt bonae consequentiae: sed ad bonitatem talis consequentiae, scilicet Syllogismi, ita, ut sine his Syllogismus consistere non possit, bona tamen consequentia aliis esse possit. Ut rationale necessaria differentia est constitutiva, non animalis. Cum absque rationalitate animal inueniatur, sed hominis. Ergo ubi conditionum violatio fuerit, illatio Syllogistica non erit, tametsi efficax existat. Nam conclusio crebro ex altera tantum praemissarum sequitur. Ut cuiuslibet hominis equus currit, Petrus est homo, ergo equus currit, frustra hic minor inferitur, cum ad concludendum nequitiam concurrat. Sola maior infertur a restricto, ad non restrictum affirmatiue, & sine distributione. Nonnumquam, & si praemissae concurrant, haud vniuersim, & syncategorematicè (quod aiunt) id est, secundum omnem sui partem, sed secundum aliquas: cum impendio requiratur singulas partes, imo singulos terminos structurae syllogismi subservire, atque ancillari, ut nihil frustraneum, nihil reuandas reperiatur. Sic in primo Syllogismo licet potentia nihil ad concludendum iuuat. Sed tenet consequentia. Quia ex maiori alia maior legitima Syllogismi deducitur. Scilicet omnis color est qualitas. Quae minime inferretur, si copulatum complexiue iumeretur. Ut non valet, omnis materia, & forma sunt compositum, corpus est materia, ergo corpus est compositum. Quoniam ex maiori non sequitur: ergo omnis materia est compositum.

¶ **Q V O C I R C A** quaestio grauis est, & anxialis, accotrouersia, an? similes consequentiae in se non Syllogismi, sed ex quibus inferuntur praemissae ad syllogizandum aptae, sint habendae Syllogismi. Et (ut arbitror) non sunt habendae, nisi modum, & figuram in se habuerint. Siquidem haec sunt principia formalia, absque forma vero cuiuslibet speciei non potest talis species intelligi, nedum existere: ergo sine modo, & figura non erit syllogismus. Rursus

si reduci, aut inferri sufficeret: cum ferè omnes modi arguendi ad syllogismum reducuntur, vel praemissas inferre queant aptas syllogismo, vniuersae pene illationes essent syllogismi. Sed replicas, ergo modi imperfecti non sunt syllogismi, cum plus firmitatis non habeant, quam ad perfectos reduci: negato simul & sequellam, & probationem. In se enim modum, & figuram sortiuntur. Reductio eorum tantum quaedam trutina, & libra, nonnullaque corroboratio est: ut ad libellam perfectorum perpessi magis eorum vis elucescat. Haud ramen in syllogismi ius, naturamque concedunt & (ut ita dicam) nequitiam inter illos ciuitate donantur. Nihilominus similes consequentiae si formalem quampiam sedem non habuerint, id est, alium locum per quem teneant, syllogismi reductiui vocitentur. Secundo syllogismo principali argumenti dicitur: quod (ut laepius admonuimus) nostrae regulae dantur de syllogismis, qui ex Propositionibus consuetis texuntur: haud consuetum est tamen, praedicatum affirmatiuae distribui. Sic nihil mirum, si fundamento sublato illa consequentia ob praedicati distributionem valeat, non valitura, si non distribueretur. At similibus orationibus admissis respondeo, esse syllogismum reductiue: quia habet figuram iam, & modum, & ex maiori alia inferitur propria maior. Nam (ut iacet) genitiuus superfuit, ut potè qui nihil ad inferendum praestat. Sed sic tenet, mancipium est rationale, Dauus est omne mancipium, ergo Dauus est rationalis, cuius maior ex maiori priori deducitur. Tertio respondeo: duplicem esse copulam in minori. scilicet copulam implicationis, & copulam modalem: prior iccirco solum ponitur, ut seruetur eadem suppositio, minoris extremitatis, quam habet in consequenti. Nam sine illa multi assueverunt, ampliari subiectum ad quatuor: & regula generalis est, non esse defectum inferere quidpiam tam in antecedenti, quam consequenti. Dummodo nihil aliud efficiat insertum, quam seruare proprietates logicales. Ut si diceres omnis motus est actio, & omnis passio est motus, ergo omnis passio est eadem res, quae actio. Si vero alium sensum, quod inferitur extorsit: tunc erit macula aut illud inferere, aut non concludi. Ut si diceres, omne animal possibiliter est album, omnis homo est animal, ergo omnis homo est albus, nisi concludas possibiliter, impugnatur, casu nunc multi sint ethyopes. Vnde tertius syllogismus generaliter



neraliter acceptus in exemplo, propterea quod subicitur copula modalis in consequenti: in statum in simili precedenti. At loquendo singulariter de li necessario in affirmatiuis nunquam concucietur ob id, quod in consequenti non repetitur, quia si non posito antecedens est verum & consequens falsum, magis falsum erit, si modus necessario ponatur. Propositio enim de simplici copula falsa affirmatiua per additionem necessarij non reditur vera: quoniam necessitas praeponit veritatem: sed ipsa sola eam non ponit. Et idem dicendum est in syllogismis negatiuis: vbi copula modalis non est negata, quia eadem ratio & causa versatur. At si praefigatur negatio copulae, oppugnabitur: si non repetatur similis in consequenti. Vt si dicas, omne album erit nigrum, nullus homo necessario est vel erit albus, ergo nullus homo erit niger: nisi addas necessario, non tenet. Itaque generali constitutione necesse est, & tres esse terminos, qui & si plures simplices fuerint, vice trium fuerint: & dempto modo omnia antecedentis in consequenti repetantur.

¶ S E D I A M conditiones exactas, & opposita vitia superest trutinemur. Et quidem prima conditio, nempe ne medium accipiat æquiuoce: adeo certa est, & plana: vt nulla sit, vel in intelligentia obscuritas, vel in defensione difficultas. At secunda vt totale extremum, medium in altera sane praemissarum existat: videtur falsa: vt pote cum antiqui in ambabus totale fore postularent. Et deinde haec praemissae sunt ineptae, nullus ignorans est sapiens, hic codex est ignorantis liber. Nam maxime inferrent, ergo sapientis liber non est quae tamen vitatur, si codex ille sit cunctis communis. Hic etiam non tenet, cuiuslibet albi quilibet equus est currens, nullum nigrum est album ergo aliquod currens negri equus non est: quibus cum alijs quamplurimis id solum desse videtur, quod medium haud totale extremum utrobique existit. Circa istam conditionem notato priscos non fuisse nostra moderatione contentos, vt scilicet medium totale extremum in vna, sed in ambabus foret. Et quidem infitias non eo, id esse impendit tutius, & syllogismo maiorem in modum conducibilis. Formatur enim affatim dilucidus ac splendidus. Sed nihilominus negandum non est, quin nonnumquam in altera sit totale, sufficiat: cum videamus hunc violari non posse, cuiuslibet hominis equus est animal: Petrus

est homo, ergo Petri equus est animal: & omnes similes. Igitur animaduersione dignum, duplicem esse Syllogismum negatiuum, & affirmatiuum. In affirmatiuo generale est, sufficere in vna totale extremum constituatur, licetque medio in reliqua quid apponere: dummodo nulla proprietas logicalis mutetur. Quod appositum ordine per nos constituto concludatur. Vt omnis leo est animal, Chiplus est leo, & albus, ergo est animal & album. In negatiuo videtur antiquorum opinio tenere locum. At recentiores mille conditionum obseruantias exigunt: vt licet raro, liceat. Nepe si additum medio adijcitur in negatiua praemissa, nullum est crimen: etiam si ratione additi totum complexum de aliquo verificetur, de quo non in affirmatiua medium. Vt nullius sapientis anima subiacet crimini, Petrus est sapiens, ergo Petri anima non subiacet crimini. Itaque est parilis ratio tunc in affirmatiuo, & in negatiuo. At in affirmatiua praemissa Syllogismi negatiui licet quidem addere: nunquam tamen ratione cuius totum complexum de aliquo verificetur, de quo non, vbi totum extremum medium erat. Per quod paradoxos praefatos dissolunt. Nam & negatiui sunt, & additum medio in affirmatiua reddit totum complexum de alio verificabile, quam in negatiua medium. Siquidem ignorantis liber de aliquo dicitur, quod non est ignorans. Scilicet, de ipso codice. Eodem pacto peccatur, & in secundo. Verum tamen hic tenet, nullum album est nigrum. Fauellus est hominis album, ergo fauellus est hominis nullum nigrum. Nam hominis album non verificatur de aliquo, de quo non possit, & album dici.

¶ T E R T I A conditio est, vt cum medium fuerit complexum, quod vnica, & pluribus accipi potest, eadem acceptione in vtraque sumatur. Vnde est defectus diuersa acceptione capiatur, nisi æquipollent. Solent enim ad hunc sensum æquipollere: quod ex vna acceptione infertur alia. Primo ab pluribus cum distributione determinationis, ad vnicam sine illa, quomodolibet supponat determinabile, valet affirmatiue, & negatiue. Verbi gratia. Cuiuslibet hominis quilibet equus currit, ergo quilibet equus hominis currit. Itidem nullius hominis equus currit, ergo quilibet equus hominis non currit. Item quando nulla est distributio determinationis, nec determinabilis: mutuo se se haec acceptiones inferunt, & alias faepissime (vt in opusculo argumentorum capite indu-



## Liber quintus

inductionis videre licet) & forsan semper: saltem quantum mea fert opinio, sed loquamur cum pluribus. Igitur si acceptiones medij, maioris, & minoris ita æquipolluerint, nullum crimen est mutatio. Tunc tantum committitur, cum neq; maior infert alteram, vnica, aut minor alteram pluribus. Vt hominis quilibet equus currit. Bucephalus est equus cuiuslibet hominis. Contra istam conditionem, & infavorem defectus arguitur. Non sequitur: quilibet equus cuiuslibet hominis est albus, Bucephalus est equus hominis: ergo Bucephalus est albus. Instatur si vnus equus sit omnium cõmunis & albus, Bucephalus vero vnus sit singularis & niger, & apparet ideo violari, quod seruetur conditio. Secundo in isto Syllogismo, quilibet equus hominis currit, Phlegon est equus hominis, ergo Phlegon currit. Quia hunc defectum cavere volumus, cõmittimus necessario alium. Nempe quod mediũ non distribuitur complete. Li enim hominis nullibi distribuitur. Pro huius defectus intelligentia adnotato, bifariã contingere esse cõplexum, alterum cuius partes sunt determinatio, & determinabile, in quo huiusce varietas acceptionum vnica acceptione, & pluribus, reperiuntur. Nam in cæteris siue copulatis, siue disiunctis nulla earum. Vt ergo ab his clarioribus exordiamur: cum medium fuerit sic cõplexum, solum advertatur, necesse est se, vt partes medij sufficienter distribuatur. Nisi forte ad inferendum secundum vnã dũtaxat sui partem concurrat. Tunc enim sufficit, illa sola distribuatur. Valet enim omnis leo, & elephans est animal, omne rugibile est leo, & elephans, ergo omne rugibile est animal. Vt pote cũ ex præmissis sequantur apertissimè istæ: omnis leo est animal, omne rugibile est leo. Alias vniuersale præceptum est, singulas partes medij huiusce cõplexi secundum talem acceptionem complete distribuatur. Quod quidem cõplexum quandoq; est copulatum: nonnunquã disiunctum, atq; vtroq; modo, & diuisiue, & cõplexiue accipitur. Sed non est prætereundum in illis non tantũ categorematicos terminos partes esse, verũ ipsam etiam copulam, atq; proinde cum li, vel sit particularitas, necessario quando totũ medium distribuendum est, hoc est, fieri vniuersale, li, vel, vniuersalitas fiat, si medium cõplexum est disiunctum, vnde aut acceptione vnica distribuatur: maxime cum accipitur diuisiue, aut in li. Et, mutetur. Is enim nõ tenet,

Omnis homo, vel omnis leo est rugibilis, Socrates est homo, vel leo, ergo Socrates est rugibilis. Tametsi duæ partes medij distribuatur. Si vero vnica distributione diceret, omnis homo, vel leo, est rugibilis. Socrates est homo vel leo, ergo est rugibilis, teneret. Sed maior est falsa. Aut si in minori subsumeres: Socrates est homo & leo.

**¶ A T Q V A N D O** cõplexum ex determinatione, ac determinabili constat, tũc est pelagus immensum præceptionum sophistarum: quorũ tamen sententiam verbis hic clarissimis compendio enodabo. Cum tale cõplexum pluribus accipitur, nulla est infusione difficultas. Tantum provideatur: vt partes vel simul, vel ambabus præmissis distribuatur. Si accipitur vnica, cũ velut simplex, quoad distributionem censeatur, sufficit determinabile semel sufficienter distribuatur. Illa enim vel sola distributio totum cõplexum afficit. Quare sequitur: quilibet equus hominis currit, Pegasus est equus hominis, ergo Pegasus currit. Vnde respondetur secundo principali argumento, nullũ ibi committi defectum, cum completè determinabile distribuatur, quod in his sufficit. Sed si ambæ partes distribuatur, determinatio restringit determinabile, vt stet ferè collectivè. Vt in hoc syllogismo, quilibet equus cuiuslibet hominis currit, supponit pro equis omnium collectivè. Sine distributione autè determinationis nõ sic restringitur. Quocirca observandum est in similibus, vt numquã determinatio non distribuatur in ambabus, vt sic seruetur eadem restrictio. Per quod respondetur argumento primo principali. Medium enim vbi non distribuatur, stat minus restrictè, & verificatur de alio, de quo non vbi distribuatur. Sed subiungendum erat, Pegasus est equus cuiuslibet hominis. Vt distributio determinationis conseruaret eandem restrictionem determinabilis. Hactenus doctrina plana, & perspicua est. Solet autem non esse medium totum cõplexum: sed pars tantum cõplexi, vbi maxime distributionis defectu peccatur. Et ideo cum sine exceptione medium necesse sit completè distribuatur, in id summa cura elaborandum est, vt quando, & vbi pars illa sufficienter distributa est, non ignoretur. Ne aut non distributa videatur nobis complete distribui, vel iam distributam formidamus, non distribui. Quia in re cũ in acceptione pluribus distributiones paten-



patientius clarescant, ad plures reducantur tunc cōplexa accepta vnica, vbi facile quid desit, perpendamus, sub determinatione, de terminabili vè sub sumatur. Vt nō valet, quilibet equus hominis currit, Pegasus est equus ergo, Pegasus currit, quia mediū distribuitur dependenter ab genitiuo, restringiturq; pro hominis equo. Sic in minori, vbi nō distribuitur, minus restringitur. At hæc, quilibet equus hominis currit, Petrus est homo habēs equū recte disponētur, quia maior æquipollet huic cuiuslibet hominis habentis equum quilibet equus currit, cum qua minor illa infert optime in darij.

¶ **SECUNDVS** defectus est, cum medium vel non distribuitur, vel incompleta vniuersalitate donatur. In contrarium argumentum dirigitur. Benefequitur. Equus est vel non est albus, Pyroeis est equus, ergo est, vel nō est albus. Itē animal est ipsummet, homo est animal, ergo homo est ipsemet. Tertio, quilibet equus hominis nō currit, Petrus est homo, ergo equus Petri non currit, In quibus medium non distribuitur. Quarto valet, quicumq; dicit te esse animal, dicit verū, quicumq; dicit te esse equū, dicit te esse animal, ergo quicumq; dicit te esse equum, dicit verum. Ad hæc omnia respondeto nihil esse in Syllogismo æquē necessariumq; vniucationem terminorum, & distributionem medij. Quod si bonæ consequentiæ absq; distributione repertæ sunt, nullatenus erūt Syllogismi. Prima ergo tenet, quia consequens est necessarium non ex connexionē terminorum, sed copularū. Quo circa ablata illa idēitate verborum, illico etiam illa forma disunctionis retenta corruet. Vt non valet, equus est, vel non fuit albus Phlegō est equus, ergo est, vel non fuit albus, casu Phlegon non sit, fuerit tamen albus, alijs vero equis opposito modo se habentibus. Secunda itidem non est Syllogismus, sed valet, quia sequitur ex minori. Negatiuè tamen non valeret, homo non est leo, ergo homo nō est ipsemet. Imo si diceres eadem integra forma, leo est ipsemet, homo nō est leo, ergo homo nō est ipsemet. ¶ Tertio qui opinantur, negationem ante sese in similibus complexis distribuere, itidem arbitrantur illic genitiuum distribuere, ac proinde Syllogisticè, ac legitime concludi. At ego existimo primo illic non maiorem habere distributionem, q; in affirmatiuis, hæc autem affirmatiua, quilibet equus hominis currit æquipollet

secundum eos huic: cuiuslibet hominis habētis equum, equus currit. Dicamus ergo negatiuè, cuiuslibet hominis habentis equum nullus equus currit, Petrus est homo, ergo Petri equus non currit, vbi medium quō non distribuitur, supponit minus, aut nullo modo restrictè. Qui falli arguitur in simili, cuiuslibet Regis habentis equum quilibet equus nō fuit albus, Numa fuit Rex, ergo Numæ equus nō fuit albus, dummodo donec Rex nullum possederit equum. Sic respondeo, illum priorem Syllogismum non valere; concutiq; posse in hoc, quilibet equus Regis non fuit albus, Numa fuit Rex, ergo Numæ equus non fuit albus. Quod si nostra existimatio de his complexis dudum explicata placet, constat quam facillime antecedens sit verum, & consequens falsum. Ad vltimum dicito, primo non habere, formā Syllogismi, sed sunt omnes illæ præmissæ propositiones conditionales. Quod eo euidēter aparet, quia etiam verè nihil ponit in esse, conditio propria conditionalium. Nā & si nemo quicquā dicat, verū est dicere, quicumq; dicit te esse equum, dicit te esse animal. Sed quæritur, an sit bona cōsequentia etiam ex conditionalibus, dico per nullum locū conditionalium, nec totius dialecticæ validā esse. Sic datur antecedens verum, & consequens falsum. Nā (quod non nulli aiunt) tenere de primo ad vltimum, minime constat, cum per immediatas consequentias ex vna illarū præmissarum non inferatur conclusio. Incompleta distributio maxime in hoc signo, omnis, inuenitur apertior, & euidētior. Vt si dicas, omne animal fuit in arca Noe, Plato fuit animal ergo Plato fuit in arca Noe: In maiori enim stat incomplete, li vterq; & li alter nullo modo sunt signa, vel completa, vel incompleta.

¶ **QVARTVS** defectus est, quando vbi non distribuitur, stat magis ample. Cōtra, bene sequitur. Omne album est coloratum, omnis homo possibiliter est album, quod est, ergo omnis homo est coloratum: & tamen in minori ampliatur pro possibili. Pro huius defectus notitia notatō: accipi magis ample inde defectum esse: quod maiorem ampliacionem sequitur maior verificatio: at verificari terminum quempiam, stat dupliciter: vno modo considerata sigilatim eius suppositione; alio modo considerandō verificationem secundum habitudinem, aut totius orationis, aut integri cōplexi, cuius est pars. Verbi gratia, subiectum huius, homo currit, cum supponat



## Libert quintus

nat pro omnibus presentibus, de cunctis verificatur: at tota propositio de solo homine currente dicitur. Verumtamen cum huius ampliationis interdictio, atque cautio contendat, ne ratione illius de alio premissa verificetur: vel pro alio vera reddatur: patet, quod non in primo sensu maior ampliatio obstat, sed in secundo. Sicut haec sunt aptae, omnis actio est motus, omnis visio, quae est visio: est & fuit actio: tamen actio in minori stet etiam pro actione praeterita, quia non verificatur in ordine ad illam copulam, nisi pro presenti. Si vero diceres, omnis visio est vel fuit actio, non valeret. Dixi vel complexi: quia in compositis ex determinatione: & determinabili diversorum casuum respiciendum est, pro quo nam totum complexum seorsum verificatur. Unde hic non sequitur. Cuiuslibet hominis equus erit albus, Bucephalus hominis quilibet equus est, ergo Bucephalus erit albus. Nam in maiori equus ampliatur cum toto complexo. Vbi tamen non distribuitur. Nec inferres recte etiam si diceres, cuiuslibet hominis equus qui est equus, erit albus. Bucephalus hominis quilibet equus est, ergo Bucephalus erit albus. Quia illa reductio constringit tantum partem non distributam, non tamen habitudinem possessionis. Itaque stat pro equo, qui modo non possidetur. Ad argumentum autem principale respondeo, quod si copula (quod est) implicationis est & pars praedicati, cum tunc etiam cum praedicato ampliatur, non valet propter praesentem defectum illic patratum. Si vero sit propositio seorsum, tunc quia restringit, valet, impediturque restrictionis defectus.

¶ **C O N T R A** quintum defectum bene sequitur. Nullus spiritus est corpus, omnis Angelus necessario est spiritus: ergo omnis angelus necessario non est corpus, & si modus ampliatur, patet in vitium labi, ergo non valet. Ad haec non valet. Omne animal possibiliter non est nigrum, omnis homo possibiliter est nigrum, ergo omnis homo possibiliter non est animal, non ob aliud, nisi quia servatur conditio, videlicet, ut in negativa aequa retineatur ampliatio. Item hic: omnis Deus possibiliter non est creans, deus possibiliter est creans, ergo deus possibiliter non est Deus. Non verificari in affirmativa pro alio in praesentiarum intelligitur secundum expositionem praecedentis defectus. Nempe ut secundum habitudinem propositionis, aut complexi non ve-

rificetur. Quod in primo syllogismo servatur. Quia secundum appellationem, qua ibi afficitur, non verificabitur de pluribus. Secundo advertere, ut verè cognoscatur, quando in affirmativa sic accipitur, necne: figere oportere in contradictoriam negativam oculos, in qua utpote affirmativa melius verificationes elucescunt. Si ergo pro pluribus in praemissa affirmativa, quam in contradictoria negativa sumatur, labe aspergitur syllogismus. Unde quoniam in contradictoria negativa secundi syllogismi, sane haec: aliquid animal necessario est nigrum, pro paucioribus verificatur si nigrum, quam in affirmativa praemissa, omnis homo possibiliter est niger, detegitur defectus. Nam quia in contradictoria debet esse aequa ampliatio, arguit, in ipsa negativa praemissa minus ampliari, si in contradictoria minus ampliatur. Idem dicitur tertio.

¶ **C I R C A** propositiones exponibiles, quibus nonnunquam syllogismus componitur, diligenter considera, quod siue omnes tres propositiones praemissae videlicet, & conclusio fuerint exponibiles, ut tantum animal est sensibile, tantum animal est homo, ergo tantum sensibile est homo, siue duae, ut omnino homo in quantum animal est sensibile, & omnino resibile ut sic, est homo, ergo resibile est sensibile, siue altera tantum ut nullus color praeter albedinem disgregat, haec res est albedo, ergo disgregat, eadem ratio semper habenda est, ac si exponentes syllogismum integrarent, & fidelissime simul, & solertissime perpendendum, utrum ex similibus exponentibus teneat. Quod cum sit adeo operosum efficere, rarissimi ex exponibilibus contexti extra summulas inveniuntur syllogismi. Unde praefati syllogismi ob dictam regulam tenent. Quae etiam extenditur, cum non ex una specie exponibilium cunctae propositiones iunt, sed ex variis. Ut cum ex una exclusiva, & altera exceptiva. Ut tantum leo est animal, omne animal in quantum animal est vivens, ergo leo est vivens. Omne vivens praeter animal est insensibile, tantum corpus est vivens, ergo tantum corpus est insensibile.

¶ **N E C E S S E** est seorsum Syllogismum expository pertractare. Ut pote qui & fundamento, & conditionibus à communi differt. Expository est, cuius medium est terminus singularis. Contingit autem singularem terminum esse, aut discretum, aut communem



munem demonstratiuè restrictum. Vterq; enim expositorio vti medium aptissime subseruit. Vt Petrus currit, & Petrus est sapiens, ergo sapiens currit, & hic homo ambulat, & hic homo loquitur, ergo loquens ambulat. Fundamentum huius speciei conclusionis illud celebre prouerbum est, nempe pro affirmatiuis, quæcûq; sunt eadem vni tertio, sunt eadè inter se. Et pro negatiuis, quorumcûq; duorum alterum est idem vni tertio, alterum non sunt inter se diuersa. Hæc principia pro expositorijs sunt firmissima, nullo vnquã valido ariete concussa. Quoniam cum medium sit terminus singularis, qui est tertium illud, (cuius axioma meminit) cunctis sit statim euidentissimũ esse inter se eadem, quæcûq; vni rei singulari actu identificantur. Vbi compositio extremitatum in antecedente cũ medio, & connexio ipsarum inter se in conclusione resplendet. Nam in præsentiarũ eadè esse vni tertio est, affirmari ambo de illo, quod si fuerit singulare, vt est medium expositorijs, nulla datur instantia propositionis, & corroborat maxime Syllogismum. Sunt qui hoc dilatare velint, vt fundet etiam Syllogismum de medio communi, quæ velut extra proprium locum producta non potest vehementer non infirmari ac debilitari. Nam vniuersaliter vt animali multa sunt eadè, id est, plurima identificantur, scilicet omnes species inter se re, & ratione maximè diuersa. Respondeat, debere sic principium interpretari. Quæcumq; sunt eadem vni tertio re, atq; ratione, (hoc est) realiter, & definitione, vt definitio illius tertij sit etiam definitio cuiuslibet duorum. At interpretatio hæc verissima quidem est, sed quæ non potest cunctis Syllogismis cõmunibus accommodari. Raro enim sic extremitates medio cõueniunt, re videlicet, ac ratione. Sic plurimi legitimi syllogismi hoc principio minime mensurabuntur. Vt iste, omnis homo currit, & omnis homo est animal, ergo animal currit, & per consequens habemus quæ intendimus. Idem quoq; luadetur, si vt (alij opinantur) propositione hac forma vestiamus, vt ambo includantur formaliter in ratione tertij, & vnum ex ambobus per se includatur in altero. Quando enim tanta indẽtitas terminorum in Syllogismis reperietur rarissime. Quo circa recte superius vim Syllogismi communis, ac robur non huic principio, sed dici de omni, & de nullo supposuimus.

¶ IN SYLLOGISMO expositorio &

si non requirantur, quot in communi requisiti fuerunt, eorum tamen primum requiritur vt medium in altera præmissarum totale extremum existat. Vnde hæc, quidquid ego appeto est bonum: quidquid ego nolo est malum: nullam inferunt conclusionem: quia li ego medium nullibi est totale extremum. Secundo defectus æquiocationis est in his admodum frequens. Vt hic: tu es albus, & tu es niger, si in maiori tu demonstret Socrate in minori Solstatium. Variatio autem acceptationum penes vnicam: & plures haud habet locum, ob id, quod vtrovis modo terminus singularis accipiatur idem sensus coalescit. Valet enim Brunelus cuiuslibet hominis, & cuiuslibet hominis Brunelus. Neq; distributionis vitium cum distribui nisi æquiocè nõ possit. Quintus tamen est cauendus quando syllogismus negatiuus fuerit. Nescilicet in affirmatiua de alio verificetur, de quo minime in negatiua. Hi tres defectus circa mediũ contingere possunt, cæteri non possunt. Extremitatibus vero, quia sunt termini communes, omnia peccata syllogismi communis sunt pariter vniuersalia, ac pariter cauenda.

¶ P R I M A huius materiæ difficultas est circa medium, an terminus communis pro nomine restrictus, vt hic homo, sit aptum medium expositorio. Nam etsi vtrumq; singularis sit, controuersia est tamen, vtrum tam exactè singularizetur, vt medijs munus subire possit. Etenim li aliquis homo, & si quoquo pacto singularis censetur, ad id muneris tamen præstadium profus est inutilis. Pro parte negatiua ergo huius ambiguitatis ita disceptatur. Non est completè singularis: ergo medium esse non potest. Antecedens probatur. Constat ex partibus communibus, ergo est communis. Antecedens pro cathegorematico nemini dubium est, at syncathegorema cum constet esse indifferens, cõuincitur non esse singulare. Plura enim valet vniuoce ostendere, quod ad nihil ostendendum in particulari positum est. In contrarium est auctoritas Petri Hispani, ac reliquorum dialecticorum existimantium, & illum terminũ esse singularem, & cõstituere quando est subiectum, propositionem singularem & esse aptum medium syllogismo expositorio. Circa articulum hic aduertito, trifariam sumi, primo, ut pronomen, secundo relatiuè, tertio syncathegorematicè. Primo est pronome, ac proinde loco nominis proprii collocatum.

Quod





## Liber quintus

Quod & si communem significationem habeat, nisi singulariter supponere non potest, licet pro pluribus singularibus successiue, & vniuoce. Quod quidem ex natura talis pronominis emanat. In plurali tamen vt hi potest pro pluribus. Et cum sit idem terminus vtroq; numero ductus, patet, quod sic consideratus est terminus communis. Secundo accipitur relatiue de quo idem penitus iudicato. At vt signum est syncategorema, & de sic accepto investigatur, an significationis communis sit habendum: respondeto esse notam sine controuersia ostensionis in communi. Nam quem admodum terminus communis primo rem vniuersalem, deinde particularem repræsentat: proportionabiliter syncategorema constitutum est ad ostensionem, & singularitatem denotandam, secundo hanc exercet. Quæstioni nihilominus dato ambas dictiones terminum singularem facere: sicut è conuerso duo singulares, vt li Petrus, vel Paullus terminum communem constituunt. At cum ostensio sensibilis sit, restat singulare determinatum, quia pro hac re determinata succipitur: si vero absq; ostensione: vt cum in scholis dicitur, hic homo currit, vagi instar habetur. At non est omnino vagum, vt li aliquis homo. Nihil enim prohibet, quin hac in re gradus, & disparitas inueniatur. Ac vtroq; modo est aptum medium expositorio. In Syllogismis vero his lineæ oculis medium dis-

cernatur, oportet. Nam videtur medium nõ nõquam esse singulare. Et est comune. Vt hic quod tu habes, mihi das, tu habes aures, ergo aures mihi das, anceps est quidnam mediũ. Si quidem est, li quod ego habeo, terminus communis est nullibi distributus, si vero tantum li, tu habes, idoneæ quidem sunt præmissæ, ita tamen concludendum erat, quod tu habens aures habes, mihi das, alioquin eludetur si mihi codicem, non aures largiaris. Præterea in isto, hoc animal si est leo, est rugibile, Postrius est hoc animal si est leo, ergo Postrius est rugibilis. Si li, hoc animal est medium, nullibi est totale extremum: si vero totum, hoc animal si est leo, est terminus communis, quia cõditio adiecta facit, hoc animal de multis verificabile. Quare neq; is valet. Hoc corpus est album. Ioannes est hoc corpus, si est equus, ergo Ioannes est albus, si est equus. Casu enim hoc corpus sit equus albus antecedens est verum, & consequens falsum si Ioannes est ethyops. Et etiam est vitiũ extrinsecum, variatio scilicet appellationis, appellat enim conditio supra medium in minori, & supra maiorem extremitatem in conclusione. Quiquidem defectus appellationis est in his creberrimus, vt motus est actio, & motus est passio, ergo actio est passio. Hic pater generat, & pater est substantia, ergo substantia generat. Haud enim generat substantia, sed Deus qui est benedictus in secula solus. Amé.


## EXPLICIUNT SUMMVLÆ

Fratris Thomæ de Mercado, ordinis prædicatorum, sacre Theologiæ professoris.











## OPUSCULVM ARGVMENTO

rum selectorum, in primum &amp; secundū librorum Sū

mularum. Caput primum de termino

incommuni.



VISVMVLIS,

(quas vocāt) operāim pendunt, vbi dialecticales litteræ florent, quo & multa scholasticorū cohors conuenire solet: demore habent in quotidianis relectionibus plurima disputationibus inuoluere: vltra quam summas decet, & illarum studio impeditis expedit. Cum enim tam affinis Methaphisicæ Dialecticæ, illiq; vsq; adeo coniuncta sit: vt pote tā late patens, atq; profusa, cumq; radix, & origo fere omnium facultatum habeatur, semen habent vnde, qui illud ingenio inserunt, atq; excolunt, difficultates interdiseptandum ad Methaphisicam, phisicam & nonnumquā ad theologiam spectātes exhaurire solēt. Quam ab rem eo in tempore quo tyrones imbuebamus, hisq; eisdem litteris in formabamus: multas exagitari quæstiones. plura proponi argumenta, plurimas ventilari difficultates, comperimus. Ex quibus non parum, emolumenti, fructus ac commodi eruebatur. Quin maxima vis eruditionis, ingensq; rerum cognitionis vbertas promebatur. Quæ omnia veritus, ne post paucos dies obliuioni traderentur, in compendium redegi, quorum sine inuidia (vt ait sapiens) statui vniuersos participes facere. Vt qui aliquid arcani patefactum, aliquid inuolucris dissolutum cernere velint copia (nisi me animo fallit) nō ingrata fieret. Quam prouectioribus dumtaxat ex vsu futuram esse denuntio, nō his, qui recentes ad hanc disciplinam affectant viā. Quibus tantum argumentorum oneri, nō honori, grauitati, non voluptati foret, quibus demum tanta disceprationum congeries non posset stomachum non grauare. Quare quo breuiori giro potuim⁹ cūcta digessim⁹, præmeditantes nos cum emeritis iam & veteranis colloqui. Me etiam mouit, quòd in summulis quantum penes me fuit, multiplicem illum sophismatum cumulum, rescicare om-

nibus neruis conatus sum. Quem hoc temporis hic interferere animum induxi, vt qui noluerit, vel ab se extorquere non valuerit, sine illis literis incubere, ne deesse nostro in opere conqueratur, quæ tā ex animo cupit. Vbi proinde argumenta communi via creberime dissoluo, nulla nostræ opinionis habita ratione. Nam proculdubio si meæ sententiæ suffragaretur. Omnia pæne sophismata recindēda, ac penitus delenda essent.

**Terminus est vox significatiua ad placitum, ex qua simplex conficitur propositio.**

¶ **CONTRA ISTAM** definitionem primo arguitur, prius tradendus est modus sciendi, quā scientia, dicente Aristotele absurdum est simul querere modum sciendi, & scientiam, ergo à modo inchoadū nobis erat. Respondetur, Aristotelem, cum modo sciendi scientiam anteposuit, nomine modi integrā logicā expræfisse. Quia tota est modus sciendi, vt pote quæ tota in enodanda natura definitionis, diuisionis, & argumentationis versatur. Quæ tria sunt ipse modus sciendi, & ad quæ tria toti⁹ logicæ materia reducitur. Medium autem antecellit finem: ergo dialectica est prior cæteris in acquisitione. At quod in ipsa dialectica ab definitione modi principium essemus auspicaturi per sententiam Aristotelis non probatur: & reuera nihil recto principio confert, præ nosse quid sit modus sciendi. Itaq; fecit comparisonem inter dialecticā tantum, & cæteras disciplinas, haud quoquo pacto verbis illis ordinē in eadem logica procedēdi præscripsit. Secundo respondetur, in dialectica à quocumq; exordium sumatur, à modo sciendi incipi. Quia tota est modus sciendi. Argumentum autem intendebat ab illis peculiariter definitionibus inchoadum. s. modus sciendi est oratio alicuius ignoti manifestatiua, cum reliquis. At considerato, in præ-



tenti libro vsq; ad illum locum nullā scientiā tradi, omnia sunt principia simplicia. Quoniā agitur de terminis definiendo, nō arguendo: & videbis, ab illis etiam litteraliter disciplinā incipere. Maxime quōd cum illæ definitiones sint quædā compositiones, & cōpositum per cognitionem partium innotescat, necesse est ab ipsis definitionū partibus exordiamur. Sed res est hīc dignissima scitu, quid scilicet modus sciēdi in dialectica cēleatur: utrū ipsa ars & habitus in intellectu existēs: an potius materia artis, & obiectū. Et videtur habitus esse. Nā ab omnibus dialectica dividitur in docentem, & vtentē passiuē: omnesq; cēsent, hæc membra formaliter dumtaxat differre, ergo dialectica vtēs est habitus. Modus autem est dialectica, quatenus ea alibi vtimur, ergo modus sciendi est habitus. In contrarium est, quōd definitio modi sciendi, & suarum. s. definitionis diuisionis &c. Solū cōpetit materiæ huius sciētix. Est oratio (inquit) alicuius rei manifestatiua: esse orationē verō nullatenus congruit habitui: ergo habitus nullatenus est modus sciēdi, vt pote cui nullo modo modi cōpetit definitio. Hæc difficultas intelligentiā præfatae distinctionis parit. s. quōd dialectica alia est vtens, alia est docens. Asq; dubio enim dialectica vtens est modus. Gignit etiā sensum huius tā frequētis doctrinæ. s. quōd dialectica est omnium scientiarum instrumentū. Et quidem si rem attentius mediteris, supposito si vtens accipi nunc passiuē (actiuē nāq; hō sciens est vtens) reperies, haud habitu quēquā, sed materia vtī. Quo enim in alijs scientijs nisi definitione, diuisione, & argumentatione vtimur, quæ sunt vniuersa materia. Confirmatur medium, & modus sciendi, & instrumentum idem sunt. Medium autē est quo vtimur (finis enim nō est vsus, sed fruitio) in alijs autē scientijs solū est instrumentum, argumentatio, & aliæ species modi sciendi, ergo hæc tantum modus existunt. At dices, habitum ipsum dirigere me etiam, dum in alijs artibus hæc media forma. Fateor. At me dirigere est, me docere: quōd eo vel maxime cōuincitur, quod in habitibus iudicātibus etiam mechanicis non est vsus, nisi actiuus, quādo scilicet vtor arte iam cōparata, operando, est quatenus ars ipsa me in operatione dirigit. Et cōfirmatur. Hæc distinctio docentis, & vtentis peculiariter est dialecticæ, haud enim physica, aut ethica sic partitur, & tamen si li vtens intelligatur, quōd

vtor habitu ad iudicandum de obiecto, vniuersalis foret, distinctio omnibus disciplinis. Quo enim habitu ad iudicandum, vel alijs etiam in artibus non solemus vtī: omnibus habitibus cum volumus, vtimur. Strictē ergo loquendo, si hac in diuisione vtens accipiatur passiuē, membra realiter differunt, & docēs est habitus, & materia vtens. At actiuē ambo competunt habitui. Docet enim definitionis naturam, eademq; ad alias artes comparandas vtitur, vel nos mediante habitu vtimur.

¶ **SECUNDO** arguitur, prius genus quā species definitur: immo prior est generis partitio, quā speciei definitio, ineptē ergo terminus vocalis statim in ipso vestibulo definitur termino in cōmuni post habito, aut intacto. Respondetur, non opus fore has omnes regulas ad amissin in principio illico totius philosophiæ obseruentur. Vbi nō tam exactus modus procedendi, quā claritas, & facilitas propter tyrones requiritur, & quia notius est quid sit terminus vocalis quā terminus in vniuersali, vtilius est hoc principium. Si terminū diffinis in genere dices est signum propositionis categoricæ constitutum, quæ omnia tā ignota sunt agredientibus, quā ipsa nomina noua, & inusitata. Secundo dicitur, quōd illa regula ea ratione videtur necessario obseruanda, quōd si prius definiatur species, quā genus. Cum in prioris definitione ipsum genus collocetur, non intelligeres illam, nisi rursus quid sit genus, quæras. Hac de causā docet pariter Aristotiles, ab vniuersalioribus incipiendum esse. Præsupponuntur enim ad inferiorum distinctam notitiā. Quo circa quādo species nō per proprium genus, sed aliunde describitur: necesse est, regula violetur, tantum abest, necessario obseruandam esse, quod in præsentī contingit. Definitur namq; vocalis nō per terminum, sed per vocem, quæ nō est directē superior. Tertio posset quis respondere regulā obseruari (vt, ipsa præsefert) in vniuersis. Ait enim genus prius definiendū fore. Genus autem primo debet esse vniuersum, & quod terminus nec genus, nec vniuersum est suis membris, ita argumentū ruebat. Sed quā tum veritatis isthæc solutio habeat, perpedetur inferius.

¶ **R V R S V M** in eandē. Terminus est ens rationis, vox ens reale, ergo disparatē vnum per aliud describitur: præsertim velut per genus. Cum ens reale, & rationis toto genere differant. Maior probatur, vnaquæq; res est id, quod



id, quod secundū suā formam habet. Forma vero termini est ens rationis. s. significatio: ergo. Minor etiā prima probatur. Vox est prædicamenti qualiratis, & actionis.

**P R A E T E R E A** vox nullo modo est de ratione termini, ergo redundat. Antecedens probatur. Nō est materia, nec forma, & multo minus gen9, aut differētia, ergo. Probatur prima pars (secundā n. dabit nemo.) Materia est, quā forma, in actū reducit, significatio nō informat vocē. Tū quia non est in voce, sed tantū obiectivē in intellectu. Quum quod subiecta realia solūmodo ab accidenti reali denominātur: ergo nō est materia. Ad hęc significare, est genus ad terminū vocalē, vel forma generica illius, ergo nō ad placitū, sed naturaliter repræsentat. Consequēti probatur. omnis forma generica competit naturaliter suis speciebus. Quid enim rei naturalius, quā quod est quidditas illius? omne autem genus prædicatur in quid, ergo.

**D E I N D E** sexto. Significare absolute est de natura termini, vbi libet li absolute appellet, siue supra significare, siue super prædicatū, ergo naturaliter inest. Antecedens palam est. Id sine quo res nō intelligitur, est de eius natura: absq; significatione vero termin9 nec fingitur quidē: ergo naturaliter significat. Cōfirmatur. Quod est de definitione est de essentia, significare in definitione collocatur, ergo. Dices, quod additur ad placitū. Insurgitur. Illud additū nō diminuit vllatenus dictionem præcedentem: ergo absolute significare est de definitione termini.

**S E P T I M O**, Li homo est terminus, & nullā cōponit propositionē, ergo. Dices quod potest. Replicatur. Finge orationes deinceps existere non posse, tunc componere nequibit, manens nihilominus terminus: ergo non debuit per propositionem diffiniri.

**O C T A V O**, Idem demū est terminus, extra propositionē: & tamē non potest cōficere propositionē extrapositionē: ergo definitio est nulla. Quia alicui cōpetit definitū cum aliquo addito, de quo nō. At maior patet, tū qđ intra est termin9, ergo extra. Quū qđ solitarie placitū simpliciter significat ad placitū. In qua ergo specie signi existit, nisi in specie termini? At minor non minus evidēs est. Quoniā componere non potest, nisi pars existat. Pars vero esse nisi intra existens non potest.

**P R O** horum solutione notādum. Ex hominis natura necessitatē terminorum, & ora-

tionū vocaliū pmanasse. Nā quia disciplinabiles sunt, qui possunt. s. artes, & rerū veritates addiscere. Vnde (vt in exordio metaphisicæ præsupponitur) omnis hō naturaliter scite desiderat, necesse est, vt adperitis ignari instruat. Omnia n. pprio ingenio, ac inventionē cōparare neminē posse, probat, sufficienter neminē hactenus inuenisse. Doceri vero cōgruē, nisi vocibus, & terminis non possunt. Quia licet sciētia sit de rebus, nō est idem tñ modus essendi, & cognocēdi. Quoniā non cognoscitur, vt in se sunt, sed prout in cognoscente. Vt S. Tho. dicit. 1. p. q. 13. art. 4. ad. 2. & quest. 45. ar. 2. ad. 2. pen. loc. 8. co. 3. Et quia oīs docet, vt cognoscit, par est, signa quibus alios instruit, eius cōceptionibus sint accōmodata. Vnde, quāquā res ad sint, de quibus disciplina cōparatur: vocibus procedere oīs intellectua- lis instructio amat, vel (quod idē est) scripturis: quæ loco illarū substituantur. Quia voces significāt res eisdē differētijs, quibus cōceptus. Et vt necesse est, quādoq; cōiuncta seu iunctim intelligere, ita discrete pariter voces significāt. Quæ merito, & iure quā optimo significādi principatū obtinuerūt, (vt sentit Augustinus.) Vt pote ad quodēq; tractabiles, volubiles, atq; flexibiles, præcisivæ rerū naturarū, & cūctarū fere subtilitacū intellectus expræsinæ. Hisq; cō causis nobis accōmodatissimæ. Quia ergo dirigūtur, vt alij res agnoscant, vt nos eas cognoscimus, necesse est, vt, quemadmodum a mēte, & corpore egrediūtur: & ad mentem quoq; & corpus auditoris tēdūt: ali quid mētis, & corporis habeāt. Quia si corporeæ nō essent, mouere, & excitare, alios minime possent, qui ab exteriori agēte nō nisi per sensus excitātur, & cōmouētur. Et si quid spirituale nō fortirētur, intellectū spirituale instrumētali nō excitaret. Spirituale vero illarū est significatio. Nā vt res nō mouet intellectū, nisi mediante specie, & species est, secūdu quam res in intellectu esse dicūtur: ita res mouēt mediātibus vocibus: & in voce sunt secundū significationē, quæ est in illis. Sed dupliciter contingit esse in alio. s. in hæsiue, & intēntionaliter, albedo hæret in subiecto corpore, sed species sunt in diaphano intēntionaliter. Ens autē rationis, quale est significatio, nulli in hætere potest, ergo in voce est intēntionaliter, in intellectu obiectivē, nullibi subiectivē.

**H I S** prælibatis, tertiu argumento respondetur. Quod omne accidēs cū sit ens in ordine ad substantiam, & vnumquodq; definia-



## Argumenta

etur secundū suā naturā, necesse est accidentia in suis definitionibus suscipiāt additamentū aliquod, siue accidens sit propriū, siue cōmune, aut subiectū, s. aut finis. Sed bifariam accidens diffinitur, in concreto, s. & abstracto. Quæ diuersitas acceptiōnū, & si in substantijs inueniatur, vt homo, & humanitas, solū in accidentibus diuersas definitiones facit. Et ratio est, quia in substantijs abstractū non diffinitur. Quia nō est species, sed principiū speciei. In accidentibus vero est ipsa species, vt albedo & ideo est definibile, imo pfectē, nec substantia specifica in abstracto: vt humanitas, æquinitas diffinitur: nec accidens in concreto. Quoniam sicut substantia sic sūta non est species, nec accidens in concreto. Solet nichilominus ratione formæ in concreto saltē describi. Quādo ergo in concreto diffinitur, cū includat necessario subiectū, quæ est velut eius materia: in qua, & genus est etiā velut materia speciei: cōgruit: vt tunc per subiectū, quasi per genus diffiniatur. Vnde sicut subiectū prope semper est alterius generis, quā accidens diffinitū: ita semper quod ibi loco generis substituitur, differt genere ab forma diffiniti. Et cū terminus hic, qui est accidens in concreto, diffiniatur: quid mirū, si vox subiectū huius accidentis differat genere ab illo? At circa modum loquēdi negato illā. ppositionē, terminus est ens rationis, Quia licet forma sit talis, ipsum tamen nomē potius pro subiecto, supponit. Et sicut albū nō est albedo, ita terminus nō est sua significatio.

¶ A D. 4. dicito. Quod vox est materia, quā actuatur significatio. Sed actuare accidit dupliciter, vno modo pro eo, quod est informare, vt albedo corpus. Alio modo pro eo, quod est denominare. Et cōuenienter quod denominat, dicitur & formare, & actuare. Quia omnis denominatio prouenit à forma: & constat, quod vox apud omnes denominatur significativa. Igitur ab significatione actuatur. Præsertim cū significatio etiā inter voces distinctionē faciat, & cōstitutionem. Cōstituit enim voces terminos; & distinguit à non significatibus, qui actus sunt formæ. Isto modo multa entia rationis, actuāt ens reale, illudq; denominant. Dicimus enim animal est genus, leo species.

¶ P R O. solutione. 5. & 6. argumentorū notato, naturale (vt ad præsens sufficit) dupliciter contingere: pro eo, s. quod est de definitione & secundū causam. Sicut dicimus li in quā tum accipi & specificatiue & reduplicatiue:

& isto modo intelligitur hęc significatio naturalis. Nā in primo sensu manifestū est, (vt argumentū pbat) de natura, & quidditate termini significationem esse: cū absq; significatione nō magis intelligi possit, quā homo absq; animali, vel rationali. Hac acceptiōne nō opus est, distinguere signū in naturale, & ad placitū. Cū tam de natura signi ad placitū sit significare, sicut significātis naturaliter. At ex parte causæ scite distinguitur: quod in quibusdā signis, vt in fumo, & i imagine, significatio ex ipsa rei natura emanat: invocibus vero, ex bene placito. Qua distinctione facile ambo argumenta dilues.

¶ A D septimum argumentū. Supposito difficultatē non esse de actu cōponendi, cū verba dicāt hic aptitudinē, antequā respondeamus: pretiū operæ erit, perpendere, quantinā in termino aptitudo ad cōponēdam propositionē existimetur. Cuius disceptationis resolutio refert quā plurimū, & in hac obiectione, & alijs materijs in multis. Et (mea sententia) cū primū in termino intellectū est, vt, sit significatiuus, id est, ipsius natura: aptitudo vero cōponendi nō de essentia termini: sed quasi fluens ab illa. Quod multipliciter ostēditur. Primo. Id, quod in re prius intelligitur, cum à priori cognitio procedit, est eius substantia (hęc n. est omniū origo in illo genere, & prima cognitione) hęc autē in termino, (vt constat) est significatio. Quod ex definitionibus omniū decerpitur, in quibus ante omnia ponitur signū, deinde propositionis constitutiū: ergo illud est de quidditate. Secūdo cōponere propositionē magna ex parte denotat, materiā termini. Vnde voces nō significantiæ cōponunt, ergo id haud essentiā stabili re termini valet. Si dixeris, cōponere formaliter, esse eius naturā, palam est similē cōpositionē, ex significatione profluere. Absurdum est ergo, aptitudinē hęc, quæ ex significatione oritur: naturā termini censere. Cū terminus iā præsupponatur cōstitutus. Cōfirmatur. Ipsa compositio actualis pæne est ipsa suppositio terminorum. Ergo sicut suppositioni præsupponitur significatio, seu repræsentatio actualis, ita debet esse in naturis, quarum isti sunt actus. Quia sicut actus ad actum: & potētia ad potētiā. Tertio conceptus simplex non essentialiter ordinatur ad propositionē, sed ratione subiecti componunt. Nam in substantijs abstractis non componunt, sed significant. Et in nobis: si subiectum discurrere vult, com-



componit, ergo essentialiter non est compositiuis, sed significatiuis. Et cum terminus vocalis in voce assimilatur simplici conceptui in mente, sequitur, eius naturam significationem esse. Quarto. Propositio ordinatur ad componendam rationem. Quia ut ex simplicibus enunciamus, ita enunciationibus discurremus. Tres enim sunt operationes intellectus: & posterior est velut finis prioris. Ultima est discursus, cuius finis est simplicis intelligentiæ perfectio. Vbi quidam circulus peragitur. Nèpe, ut prima operatio ordinetur ad secundam: & tandem ad primam perficiendam omnia dirigantur. Et nemo haecenus dixit naturam propositionis esse, ut, sit compositiua: sed ut exprimat, vel habeat veritatem, aut falsitatem: ergo nec in terminis. Ex his colligitur, quod propositio est finis terminorum. Sed dices, quod relatio mediæ ad finem est natura mediæ. Dico, quod rei, quæ est medium, ordo ad finem non est natura illius: nisi quando res nihil aliud est, quam mediū. Ordo enim ad beatitudinem non est natura hominis. Cum essentia nostra non sit relatio. Et domus licet construatur propter habitationem, naturam habet absolutam, quæ est eius materia, atq; forma. Ita in terminis cum præter aptitudinem componendi reperitur in illis significatio. Sed reluctaris satis vrgèter dicens, significare ad placitum, non satis dissiungere terminos ab cæteris signis ad placitum: à quibus videtur, specie differre. Neq; apparere utiq; per quod completius, quàm per huius capacitatem distingui. Respondetur. Quod sicut in prædicabilibus scimus, non esse essentiam generis, aut differentiam prædicari de pluribus differentibus numero, sed propriam passionem: tamen si propriam differentiam forsan ignoremus. Ita in præsentibus. Quæ sit differentia, non constat. Constat autem, hanc minime fore propter rationes præpositas. Igitur quia terminus est medium ad propositionem: & res ab fine non in facto esse, sed in fieri pendet (quia omne agens agit propter finem) manerent termini, etiã si propositiones esse non possent. Secundo cum eiusdem rei multi frequenter fines sint, non modo subordinati, sed disparati: ut, cum alius est finis proprius operationis, alius ipsius operantis, non si alter illorum maxime extrinsecus, qui est agentis, deletur, ac perit, res illico desinit, atq; obliteratur. Et si quis diceret, finem proprium terminorum esse, conceptum explicare: & rem simplicem re-

præsentare, & inde ab loquente ad orationem integrandam ordinari, dixisset id, quod magna probalitate tueri possit. Et responderet argumento, non ideo omnem finem terminorum tolli: quod propositiones auferuntur, sed duntaxat extrinsecum. Et si quis retorquet argumentum, quod exprimere conceptum, seu representare non est finis, sed officium. Dicitur in his ex eo, quod est officium, rectè colligi, esse finem. Cum vnâquæq; res sit propter suam operationem, maxime in habitibus, potètijs, & instrumentis: sicut est terminus.

AD OCTAVVM non simplex, sed multiplex est responsio. Primo iuniores respondent, quod cum illa regula, de quocumq; verificatur definitum, intelligatur sicut cæteræ logicales, seruatis proprietatibus dialecticibus. Quod consequentia facta in argumento valet, si seruentur: sed antecedens pro altera parte est falsum. Nam cum sint duo in termino, materia, s. & forma: putant hi, formam esse aptitudinem componendi. Tametsi eodem capite sibi ipsis repugnent, asserentes formam termini esse (ut ego arbitror) significationem. Dicunt ergo, quod si additum utrobique, appellet super materiale, maior est vera, minor falsa. Sed contra argumentum intenditur. Cū materiale per se sit vox cum significatione, non potest appellare in minori super materiale. Sic enim subsumitur: & tamen non potest conficere propositionem extra propositionem. Quæ omnia solū expectant ad formale. Rursum inquirunt, si vero cadat utrobique super formale, è cōuerso minor est vera, & maior falsa. Cōtra. Tria sunt in termino, vox, significatio, aptitudoq; ad componendum: sed hæc tria habet extra propositionem, ergo quomodolibet cadat, maior est vera. Antecedens, & ipsi admittunt, & adhuc probatur. Priora duo nemo dubitat, tertium patet. Nā effluit ab alijs duobus prioribus, quasi ab specie: modo vbilibet species est, & propria passio. Secundo si vera foret istorum opinio, quod aptitudo est essentia, quid absurdus, quid est ultio? quod dicere cū illo addito non competere, cū concedant absoluteissime terminum extra propositionem esse? quomodo est res vlla sine essentia reperta. Igitur nos respondemus absq; distinctione, maiorem concedentes, & negantes minorem. Quæ non facit hunc sensum (ut arbitrantur.) Scilicet non potest, conficere propositionem extra propositionem, sed hunc, & non habet extra propositionem hanc aptitudinem



## Argumenta

dinem. Et differunt multum hæc propositiones, licet videantur aliàs æquipollere. Nam hæc, non potest conficere propositionem, negat aptitudinem in ordine, ad actum, & exercitium (id est) non potest exercere compositionem extra propositionem: & tamen formale termini seu proprium eius solum est aptitudo componendi. Et constat longè diuersum esse, habere potentiã ad aliquid, & posse exercere potetiam. Sæpe enim habemus potentiam ad multa: quæ propter impedimentum extrinsecum, actu eo tempore exsequi non valemus. Secundo respondemus (& eodem recidit) quòd hæc propositio, potest conficere propositionem extra propositionem, seu habet aptitudinem componendi propositionem extra propositionem. Si additum cadat supra ly, potest, est verissima, & ita debet cadere, vt sit explicatiua definitionis termini. Si vero cadat super conficere propositionem, falsum sonat: sed non est tunc explicatiua sensus definitionis.

¶ **N O N O** in eandem definitionem. Ly canis est vox significatiua ad placitum: & tamen non est terminus. (Aristoteles siquidem asserit esse terminos) ergo non terminus. Nō potest terminus æquiuocus non censeretur terminus: cum post modum secundum omnes, terminus in vniocum, & æquiuocum partitur. Ergo in se continet vtrumq; membrum. Præterea esse terminum æquiuocum nō est dictio diminuens, neq; alienans. Nam vt. S. Tho. dicit. Vt nomen proprie conueniat alicui requiruntur, duo, scilicet, quòd habeat perfecte: significatum eius & quòd sit vltimū. 2. dist. q. 4. c. Natura autē termini est significatio, terminus æquiuocus absolute significat, ergo pprie est terminus mirū, esset, quòd significatio sit natura termini, & quòd multiplicatio huius formæ diminuat rationem termini. Haud enim significatio, sicut negatio malignantis naturæ est. Terminum autem esse, & vnum terminum idem sunt. Nam vnum, & ens conuertuntur sine additione reali, vt homo ens, & vnus homo non significant diuersa. Logicè igitur loquendo ita respondetur, esse vnum terminum, etsi propositiones plures faciat. Quia illud solam significationem postulat, siue significet vnum siue multa, siue vniocè, siue æquiocè. Sed potest ventilari, & id ambiguitatis Metaphisice. Et quidē scimus, quòd si plures formæ eiusdem speciei, maximè accidentales vni subiecto atribuan-

tur nō illud multiplicat: sed manet idem. Vnde multæ significationes eiusdem speciei eundem terminum facerent. Verum est, id fieri ita posse: sicut multa accidentia eiusdem speciei eidem inhærere subiecto. At si accidentia diuersa specie inhæreant eidem, manet illud quidem vnum subiecto: & est multa accidentaliter. Sic cōtingit, vt, ea quæ sunt vñ subiecto, sint multa secundum speciem. Significationes vero istæ, cum ad diuersa obiecta referantur, ex quibus speciem desumunt, distinguuntur, specie. Vnde multa sunt in ly, Canis secundum speciem, quæ sunt idem subiecto. Quæ sine controuersia ab omnibus conceduntur. Sed quæritur: an id sufficiat, vt dicatur plures termini, an sit vnus terminus, sicut est vñ subiecto. Illud persuadet. pri. S. Tho. 1. p. q. 13. ar. 1. ad. 1. asserēs qđ nominū multiplicitas attenditur secūdu significationem. Vnde æquiuocū est nomē multiplex, secūdu qđ ly terminus significat subiectum. s. voce secūdu quod substat formis, & vnaquæq; forma sicut dat esse, dat pariter vnitatem. Singulæ ergo constituunt singulos terminos. Secūdo, multiplicato genere etiam species, & individua augentur, & coaceruantur: cū realiter non distinguuntur: signum est genus, & cōstituitur significatione. Ergo si multæ sunt significationes, plura sunt signa: & per consequēs termini. Respondet quis forsan, quòd æquiuocus est termini plures, & vnus æquiuocus: negabitq; simile de complexis esse. Vt potest cuius vtriusq; partis significatio, vt forma vna integra totius sumitur. At significationes æquiuoci non vniuntur, nec altera alteri inest: sed sese quasi lapidum aceruus habent, quia aceruus, seu cumulus lapidum, nō est lapis, sed lapides. Dabitq; argumento, æquiuocum dictionem esse diminuentē in ratione vnitatis. Tametsi naturam termini, quæ est significatio, habeat. Cuius simile est in ente, quod per vñ, & multa diuiditur, & (vt inquit S. Tho. 1. p. q. 11. art. 1. ad. 2.) per vnum simpliciter, & per multa secundum quid. Et tamen multa entia perfectè naturā entis habet. Etsi ad eius conceptum in cōmuni respicias, indifferens est: & ad vnum, & multa. Verum tamen si ens non absoluatur à numero, non sunt multa simpliciter ens, sed secūdu quid. Sicut secundum quid vnum sunt. Si vero absoluatur à numero, absolute sunt ens. Ita et si æquiuoci naturam habeat, si ly terminus non absoluatur ab numero, est secundum quid



quid terminus, & secundum quid vnus. Egre-  
gius esset profecto, atq; subtilis, & emunctus,  
iste discursus: si constitutum nobis foret,  
æquiuocum esse multos terminos, sicut mul-  
tudo est multa entia. Sed hoc est quod inue-  
stigamus. At in hac parte aliter de vnitatem, &  
pluralitate termini dictionis quidem cōnota-  
tiuæ, quam in alijs cōnotatiuis, edisserere o-  
portet. In substantijs forma saltem naturali-  
ter multiplicat. Quoniam affert secum suum  
suppositum, & cōstituit. In his vero cōnotati-  
uis cum forma insit subiecto, quod dat esse  
accidenti, & etiam vnitatem: non multiplicā-  
tūr subiecta ad multiplicationem formarū.  
Ita licet multæ sint in eodem subiecto quali-  
tates, multæ relationes, multæq; vestes: dici-  
tur ab omnibus sine hæsitatione vnū quale:  
vnum relatiuū: vnum vestitum: ita profecto  
æquiuocus dicendus est vnus terminus pro-  
pter vnitatem subiecti. Tamen non tā vnus:  
ac vniuocus: sicuti non tam vnum, quale est,  
quod multiplici qualitate, quam quod vna.  
Maiorem enim vnitatem facient vnitatis for-  
mæ, & subiecti, quā huius vnitatis, cum formæ  
pluralitate. Ad argumentum respondetur di-  
ctū Aristotelis verificari cum hoc addito, ra-  
tione formæ. Cum quo etsi non expressse phi-  
losophus loquutus est.

¶ **DECIMO**, in eandem finitionem. Pro-  
positio est vox significatiua ad placitum, ex  
qua simplex conficitur propositio alia, & ta-  
men non est terminus. Maior probatur. Iam,  
est vox. s. complexa, quod tamē nihil obstat.  
Alias terminus complexus non esset vox, &  
multæ sunt propositiones partes aliarū sim-  
plicium. Sed respondetur, recte excludi pro-  
positionē ab ratione termini per vltimā par-  
ticulam, & si quandoq; simplicem propositio-  
nem cōponat (quod in secundo lib. dicitur  
tatur) illud facit de per accidens. Terminus ve-  
ro de per se ad conficiendam propositionem  
ordinatur. At propositio minimè. Quinimo po-  
test quis tueri, quod nō ita propositio adhuc  
ad Syllogismum, sicut ad eam terminus ordi-  
natur. Siquidem videtur is, intrinsece ad eam  
ordinari, illa vero ad syllogismū quasi extrin-  
sece. Vt, hæc cōparatio fiat. s. terminus est ad  
propositionem velut manus respectu totius  
corporis: propositio, vt homo respectu repu-  
blicæ: altera pars naturalis, altera politica, ta-  
meti ambæ illæ terminus, & propositio sint  
artificiales. Exemplum tenet quantum ad  
necessitatem ordinis. Sed retorquebis: tela

hoc pacto. Significatio est essentia termini, or-  
do ad compositionem proprietas; proposi-  
tio autem est distincta species: non ergo ex-  
cludenda est per proprium, quod est poste-  
rius, sed per naturam. Dicit quis, quod non  
penitus, vt duæ species distinguuntur: sed po-  
tius vel vt pars, & totum. Vnde nihil mirum,  
habeant eandem formam essentialem. Me-  
lius tamen dicitur, etiam distingui significa-  
tione. Sed hæc distinctio cum sit in formis  
simplicissimis, non potest, nisi per istos res-  
pectus explicari. Sed per hoc, quod terminus  
componit, propositio non componit: intelli-  
gimus, quod significatio prioris est talis, vt sit  
compositiua, posterioris non est cōpositiua:  
¶ **CONTRA** distinctionē significandi ge-  
neraliter, & specialiter. Membra sunt idem,  
& alterum cōtinet alterum. Quod enim spe-  
cialiter significat, vt pertinet inquam ad dia-  
lecticum, etiam significat generaliter: ergo.  
Respondetur, quod hæc diuisio non est quid  
rei, sed quid nominis. & non quid significatio-  
nis, aliàs esset nomen æquiuocum: sed diuisio  
acceptationis termini. Senius est, quod duplici-  
ter accipitur, generaliter, & particulariter: ac  
si diceremus, animal capitur pro animali in  
communi, & pro homine etiā in particulari.  
Et quia acceptationum varietas est cum vniuoc-  
catione, ideo & terminus est vniuocus, & ar-  
gumentum diluitur.

¶ **INEANDE** definitionē termini. Ens  
de per accidens non definitur: sed terminus  
est ens de per accidens, ergo non est definibi-  
lis. Minor probatur. Accidens reale: & substā-  
tia faciunt vnum de per accidens, ergo a for-  
tiori ens rationis, scilicet significatio cum en-  
te reali, scilicet voce.

¶ **DVODECIMO** terminus est, instru-  
mentum naturalis virtutis: etiam in quātum  
est significatiuus: ergo significat naturaliter,  
non ad placitum. Antecedens probatur. Est  
instrumentum virtutis expressiuæ, quæ est na-  
turalis, & demum est instrumentum intelle-  
ctus, sed hic est potentia naturalis.

¶ **AD SECUNDVM** primo responde-  
tur, quod vnum dicit indiuiduum actu & quia  
multa sepius faciunt vnum, potest esse indi-  
uisum, & esse multa. Diueria vero non bene  
conueniunt in vnitatem, nisi alterum sit poten-  
tia, alterū actus. Hæc enim coniunctio actus,  
& potentia maximè inter omnes fit sine nu-  
mero: ergo in tantum multa sunt vnū in quā-  
tū, sic se habent. Est enim gradus in esse potē-  
tia



tia, & actus. Maximus est quando potentia est pura, & essentialis, itidē & actus, vt in substantia corporea. In quantum ab hoc recedūt multa, in tantum dum conueniunt, minus vnum de perse faciunt. Si vero nihil horum assequantur, vnum de per accidens constituit, vt, lapides in aceruo. Artificialia vero secundum omnes ex materia, & forma componuntur, ergo erant de perse vnum: quatenus sufficit, vt, sint diffinibilia etiam in concreto. Terminus autem est rationis opificium: ideo constat ex materia, & forma, & est diffinibilis. Secundo respondetur, quod in his definitionibus definitur secunda intentio, tamen si definitio supponat pro prima, quatenus substat secundae, vt patet in definitione generis, & aliorum prædicabilium. Secunda autem intentio, sicut quælibet alia forma vna est perse, Nam eadem est in concreto, & in abstracto diuersimode accepta, & in abstracto omnes concedunt esse vnam, & definibilem, ergo in concreto.

¶ **I N E A M D E M** descriptionē. Terminus non est signum, ergo non significat. Idem est enim significare, & signum esse. Antecedens probatur, signum absq; similitudine non videtur, posse existere, terminus vocalis nullam similitudinē gerit significati, ergo nō est signū. Cōtra definitionē signi. Vnūquodq; repræsentat sibi simile, & tamen nō est illorum signū, ergo. Maior probatur. Impositio facit voces significatiuas sine similitudine: ergo a fortiori similitudo sine impositione.

¶ **T R I A** hæc videntur se habere ex additione signum, vestigium, imago: in quibus immiscetur simile. Primum est, quo manu ducimur in cognitionem alicuius occulti. Vnde tantum exigit, vt quid manifestius repræsentet aliud occultius. Ad repræsentandum vero nullo modo similitudo requiritur. Imo in vniuersum similitudo nō est significatio: quæ quidem significatio constituit rem in rationē signi, & ex multis causis prouenit, ex parte quarum signum multiplicatur. Videmus, quod fumus nullo modo igni assimilatur quæ naturaliter repræsentat. Non ergo dum taxat signa ad placitum similia non sunt signatis, verum & multa naturalia. Ratio ergo signi vtriusq; communis similitudinem non claudit. Ad hæc nec similitudo quantumlibet perfecta sola sufficit, vllum signum constitutere. Quod probat efficaciter vniuersalis conceptio, & loquella omnium, tam vulgarium ac

triuialium, quam sapientum & eruditorum. Contingit duos esse homines etiam fratres, & nemo illorum alterum repræsentare censetur: & duæ imagines eodem ab opifice editæ, etiam si omnino pares, & similes: neutra est alterius imago, aut eā repræsentare abululo existimatur. Deinde maxima similitudo est naturæ specificæ, sicut omnia individua eiusdem speciei, & ob id omnes homines ad inuicem proximi sunt, & cōiuncti vocantur: vniuersiq; nomine pximi præcepto dilectionis intelliguntur: vt pote maxima identitate naturæ similes, & propinqui. Et tamen singuli homines non repræsentant cunctos homines. Similitudo igitur non constituit signum. At imago est signum expressum ad similitudinem propriam alterius. Vbi duo præter signum esse includuntur, expressio. i. & similitudo. Qua in re licet omnes homines simillimi natura sint, non dicitur quisq; nisi parentum suorum imago. Quia ad similitudinem solūmodo istorum expressus, ac genitus fuit. Omne enim agens maxime vniucum intendit, sibi producere simile. Et secundum expressio nis, & similitudinis differentias, & gradus imago diuersificatur. Quædam expressio est naturalis, alia artificialis. Prima est, quæ fit ab agēte naturali, & naturale agens est etiam illud quod applicat actiua naturalia passius, & formā substantialem mediante eorū virtute inducit, producitq;. Artificialis est, quando forma fit ab arte. Vnde & totuplex imago est, quædam naturalis, quædam artificialis: & cum ambæ debeāt, similitudinē gerere, est in similitudine disparitas. Quod naturalis imago similis est exemplari in natura. Exemplar vocatur id, ad cuius similitudinem exprimitur, vt imperator est exemplar suæ imaginis, in natura (inquā) non totali, sed in eo in quo similis est, & imago. Vnde homo dicitur imago Dei, quatenus intellectiuis est, in quo homo assimilatur Deo. Tametsi in alio non assimiletur. s. quod est purus actus, incorporeus, in quo haud homo imago Dei est. Artificialis vero imago est similis in aliquo accidēti proprio exēplaris maxime in figura. Ratio est, quia ars non potest, formam substantialem vel se sola inducere. Vnde omnes formæ puræ artificiales sunt semper suis materijs accidentales. Hactenus de expressione. Similitudo autē (vt diximus) debet esse alicuius proprii exēplaris non cōmunis. At vtraq; similitudo siue naturalis, siue artificialis est duplex, alia perfe-



perfecta, alia imperfecta. Prima est quando adæquat significato, secunda cum deficit. Sic duplex est imago pariter eisdem nominibus significata, perfecta, & imperfecta. Perfecta imago naturalis est, quæ omnem naturam exemplaris in se exhaurit, illiq; adæquatur: aut saltem quæ in eo, quod exprimit adæquetur. Unde si homo intellectum Dei consumatè, exacteq; in se haberet, & intelligens, ac volens uti deus esset, imago in hoc eius perfecta foret. At præter Filium unigenitum Dei nemo est imago perfecta patris. In creaturis autem omnis filius est imago naturalis patris, sed imperfecta, quia non in omnibus assequitur similitudinem. Verum est quod in alia acceptione, quæ naturam specificam adimpletur exemplaris, censetur perfecta: & non prohibeo. Idem dicitur de artifici ali, quarum cum strictè loquendo uniuersæ imperfectæ sint, quia natura exemplaris carent, plurimarum perfectionem extollimus, si adiuuum expressæ sint: si speciem alicuius, si vultum, si dispositione deniq; referant. At vestigium postulat similitudinem multum imperfectam: quæ imperfectio non est similitudinis quantum ad rem signatam: nempe ut gerat similitudinem alicuius rei cõmunis exemplaris, non propriæ vel alicuius effectus eius: ut cinis vestigiũ est ignis, vastatio provincie, depopulatio vrbis, vestigiũ belli, aut pestis. Hæc omnia perstringimus quia hic solent dialectici omnem materiam signorum excutere. Ad. 13. argumentum, & ad. 14. patet ex his quid nam respondendum sit.

**¶ IN ID,** quod nomine potentie cognoscitiue intelliguntur hic tam sensus exteriores, quam interiores: signum repræsentat aliud ab se: per signũ vero signatum percipere ad duas solum spectat virtutes, ad intellectum. s. & imaginatiuam. Siquidem id postulat collationem: at cõferre, & in dispari gradu potest tantum intellectus, & imaginatio. Confirmatur, signatum est absens, sensus vero exteriores ad id dumtaxat, quod præsens est, & actu potentiam mouens, se accõmodant, ergo signa solum his potentijs deseruiunt. Respondetur, quod si de signo propriè loquamur, argumentum concludit, (ut statim videbimus) sed est signum quodam insensibile, sicut notitia, vel species, quæ dicuntur repræsentare obiectum potentie: & cum omnis potentia cognoscitiua habeat notitiam, omnibus hæc signa virtutibus cognoscitiuis cõmunia sunt.

Signum ergo exterius, in quantum signum, solum mouet priores duas potentias, notitiæ vero cunctis: sed nõ ideo cunctæ sunt discursiua, aut collatiua. Unde ad primum argumentum, negatur, per signum signatum percipere esse discursum aut comparationem necessariam nisi cum signum est obiectum: & tunc in solo homine. Siquidem in eo dumtaxat imaginatio est discursiua circa singularia, propter cõiunctionem ad intellectũ. Reliqua vero animalia habentia imaginationem, aut memoriam consuetudine, vel natura producta, habent vel innata iudicia: & repræsentationes rerum significatarum: ita ut perceptis signis similia iudicia seu repræsentationes insurgat. Itaq; per signum obiectum signatum percipere, semper est opus intelligentiæ. At in nobis est proprium opus nostrum, in brutis intelligentia est in Auctore naturæ, qui similia iudicia illis indidit. Itaq; cum ovis lupum audit, vel videt, non cognoscit, quantum damni ab illò sibi imminet, sed habet à principio iudicium, seu repræsentationem lupi: ut sibi noxiam, quod auditu vel visu in eo excitatur. Idẽ dicendum est cum consuetudine producantur. Ad secundum argumentum, negatur maior, Quia notitia visiva non repræsentat, nisi præsens, semper enim sunt intuitiua.

**¶ CONTRA** id, quod significare accidit duobus dumtaxat modis, instrumentaliter, & formaliter. Omne instrumentũ reducitur ad genus causæ efficientis: effectiueq; suo gradu, & ordine censetur instrumentum efficere, quod instrumentaliter facit: ergo datur significare effectiue. Et confirmatur, sicut potetia effectiue, facit cognoscere, cur non effectiue significabit. Secundo considerandum duplex esse instrumentum, reale, & rationis, instrumentum reale voco quod realem operationem, secundum quod instrumentum est, habet circa effectum: & multa sunt talia instrumenta, quibus etiam vitur ratio. Instrumentum rationis est, nõ quod obsequitur rationi, illiusq; ministeriũ subit. Id enim (ut dicimus) & realia pleraq; faciunt. Verumtamen id est quod solam operationem rationis, habet. Est enim & actio rationis, sicut & passio: ut quiescere, actio rationis solũ est & vera priuatio actionis realis, & videri, parietem est passio rationis. Tales sunt propositiones, & termini vocales, qui quatenus termini sunt, nihil reali actione efficiunt. Ratio est, quia vnumquodq; agit, secundum formã, qua agit. Nam etsi instrumẽ



## Argumenta

tum agat, quatenus mouetur, à principali agentem, & per consequens secundum virtutem quam recipit, vnumquodque tamen recipitur secundum dispositionem recipientis. Sic cum forma, & dispositio instrumenti sit rationis, non potest secundum eam, quid reale recipere. Ita in idem recidit quoad præsens, & secundum formam agere, & secundum virtutem receptam. Forma vero termini, est significatio rationis. Vnde secundum eam, non potest habere operationem realem. Hinc terminus dicitur significare: quia ratio vtitur illo ad rei significatam notiam formandam. Mouet quidem effectiue auditum, visumue secundum suam materiam sui speciem, sicut reliqua faciunt corpora: at significatio neque intellectum mouet: tantum terminat, cum actu intelligitur, sed audita voce homo, significationis meminit, & per eam rei significatam. Vnde duplex notitia requisita est, altera signi, altera signati: ut præsciamus (inquam) hunc terminum id representare. Vnde formaliter terminus non est nisi obiectiue in intellectu. Quibus suppositis ad argumentum negatur antecedens, qui nimmo sunt quam plura instrumenta, etiam realia in genere causæ formalis: ut grauitas est instrumentum generantis, qualapis tendit deorsum, & est instrumentum formale. Et calor ignis generantis est instrumentum, quo vtitur, & forma illius: non modo secundum quod est passibilis qualitas, sed ut instrumentum. Calor productus in passio, quo mediante alterat, reducitur ad genus causæ efficientis combustionem, sibi tamen inherens forma est per quam agit. Multo melius instrumentum rationis reducetur, ad genus aliud, quam efficiens. Secundo, etiam si terminus efficeret notitiam, non ideo dicendus est significare effectiue. Quia debebat concurrere effectiue ad suam propriam significationem, quod nullatenus facit: ut pote quam ex beneplacito recipit, & ad quam merè passiuè concurrat. Neque sufficit, efficere in alio significatione, aut notitia: ut quid dicatur proprie, significate: sed debet in se significationem eius rei, quam significat, habere. Id enim significat quod est signum. Et hæc est ratio, cur potentia non dicitur significare, nec representare. Maxime quod significatio est relatio, & ad relationem non est per se motus. Vnde non concurrat quid, nisi ad productionem conceptus, qui est quædam qualitas.

¶ IN ID quod nulla res significat se ipsam,

ly, terminus significat omnes terminos, & ipse est terminus, ergo significat se ipsum. Non nulli arbitrantur, rem quamlibet, quæ representat se obiectiue, significare communiter: ut in vniuersum representare se obiectiue sit, se significare. In quo figmento repellendo haud est opus multis rationibus. Cum pensata natura terminorum appareat, id nullatenus teneri posse. Nam quod significat, signum est, signum vero dicitur relatiue ad signatum, distinctio ergo vtriusque necessaria est. Deinde representare secundum istos est superius ad significare, ergo obiectiue representare non est significare. Quia solummodo hoc membro excellit. Ad hæc signa dantur, ut manu ducamur in cognitionem signatorum, ineptè ergo sui ipsius vnaquæque res signum dicitur: cum iam se representet. Signum demum est semper via, nihil autem via est, nisi ad aliud, ineptus ergo modus loquendi ille est. Ideoque deinceps abigendus. At in istis signis terminus, nomen, & similibus ob amplitudinem significationis contigit, quod inter signata contineatur, vnde significant se, in adæquate secundo, & de per accidens. Nam ly terminus primo significat in communi terminum, deinde singulos, proprietas vniuersalis termini, communis. Sed non ideo hoc extendendum est ad alia signa, vbi id non contingit, & multo minus, ad omnes res seipsas representantes. Quia nec ly terminus significat se, quatenus representat se. Ergo res quæ solū habet, representare se, non poterit se significare.

¶ IN ID QVOD dicitur, quod significare, & esse signum sunt idem. Significare est effectus signi, ergo non sunt idem. Quia effectus, & causa distinguuntur. Notandum quod bifarie signum significat, vno modo in se ipso ut dicimus, imago significat imperatorem, (id est) in se, habet significationem. Aliomodo dicitur significare alteri imperatorem, quia ad eum cognoscendum potentiam mouet. Ut si dicamus, quod ignis ex duplici calore dicitur calefacere, & à calore quem habet, & quem in passio introducit. Quando ergo dicitur significare, & esse signum sunt idem, intelligitur de primo modo significandi. Rursus aduerte, istud significare, posse dupliciter significari, si licet in actu exercito, & signato, sicut amor, & amare. Significatio ergo per signum significatur in actu signato, per significare in actu exercito. Dicimus ergo signum, & significare esse idem realiter, non ratione, sicut lectio, & legere. Negamusque signifi-



significare hoc pacto, effectum esse signi. Et secundum respondemus, illius assertionis sensum germanum esse sine ambagibus, quod dicuntur conuertibiliter sic, vt, quid quid significat, est signum, & omne signum significat.

¶ **C O N T R A** diffinitione signi: voces sunt signa conceptuum, & tamen non representant illos, ergo. Dices, quod duplex est modus significandi, alter mouendo auditorem, alter exprimendo. Contra. Vox habet vnicam significationem, alias esset æquiuoca. A Equiuocatio enim in multiplici consistit significatione, vniuocatio verò in simplici representatione. Ergo non est duplex. In vna autem significatione, vnicus est dumtaxat modus significandi, ergo non est duplex. Cõfirmatur. Non significant naturaliter cõceptus voces, nec ad placitum, ergo nullo modo. Non naturaliter, quia naturalis significatio non est propria terminorum: & tamen illic Aristoteles agebat de propria significatione vocum. Sed neq; ad placitum: quia sic representat res ad extra, & tamen vniuocè rem & conceptum representare non posset. Et secundo, quia eodem modo scripturæ asseruntur, ibidem significare voces, & cõstat nõ esse terminos scriptos impositos ad significandas voces, sed obiecta vocum. Hic quæritur, quomodo voces significant conceptum, scripturæq; voces. Vbi (vt à notioribus inchoemus) euidentis est, quod & voces substituuntur loco conceptuum, & vice vocum scripturæ (quod solum præfato Perihermenias prologo voluit Aristoteles explicare. Nã primo sibi mens conceptibus sententiam dicit. Est enim interius genus quoddam loquutionis, vbi dictiones primo, & perse verba dicuntur. Quibus verbis si ab alijs videri, aut sensu percipi possent, etiam cõteros alloqueremur, superfluerentq; voces atq; scripturæ. Quem admodum angelis redundant ista, quia proprios conceptus inuicem intuentur, quorũ præterea loquutio spiritualis est. At quia nos sensibilia tantummodo intuemur, nec mens nostra nobis exacte nota est, signis vtimur visibilibus, interiora nostra verba exprimētibus, quæ sunt voces, & scripturæ. Sed non æquali nexu meo videre hæc cõnectuntur. Vt. s. voces (vt nonnulli arbitrantur) exprimant conceptus, à quibus pendent, & termini scripti voces. Sed immediatè potius, etiam scripturæ notitias internas exprimunt. Enim vero eodem ingenio & præsentibus vocibus alloquimur, & ad absentes epistolas de-

stinamus. Ergo immediatè, vterq; terminus est instrumentum rationis. Non opus est, vt scriptus ad rationem per vocalem referatur, nisi hac forsitan congruentia. s. quod primo homo adinuenit voces, vt cum hominibus commercia haberet, quibus necessario semper vteremur, si adessent semper, quibus cum agimus. Ad huc si voces significant conceptus, hæc significatio est quædam expressio, non representatio obiectiua (id est) non mouetur audiens ad intelligendos conceptus, & tamen per scripturas certe, non exprimimus voces, sed potius notitias. Non enim voces conamur exprimere, sed interiores cogitationes: nisi quod præsentibus explicamus mentem vocibus, absentibus per scripturas. Igitur maior quædam ratio est, vt voces signa conceptuum dicantur, quàm signa vocum scripturæ. Sed potius scripturæ sunt signa pariter conceptuum. Et vltimo: cum negari non possit, quin litteris cogitatus nostros exprimamus, non potest negari pariter, quin signa conceptuum sint litteræ. Vnde forent litteræ, & signa vocum, & signa conceptuum, exprimerentq; vtrumq;. Quod nemini non absurdum iudicabitur. Plura (in quam) significant termini scripti quàm vocales. Igitur sicut idem significant, ita ambo immediatè ad notitias referuntur.

¶ **H A C I A M** differentia constituta quæstio est, qua nam ratione, ambo signa conceptuum appellentur, vtrum impositæ fuerint ad significandos illos, quod est clarius dictum, an conceptus significetur obiectiue vti res à parte rei significatur. Cuius quæstionis pars negatiua mihi probabilissima sæpè visa fuit. Primo quia ad omne id cognoscendum terminus de se inducit audientem, quod est ipsius significationis obiectum. Ob id enim exterius signum est, vt eo manu ducamur in cognitionem sui significati. Et omnes ingenuè fatentur, auditorem in cognitionem conceptus non moueri, sed rei: nisi forsitan argumentatiue ipse audiens cognoscat prolatorem habere notitias. Secundo terminus supponit in oratione pro re significata obiectiue, vt pote cuius loco in oratione substituitur. Quod vocalis nullatenus prométali facit, tametsi proprie agere videatur. Terminum namq; pro alio supponi, est, & cum de re, quicquid enunciare volumus, quia res nobiscum perducere ad scholas nequimus, terminos loco rerum substituiamus. At cum de conceptu formali hominis



in inis quicquā prædicamus, haud eius loco li-  
homo subditus, sed li conceptus. Alias si sup-  
poni sit agere ibi, quod aliud acturū erat: pro-  
priissime voces loco conceptuum supponun-  
tū. Non tamen quasi loco signatorū, sed qua-  
si idē agentes, quod conceptus agerent. Si er-  
go voces supponunt pro signatis, & non sup-  
ponunt pro cōceptibus, ergo conceptus non  
sunt obiectiue significati. Tertio hæc distin-  
ctio omnium calculis approbata est, vt signi-  
ficare aliud sit exprimere, aliud obiectiue re-  
præsentare: conceduntq; voces solūmodo cō-  
ceptus exprimere: ad quod nullatenus requi-  
ritur obiectiue importetur. Vltimo, si obiecti-  
ue eum præfert, quæritur, an eadē significa-  
tione, qua res, an distincta: si hoc cōceditur,  
nulla vox vniuoca erit. Cū hæc ratio præscin-  
di ab voce non possit. Quemadmodum in æ-  
quiuocis singulas significationes cōsideramus,  
secūdam quas singulas vniuocus est. Attamē  
secundum vnamquamq; repræsentat, pariter  
conceptum, & sic hæc repræsentatio nō præ-  
cinditur. Si des primum inintelligibile est, res,  
& conceptus obiectiue eodem conceptu in-  
telligantur.

¶ **S E D** obijcies, signum, & signatū dicuntur  
relatiue, relatio vero signati est passiuā. s. sig-  
nificari: quidquid autē significatur, importa-  
tur obiectiue. Pro solutione huius obiectionis  
duo nobis perpēdenda sunt. Primum, an spe-  
ciali impositione vox significet conceptum:  
an, eadē qua rem: quod est querere, an conce-  
ptus ponat in ratione signati in numero cum  
re: an potius vnicum signatum reputentur.  
Et quidē si sermo de conceptu obiectiuo fo-  
ret, incunctanter responderē, & eadē signifi-  
catione designari, & in numero non ponere.  
Quoniā eadē res prorsus est. At de formali  
multa obstat, ne sic liberē respōdeamus, præ-  
sertim si verē superius concludimus, non sig-  
nificari obiectiue. Nōnulli arbitrantur, quod  
vox significat illa, & diuersis significationib;,  
& æquiuocē. Alij voces repræsentare conce-  
ptus dupliciter, vno modo exprimendo (hoc  
ex beneplacito) alio modo obiectiue sicut rē  
significatam, & hoc naturaliter. Et vtrūq; pro-  
bant, tum quod sint signa, tum effectus cōce-  
ptuū, ergo naturaliter repræsentāt suas caus-  
sas. Sed hoc non est vero simile. Quia termi-  
nus non est effectus naturalis intellectus, sed  
instrumentū rationis voluntate humana con-  
fectum. Ergo quicquid agunt, vt talia ex be-  
neplacito facere censentur, non naturaliter:

vt talia exprimunt conceptus, seu repræsen-  
tant illos. Ergo. Si mētem quatenus vox est,  
significaret: naturali id tunc iure videretur ef-  
ficere. Sicut dicimus, quod significat prolato-  
rem. Confirmatur. Vnumquodq; agit secūdū  
sua in formam. At forma qua terminus ope-  
ratur, est ex beneplacito: omnis ergo eius ef-  
fectus ex beneplacito erit. Et confirmatur. Nō  
alia de causa rem ad placitum significat, nisi  
quia ex beneplacito significatio illi prouenit.  
Ergo siue eadem significatione, siue diuersis  
rem, & conceptum referat, cum ambæ ex be-  
neplacito voci euenerint, sequitur ex bene-  
placito significare. Vide S. Thom. 1. p. q. 4. de  
verbo. Reliqua impugnabuntur inferius.

**I G I T V R** his nō obstantibus respōdetur,  
eadem significatione, atq; impositione nume-  
rica terminum rē, & verbum significare. Illā  
obiectiue mouendo, hoc exprimendo: rē tā-  
quā quod, & verbum vt quo (vt ipsa expe-  
rientia conuincit.) Siquidem impositores, ac  
nomenclatores, simplici actione ly equum ad  
equum importandum constituerūt. Hinc ob-  
tigit, vt nostras exprimat cōceptiones. Eate-  
nus nāq; exprimunt, quatenus quæ intelli-  
gimus, explicant, siq; vocibus vtimur, quas re-  
præsentare inuenimus, quæ intus cognosci-  
mus. Et cōfirmatur. In auditum est hactenus  
peculiariter homines ad significandos cōce-  
ptus voces imposuisse, quando ad rem repræ-  
sentandā imponūt. Præterea ponamus, li leo-  
nem, disputationis gratia solummodo impo-  
sitū ad leonē significandum. Non est dubium,  
quin ex hoc dūtaxat expressius sufficientis-  
sime maneret cōceptus: ergo de facto ita cō-  
tingit. Frustra enim noua impositio exigitur,  
quando nō posita nō minus bene, aut minus  
facile terminus idem facit, significatq;. Verū  
non debet videri mirū, vna significatio vtrūq;  
faciat: vt pote quod frequēter in multis actio-  
nibus cōtingit: vt eadē numero voluntas est  
de medio, & de fine & eadē actione artifex  
vtitur instrumento, & secat lignum. Itaq; nō  
ponit in numero verbum cum re significata,  
nec est idem tamen signatum, vt pote non si-  
gnatum. Quod autem non est, nec distingui-  
tur ab alio, nec idem cum illo est. Quod de-  
novo potest nunc efficaciter probari. Conce-  
ptus eo modo se debet ad voces habere qui-  
bus quis loquitur, sicut se habet ad loquen-  
tem: is autem intelligit res per verbum, & ta-  
men non intelligit verbum: sed postmodum  
per reflexionem: ergo & voce exprimit qui-  
dem



dem verbum, non tamen significat obiectiue verbum, sed rem per verbum intellecta. Sed nunc, quid principalis vox significet, inquiremus. Philosophus videtur sentire conceptum. Principalior enim significatio est, quae propria: haec autem in voce est representatio conceptus. Res quidem omnibus signis representantur, conceptus vero tantum vocibus. Cōprobatur. Per principalem debet signum defini: & tamen Aristoteles sic definit vocales. Ea quae sunt in voce, sunt signa earum, quae sunt in anima passionum. Quinimmo idem ibidem, quarum (inquit) haec, (id est) voces, notae sunt, eadem passiones sunt apud omnes. quod autem vnumquodque, signum primo importat, principalis importare censetur, ergo. Secundo vocales significant res, non secundum quod in se sunt, sed ut intelliguntur. Quod modus significandi patentissime ostendit, qui non rerum existentium, sed intelligentium correspondet. Nam si homo, hominem importat secundum se, absolute sumtum, qualiter non est in re, & si albedo in abstracto, cum semper sit, debeatque esse in concreto. Ergo principalis conceptus dictiones representant. Huic quaestioni respondemus, principalis terminos significare res, sed immediatius exprimere conceptus. Illud probatur, quia illud est principale significatum, quod quaesiti de significatione nominis respondemus, hoc autem (ut palam est) res est. Rursus a principali specificatur, & distinguitur in ratione signi. Non solemus autem distinctionem, & specificationem terminorum, nisi ex rebus signatis designare, ut Petrus, & homo differunt specie in ratione termini. Quia primus significat rem singularem, secundus communem. At quod immediatius, ac nulla interpositione coniunctius, verbum significet, probatur. Quia verbum, ut quo, re, ut quod: in executione prius est, quod quid fit: quam ipsum quo fit, sicut medium antecedit finem. Ex quo ad primum argumentum huius ambiguitatis dicimus, propriam significationem vocum esse rei mediae conceptu. Ad secundum dicitur, esse descriptionem, non definitionem. At tertium, si primo idem esse quod immediatius. Id vero. scilicet ut quod primo vnumquodque signum importat, principale sit, intelligitur importatum ut quod. Ad illud autem argumentum de signo, & signato respondetur, quod sicut significatur conceptus, potest appellari signatum. scilicet ut quo. Secundo, non opus esse, signum referatur

nisi ad signatum, quod, ut pote a quo & specificatur. Argumentorum vero, quae principio quaestioni formauimus, primo dicitur, quod vnica, simplexque significatio est, in qua toleratur ille duplex modus significandi ut pote subalternati. Nam exprimere tendit ad mouendum, & alter est quod, alter quo. Modi vero disparati, ut significare in concreto, & in abstracto: sunt impossibiles eidem numero significationi. Videmus tamen, quod eadem significatione, atque impositione significat terminus communis vniuersale primum, & secundario indiuidua. Ad confirmationem, dato ex beneplacito significare illos. Secundo iam respondimus. De hac re vide. S. Thom. opus. 53 & .1. peri, le. 7. August. 2. de doctri. Christiana. capit. 2. & 3.

¶ **CONTRA** definitionem signi replicatur. In libro clauso non representat actu, ergo non est signum actu, ergo non est signum. Prima consequentia probatur. De quo negatur definitio cum addito & definitum cum eodem. Secunda consequentia vero. Quia quod quidpiam actu non est, absolute non est. Quoniam quod in potentia duntaxat singula sunt, secundum quid sunt. Negatur antecedens ad sensum definitionis. Actum enim representat etiam libro clauso, id est, actu habet aptitudinem representandi. Secundo negatur consequentia concessio antecedenti. Quia variatur appellatio, & variatio est ab actus secundi negatione ad negationem primi. Representare actu enim est actio signi, esse autem signum est forma, & essentia. Aliter replicatur. Non habet actu formam termini. Quia haec cum sit entitas rationis actu esse, nec haberi, nisi apprehendatur, non potest: ergo actu non habet formam. Respondetur, quod actu esse signum non est, in se habere significationem. (Nusquam enim illam habet) sed est institutum iam esse, ut eo intellectus utatur.

¶ **PERCVNCTATUR**, an signum dicat de se ordinem ad intellectum. Pars negativa sua detur. Bruitis seruiunt quaedam signa, quae tamen ut pote rationis expertia intellectu carent. Non ergo signum dicit ordinem ad intellectum. Qui tamen tenuerint, semper relationem, respectumque dicere: respondebunt, dicere & illa signa habitudinem ad intellectum non ipsorum animantium, sed naturae. Ego tamen docerem libentius, signum ut sic tantum dicere ordinem ad signatum. Nam ad omne id dicit



dicit ordinem, ad quod refertur: sed tantum refertur ad signatum, non etiam ad potētiam. (Ut patet explicādo horum relatiuorum cōuertentiam.) Secundo asseuero, quod si dicit ordinem, ad potentiam, nullatenus ad diuinam, sed ad eam dumtaxat cui repræsentat, seu significare potest. Hæc enim in eius definitione ponitur. Et præterea hæc potentia, aut respicitur à signo quasi se instituens, aut cui significat: sed signum in communi non substituitur, sed tantum signum ad placitum, ergo signum, vt sic, non respicit intellectum, neq; ad illum ordinatur.

¶ **CONTRA** diuisionem signi in naturale, & ad placitum: velut generis in species. Primo signum non est suis membris vniuocum (vt supra probauimus,) ergo non est diuisio generis in species. Secundo: naturale, & ad placitum non concernunt tam ipsa signa, quam signorum causas vnde promanarunt. Ad placitum est, quod ex instituto repræsentat, naturale, si ex natura rei significatio profluat. ergo hæc diuisio non est generis in species, sed nec Analogi in analogata. Vtrumq; membrum enim æque naturā signi assequitur, nec minus signum est ad placitū, quam naturale, ergo. Secundo in nulla specie Analogiæ collocatur horū habitudo. Nō est enim proportio, neq; proportionalitas, ergo. Respōdetur. Quod est diuisio formæ in concreto in suas partes concretè: ac si diceremus pulchritudo alia est naturalis, alia artificialis: sic etiā significatio alia naturalis, alia ad placitum. Et forsā mēbra differunt genere. Vnde consequēter inquiritur, an significatio signi naturalis sit ens rationis. Nō nulli arbitrantur, idcirco dū taxat hæc signa differre: quod naturale habet in se, quo significatio fundari possit: seu quo intellectus vti. Ad placitū vero nullum fundamentum habet. Cæterū formaliter loquendo tā ens rationis est vnū, ac alterū. Sed contra. Fundamentū vtrobiq; est ens reale, puta ipsa signorū materia. Dices, id esse remotum, sed propinquū in ad placitū est impositio passiue sumpta (nā actiua actio est hominum.) Sed cōtra, Si fundamentū propinquum, & remotū est ens reale in signis naturalibus, & termino, (id est, signatū reale profecto, relatio realis est, (id est) significatio. Dicendum est (vt ego iudico, quod signum naturale de se signum est, & habet de se significationē. Primo, colligitur ex eius definitione, sane significās ex natura rei (id est) cuius significatio ex ipso ema

nat. Si ergo signi natura, aut materia causa est significationis: hæc realis erit. Quia causa habere, sicut & efficere entis realis est. Sed, quos dudū refellebamus, existimant, rationē signi esse, vt eo intellectus vtatur. Sed duo debebāt aduertere, primum. Signum nō esse adæquatum instrumentum rationis. Cum aliæ quoq; potentiæ, nō modo hominum, sed brutorum animantū, etiā signis vtantur. Secūdu, quod aliud est ratio signi, aliud effectus. Significatio quidem natura est signi, repræsentare potentiæ cognoscitiuæ, effectus, seu finis signorum. Signa enim, & habitus & potentiæ bene per proprios actus definiuntur.

Difficultas est etiam, an termini scripti, atq; vocales differant specie in ratione termini. Pro parte affirmatiua est omnium cōsensu, diuidentium in tres partes terminum in vocalem, scriptum, atq; mentalem. Deinde scripti dicuntur signa esse vocaliū: ergo alterius speciei sunt. Pro parte negatiua vrget, quod ex parte significationis, quæ est forma termini, nulla est differētia: rātur differunt ex parte materiæ, (vt constat ex amborū definitionibus.) Vocalis est, vox significatiua ad placitū: ex qua simplex cōficitur propositio. Scriptus, scriptura significatiua ad placitū: ex qua simplex cōficitur propositio. In quibus tantum est discrimen in materia. Terminus quidem mētalis differt iure specie ab exterioribus. Quia significat naturaliter. Secūdo si differunt specie, vtri distinguntur post modum in communes, singulares, & primæ, & secundæ intentionis. Ea enim quæ differunt specie, vel genere non possunt habere easdem omnino differentias, species, & genera. Dico, quod strictè loquendo non differunt, specie scriptus, atq; vocalis, vt argumētum primum cōvincit. Præterea in omnibus alijs artificialibus non differunt specie, siue in abstracto sumantur, siue in concreto: quantumcumq; materia sit diuersa: vt Anulus aureus, vel argenteus eiusdem speciei sunt, & cathedra lignea, vel lapidea pariter eiusdem naturæ in esse cathedræ. Et contra videbitur, cuiuspiam forsā differre genere. Quia differentia quæsumitur à materia in communi est generica, vt corruptibile, & incorruptibile. Sed tamen in rebus artificialibus non est tam de essentia materia, sicut in naturalibus. Quia in naturalibus est pars quidditatis, in artificialibus tantum est iubiectū formæ. Ideo in illis differre, ex parte materiæ, diuersificat genus nō autē in arti



in artificialibus. His nihilominus non obstantibus dicimus, quod summulsticè censentur differre specie. Quia distant vsu & obsequio, quod dumtaxat attendunt dialectici, illas autem subtilitates relinquunt Metaphysico.

¶ **V I D E T V R** signum instrumentaliter effectiue significare. Primo quia significat efficiendo realiter: sane ingerendo species sensibus. Respondetur id facere vt obiectum est materiale, non vt signū, vt signū. n. solum mouet intellectū, & per cōsequens immittere speciē nihil iuuat, vt effectiue censeatur significare, quāquā nec species immittit effectiue (vt quidam opinantur) sed materialiter, tantum: lux namq; educit species ex ipsis rebus materialibus. Sed replicatur, prolator significat effectiue ergo & voces vt pote instrumentū illius antecedens probatur. Dicimus repræsentari ego illi quāta sibi mala immineant & ille mihi hoc significauit, ergo proferens repræsentat & significat: quod cum non faciat obiectiue nec formaliter neq; instrumentaliter remanet faciat effectiue. Cōfirmatur voces secū dū omnes significant, quæ sunt tñ instrumenta proferentis, Ergo afortiori ipse proferēs: ad hanc replicam facile erat respondere, nō nunquā actionem instrumenti non competere principali agenti licet non exequatur instrumentū actionem nisi motum ab principali: vt cithara vel organum sonat suauiter: cuius causa sonitus principalis est chitaræ dus is tamen nō dicitur sonare. Nec sonat. Ita voces dumtaxat significant: non homo, tamen si is sit causa principalis. Sed principale argumentum nō video quo pacto solui possit vt pote quod in communi modo loquēdi fundatur.

¶ **C O N T R A** distinctionē obiecti in motiū tantum, nullum est motiū tantū. Quia nullum mouet, quin terminus sit suæ notitiæ, terminatiuum quidē potest esse, ergo. Fatemur nullum esse obiectum, quod terminare non debeat saltem notitiam, licet nō semper potētiam. Actus siquidē specificatur ab obiecto, à quo autē specificatur, illic terminatur. Præsertim habet id verum in notitijs. Quoniā in volitionibus, & appetitionibus non terminat medium, neq; ipse specificat: sed finis, tamen si etiā medium sit obiectum, quando eodē actu volumus mediū ppter finē. At quia, vt rationales ex notioribus nobis ad ignota procedimus, cōtingit, vt ab vno excitemur, & in aliud perueniamus. Et tunc duæ quidem sunt in no-

bis notitiæ, altera rei nos inuitantis, altera eius, quod per discursum cognoscimus. Respectu ergo suæ notitiæ obiectum motiuum etiam est terminatiuum, sed respectu notitiæ rei, quā indagamus, quāq; ipsum signum repræsentat, motiuum tantum est. Itaq; datur terminatiuum tantum absolute, quod nō sit vllomodo motiuum in actu, at motiuum tantum non nisi respectiue datur. Et necesse est vt simul respectu alterius terminatiuum sit.

¶ **I N E A N D E M** definitionem, significare naturaliter est, idem apud omnes repræsentare: mago repræsentat naturaliter, & nō idem apud omnes, præsertim, non apud infideles æthnicos, Indosq; barbaros, nihil ergo minus quam naturaliter significat. Dices, quantum est de se posse, de per accidens vero non facere. Quia intuentes significationem ignorant. Sed idem nos de terminis dicemus, nepe quātum est de se, idem apud omnes repræsentare, & ignorantia eorum impositionis actu hanc potentiam non exercere. Generale est, vt instrumentum quodlibet, siue naturale, siue ad placitum repræsentet: duase xigi notitias signi. s. & signati. Differentia tamen est, quod in naturalibus, cum ex natura rei oriatur significatio (quæ est altera definitio, mox examinanda) & interminis ex bene placito: illa naturalis de se est indifferens ad omnes gentes. Quoniam natura non magis ad hos homines determinat, quàm ad alios. At significatio termini vt pote ex bene placito orta determinatur secundum voluntatem imponentium. (Voluntatis enim est, & se & sua applicare, & cohibere). Vnde emanat, aliud esse huius idioma, aliud alterius. Nimirū quod has voces hæ gentes constituerunt dumtaxat, vt ipsæ eis vterentur. Ideo hi sunt proprii termini latinorū, illi Græcorū. Quod si græcas voces cognoscit latinus, hoc vt græcarum litterarum particeps facit, quod non contingit in signis naturalibus. Nam cognoscens Iouis statuum non vt æthnicus, aut Catholicus, sed vt homo cognoscit. Cōgruē itaq; insinuatum est discrimen, quod imago quātum est de se, idem apud omnes repræsentat. Quia nulli applicata est. Terminus autē quatenus est in se, coarctatus, & incompendium redactus est & ad certū genus hominum limitatus, quod ex diuerso significationis fonte profluit. Poterit secundo quis respondere, inter significantia naturaliter esse gradus. Quædam enim ex instinctu naturæ, quædam vt effe-



vt effectus naturales, sicut fumus, quædam solum naturaliter, vt imago: quorum prioribus tantum illa definitio competit. Quæ idè positiue apud omnes important. Quia omnibus per naturam vti signa data sunt.

¶ **CONTRA** secundam definitionem signi naturalis. s. significare ex natura rei, arguitur. Imago significat naturaliter, & non ex natura rei, sed ex beneplacito primi pingentis: ergo. Confirmatur. Li, ex, dicit materiam: quo modo ergo ex ligno, vel argento significatio dimanat. Dices mediatè ex beneplacito pendere, at depicta non potest amittere significationem. Replicatur. Idem habet terminus. nam pendet quantum ad impositionem, sed impositus quandiu permanet, non potest nõ esse significatiuus. Pro solutione huius inquirendum est, quis sit sensus huius definitionis. primo quòd significatio ex ipsa signi natura oriatur, ita vt ab extrinseco ex beneplacito. s. ei nõ proueniat. Sed in quo nam genere de beathuiusce repræsentatio fluere, id superest pendamus. Et quidem generaliter li, ex, dicit causam materialem. Vnde dico effluxuram, sicut ex materia formam emanare solet, & si eut actus educitur ex potentia: tametsi agens educat illù, quod per consequens non excluditur: ita significatio ex materia signi oritur. licet huiusmodi ortus humana voluntas fit quandoq; causa. Velut causa effectiua imaginis pictor est: at ex ipsa imagine repræsentatio elicitur. Sed non est facile, in signis singulis materiam propinquam dignoscere. Ex hac enim emanat, non ex remota. In multis est vnica, vt in fumo ipsemet materia signi est. Vbi proinde patet, vnde significatio consurgat. At in imagine remota est, in qua, vt lignù, argentum, propinquauero est ipsa similitudo, atq; delineatio. Nã ex diuersis delineamentis figura, ex figura pullulat similitudo, ex similitudine significatio. Est ergo discrimè quòd in terminis significatio inmediate, ex beneplacito prouenit, sic vt impositio fundamentù relationis sit. In naturalibus est natura signi rei. s. quæ est signum, vt in fumo fundamentù est ipse fumus: in vestigio figura ipse vestigij. Sed dices, quomodo fundamentù significationis potest esse similitudo, atq; vnã relationem fundare aliam relationem. Primo ambæ possunt fundari in figura, quæ res absoluta est: deinde nõ est nouù ratione vnig relationis, aliã consurgere: vt conformitas & similitudo indiuiduorù fundamentum est secū

dæ intètionis speciei, aut generis. Similitudo etiam fundamentum est æqualitatis, secundum quod æquale ad omnia prædicata extenditur. Duo enim perfecte similia æqualia sunt in qualitate: quanquam profecto impositio, quam ponimus fundamentum, non est relatio, sed actio, seu passio. Ex his sequitur, quòd signum naturale non potest cadere ab sua significatione: voces vero absq; vlla mutatione frequenter cadunt. Manens enim materia propinqua signi naturalis, non potest significationem nõ germinare, & manens materia propinqua termini. s. vox, vel scriptura caret sæpè significatione: vt in his dictionibus patet, quas absoletas vocamus. Vnde hæc illatio est nulla. Sicut manens imago semper significat, ita quandiu manserit terminus, significabit, ergo sunt similes in hoc atq; pares. Dico enim quòd in hoc dicto, donec terminus permanet, includitur significatio. Ideo est implicatio in adiecto: quòd sit terminus, & non significet. At in hoc quandiu fumus permanet, solum includitur materia, penes quam discrimè assignamus. Et ratio discriminis est quia in naturalibus ex ipsa materia profluit. Vnde nõ datur sine illa: in terminis verò nõ ex ipsa voce, sed ex beneplacito. Itaq; signa naturalia habent materiam, ex qua fiant: ad placitum signa non habent, nisi materiam in qua significatio constituatur solam causam efficientem sortita.

### Argumenta super caput secundum de terminis mentalibus.



**TERMINVS** est triplex scriptus, vocalis, & mentalis.

¶ **IN CONTRARIUM.** Enti reali, & rationis nihil est vniucum: mentalis est ens reale, vocalis rationis. Nam licet materia vtrobiq; ens reale sit, significatio est diuersa, si terminus autem significat eos secundum formam, qua termini sunt, non secundum materiam. Sicut & quodlibet nomen artificij: ergo quatenus termini non comprehenduntur sub vna diuisione,

¶ **TERMINVS** essentialiter est signum conce-



conceptus non est signum, ergo non est terminus. Minor probatur. Signum est res, quæ præter speciem, quâ in gerit sensibus, aliud facit in cognitionem venire. Quâ nimirum speciẽ non ingerit conceptus: qui potius ex speciebus manat.

¶ PRIMVM horũ argumentorũ diuisum illius diuisionis inquirat. Antiqui verbum distinguiebant per vocale, & mentale, diuisione quid nominis. Nã vocale non appellatur omnis terminus vocalis, sed secunda pars dumtaxat orationis. Verbum vero mentale nuncupatur omnis conceptus. Sub isto vero nomine terminus non est isthec diuisione admodum antiqua. Potest autem quesito dupliciter responderi. Primo si quis rationabiliter teneat, terminum de istis æquiuocè, non vniuoce dici, vel saltem Analogicè. Qui pro se efficaces habebit rationes. Primã quod vbilibet est prius, & posterius, est Analogia: sed prius cõceptus est terminus, deinde vocalis, & scriptus. Nam id, quod de se est tale, antecedit secundũ illam rationem id, quod per aliud, & in ordine ad aliud tale censetur. Mentalis vero de se videtur terminus, vocalis vero loco illius substitutus, & signum illius. Secundo si conueniunt vniuoce, habebunt eundem cõceptum tam formale, quam obiectiuale. Quæritur de obiectiuale, vtrum sit ens reale: an rationis, neutrum potest actu esse, cum mēbra sint actu talia, abstrahere ab vtroq; non potest. Cum illis conceptus cõmunis non detur. Ergo diuisione hæc termini est quid nominis, aut analogi, sicut & distinctio entis in reale, & rationis. Tertio genus proprium termini est signum: sed ratio signi (vt efficaciter in solutione ad secundum probabitur) non cõpetit proprie conceptui: ergo nec ratio termini (vt hic agitur) quia quando proprium genus absolute non conuenit, nulla species potest conuenire. Dicet ergo, Analogia proportionalitatis terminum de mētali dici. Vt quẽ admodum vocalis componit, & significat, ita mentalis, tamen si alterius generis sit, vti clavis gutturis, & ferarũ. Contra hos obijcietur: quod diuisione signi in naturale, & ad placitum est vniuoca. Vtrumq; enim instrumentaliter significat, & per consequens vtrumq; est absolute signum, & tamen alterum est ens rationis, alterum ens reale, ergo id vniuocationem diuisionis nõ impedit. At primo respondetur præter hoc impedimentum indiuisione priori esse aliud nihil minus, nepe quod ratio signi nõ competit cõceptui, exteriora ve

ro signa ad placitũ cēsantur absolute signa, sicut instrumenta. Ob quod potest melius vniuocatio huius diuisionis defendi, & cognosci. Secundo, & forsan melius, quod etiã hæc diuisione (vt obiectio conuincit) est analogica, cuius principale membrũ est signũ naturale. Vt pote ad cuius imitationẽ, & supplementũ signa ad placitũ facta videntur. Ab arte enim, & intellectu edita sunt, qui naturã imitatur. Et cõfirmatur. signa rationis palã defectũ significandi ferũt, quibus nulla inest significatio, sed intus latet, cum cæteris patēter insit. Itaq; & si illa frequētiora sunt inter homines, nõ æquẽ profecto, ac naturalia significat. Et hũc sensũ habet sentētia Augustini asserētis inter nos voces principatum significandi obtinuisse. Quoniam sunt frequentiora, & propiora nobis.

¶ HIS nõ obstantib; potest quoq; teneri diuisionẽ esse vniuocã, licet nõ pauca necesse sit, in eius sentētiã defensione accersantur. Supponendũ est tamẽ, id peculiare esse in relatione vt ratio rationis sit ratio, & secundũ esse, & simpliciter, nec esse relationẽ rationis in esse relationis est dictio diminutis. Quod in cæteris p̄dicamentis minime reperitur. Nepe vt quod est tale secundũ rationẽ solũ, sit simpliciter tale. Vt quantitas rationis, vt vniuersalitas nõ est absolute, sed secundũ quid quãtitas. Actio, & passio rationis, vt quiescere, aut stare, visio passiuã secundũ quid actiones, & passionis sunt, reuera priuationes quædã actionis. Terminus autẽ vt pote signũ, est relatiuũ, vnde signũ ad placitũ simpliciter signũerit, & per consequens ambæ tã realis, q̄ rationis in esse relationis cõueniēt. Sed obijcietur vrgēter. Si vnus conceptus abstrahibilis est ab vtroq;, cũ ens sit de intrinseca ratione cuiuslibet cõceptus, quæritur, quod nã ens erit illud, quod illo cõceptu representabitur. Respondetur, quod licet ens dicatur de suis significatis analogicè, nõ ideo nullũ prædicatũ cõmune potest enti reali, & rationis reperiri. Cũ esse genus vniuoce cõpetat vtriq;. Animal enim est genus, & vniuersale quoq; est ad quinq; prædicabilia genus. Ita & si ens nõ abstrahatur vnum commune vtriq; enti, aliqua ratio potest esse vniuoca illis, quæ est ratio relatiua. Et ad obiectionem dicito, quod conceptus relationis realis, vel rationis in ratione relationis est communis vtriq;, in ratione entis vero significat ens vel reale, vel rationis. Præsentim quod cum hic agamus de his signis in cõcreto, nõ de relationibus ipsis in abstracto, & materia vtrobiq; sit ens reale, non est tãta



## Argumenta

distancia, sicut si de istis in abstracto loqueremur. Ex his duobus modis respondendi (meo arbitrato) tutior, & magis seligendus, primus est. Vnde si quis terminum in vocalem, & scriptum secuisset, mentalem subtrahens, non poterat insufficientiæ argui.

¶ P R O solutione secundi est disceptatio inter viros eruditissimos: an conceptus sit signum? Et à parte affirmatiua primo arguitur, est naturalis similitudo obiecti (vt in prouerbum iam abiit) ergo est signum. Secundo omnis imago est signum, vt pote superius ad illam cōceptus est imago, ergo. Minor probatur. Est simile, deinde expræssus ad similitudinē alterius, ergo. Antecedens patet. Intellectus ad similitudinē rei elicit cōceptus, vt res sibi saltē secundum conceptū præsentem habeat. Et constat. Intellectū est in intelligēte, imo ex intelligibili, & intellectu fit vnū actū secundū formā expræssam, id est, secundū cōceptum. Secundo, omnes ingenuē fatētur, cōceptum significare obiectum, omne autē, quod significat, est signum ergo. Cōfirmatur. Signū, & signatum sunt relatiua, hæc autē sunt simul, res autem est signata, ergo datur signū. Quarto si asserant (vt aiunt) aduersarij, nō esse signū, quia est spiritale, sequeretur, quod substantiæ abstractæ non habent signa, vt pote spiritales, quibus vtantur. In contrarium est authoritas Augustini definiens signum, quod præter speciē, quam ingerit sensibus, aliquid aliud facit incognitionem venire. De hac re inter antiquos, & neotericos disceptatur. Hi arbitrantur, cōceptus esse signa, illi contra negāt, quibus certē, vt in plerisq; alijs, existimo subscribendū. Nā de intrinseca ratione signi est, vt sit quid manifestius, & ducens cognoscentem (signum enim habet indicare re accultā. Vnde nō est regula generalis, effectus signū sit causæ, vel è conuerso causa effectus. Sed vniuersaliter quod manifestius, & patentius est illorum, signum alterius est. Quæ ratio nō potest in conceptus quadrare, quippe qui nō sunt principium cognitionis: vt requirebatur, sed terminus. Cognitionis enim, & intellectio, productio est verbi, ergo nō potest trahere, intellectum incognitionem obiecti, ab cuius cognitione ipse procedit. Species habet maiorem partem signi, vt pote quæ sunt principium. Sed duo obstant ne sint signa. Primum quod nō significant actū, (vt quidam existimāt) sed virtualiter. Secundo, quod sunt vnum principium elicitiuū cū intellectu. Forma enim sunt

ipsius intellectus, qua in esse primo constituitur, & secundū quam operatur, & tamē deberet se habere, vt obiectū ad potentiā, non vt cōpotentia. Hinc ad primū argumentū negatur consequētia. Haud enim similitudo ad rationē signi sufficit, (vt explicuimus superius). Secundo dicito, quod imago realis, & signū habet se, quasi inferius, & superius. S. quia illa habet realē similitudinē, & realiter ad similitudinē alterius exprimitur, quod vtrūq; conceptui deficit. Is enim tantū intentionaliter est similis, & intentionaliter dūtaxat ad alterius effigiem expræssus.

¶ A D tertiuū dicendū. Quod nō sufficit significare ad rationem signi, sed significare instrumentaliter. Formaliter vero signo nō cōpetit. Vnde negatur generaliter signū, & signatum dici relatiuē, sed tale signatū. Ad quod significandum nō est proprium nomē hæctenus impositum, (quod in alijs multis materijs ostendimus) circumloquio autē possumus hoc exprimere nempe signatū instrumētū, & signū. Ad quartū dicimus, Quod illa causa est in nobis adæquata, nō generaliter. Quia cum signū debeat esse manifestum quid de se cognoscēti, nobis vniuersaliter spiritualia sunt occulta, & ineuidētia. Angelis autē notissima: ideo nobis signa esse nō possunt, illis possunt. Sed neq; angelis conceptus videtur signum, ob id quod est terminus cognitionis productus. Possumus & alio modo respondere, videlicet quod signum accipitur bifarie. Primo pro eo quod significat alterum, secundo pro eo, quod significat, vt quid manifestius quoad nos, & ducens in notitiam alterius. Verum est omne significans trahere in cognitionem signati. Sed causam esse cum contingat multipliciter. Quædam signa ducunt vt causa efficiens, & adeo manifesta sunt, vt sensus excitent. Quod est profecto propriissima signi acceptio, & maxime etiam secundum nominis etymologiam quadrans. Alia vero sunt vt causa formalis ipsius cognitionis, vt sunt termini mentales. Primo ergo modo, vt pote ambo membra amplectētē loquimur designo in præsentiarum, cum dicimus, signum esse, quod potētiæ cognoscentiæ aliquid repræsentat, & cum conceptum, signum, & terminum asserimus. Etenim secundum definitionē Augustini nullum erat signum, tantum ab est membrum principalis fore.

¶ D E termino mētali magnæ difficultates altioris facultatis emergunt. Quas summul-

itæ,



stæ, & in tempestiuè & sæpius in eruditè ingenij perspicuitate abutentes excutiunt. Nobis tamè nemouitio vertet, si easdem agitemus. Cù intentio, & huius opusculi scopus cogât, ista prosequi: nedû culpâ depræcetur. Igitur in definitione primo arguitur. Quæ talis est, terminus mentalis est notitia formaliter significativa. Terminus mentalis nō est notitia, sed ab, & ex notitia procedens. Ait enim S. Tho. 1. p. q. 27. art. 1. ad 1. quicumq; intelligit, ex hoc ipso, quòd intelligit, procedit aliquid in eo ex notitia procedens.

¶ **SECUNDO**, notitia sensuum nō est terminus mentalis: ergo falso asseritur, tam latè mentalem terminū patere: vt in omni potentia cognoscitiua inueniatur. Antecedens probatur. Visus, & auditus nō sunt signa, nec significant: vt pote actiones immanentes: ergo nec termini.

¶ **PRO** solutione primi nota. Quattuor esse in intellectu. s. potentia, species intelligibiles, quibus informatur & constituitur in actu primo, & cognitione, & cōceptus p cognitione formatos. Ex quibus duo tantū notitia si equentius appellari solent. Nam etsi S. Thom. quodli. 4. dicat, naturā, & potentia nuncupari notitia: non est in vñ. At cognitio cū sit duplex, alia actualis, alia habitualis, tot modis notitia ponitur. Habitualis notitia appellatur ipsa reminiscencia, quæ reuera non distinguitur ab speciebus: sed quatenus iā per species semel res cognita actu fuit, memoria manere dicitur. Quia conseruatur species. Ex qua notitia solent doctores dicere, procedere sapiissime conceptū, & benedicunt. Actualis cognitio est etiā actualis notitia, conceptus autem est terminus intrinsecus ipsius cognitionis, quē etiā terminum mentale nominamus propositionis compositiuum. Cum ergo verbū (quod idem idē est cōceptus) ex notitia præcedat: nō videtur esse ipsum notitia: quasi quod vnica solūmodo notitia foret, & non potius multiplex. Alia de qua hætenus sane actio seu intellectio, altera quæ. s. per cognitionem exprimitur. De qua intelligitur, quòd terminus mentalis sit notitia. Quæ quidem distinctio, admodū antiqua est, nequis arbitretur eā nobis voluntariā. Nā Augustinus nono de Trinitate, describit verbum, quòd sit notitia cum amore. Et S. Thom. de veritate. q. 3. arti. 3. asserit, notitiam esse de ratione verbi, quasi importatē verbi essentia. Et in secundo arti. illius quæstionis. Quod verbum est noti-

tia expressa. Et. 1. p. q. 34. art. 1. ad. 2. probat ratione, & hanc distinctionē & definitionis huius interpretationem. Nā inquit, quòd solum verbum significat aliquid ab alio emanans. Quod euidentius patet in hoc nomine conceptus, qui dicitur, quod cōcipitur: nō autē concipitur nisi verbum. Nā species nō concipitur ab intellectu. Quia intellectus cū specie summi absoluta est consideratio, vt pote per quā constituitur in actu primo, & potest dici quasi mulier semine suscepto. Actualis autem cōsideratio est quasi existentia, & esse actualis entis. Ita vt intellectus sit, vt subiectū, species vt forma: intelligere vt viuere, aut existere. Et in muliere, quasi ipsa actualis generatio, cōceptus autē est, velut proles genita. Cū ergo dicitur, quòd verbum est notitia, nō accipitur notitia pro actu intellectus cognoscētis, aut pro aliquo eius habitu: sed pro eo quòd intellectus concipit cognoscēdo. Vnde Augustinus, ait quòd verbum est sapiētia genita, quæ etiā parimodo notitia genita dici potest. Secundo respōdemus. Quòd quia ly notitia ponitur ibidē pro genere, potest in sua latitudine accipi, & per reliquū quasi per differentiā cōtrahi, quod in cæteris definitionib; euenit. Tertio dicimus, quòd quia motus non distinguitur à termino, nō sequebatur, si conceptus ex notitia procedebat, nō esse notitiam.

¶ **AD** secundū argumentum notato. Quòd omnis potētia actiua elicit propriā operationē, (ob id enim actiua est) omnis autē virtus cognoscitiua est actiua: & ita elicit cognitionē: vt pote quæ est propria eius operatio. Immo cognitio, est actio vitalis: quæ proinde pcedit à principio cōiuncto. At non omnis potētia etiā cognitiua mediāte operatione quicquam efficit, sed generaliter omnis operatio trāsiens, cū tendat in exterā materiā debet aliquē effectū habere. Immanēs vero sicut manet intus, & sui causa exercetur, ita non est opus, hæc quicquā producat. Ipsa enim sufficiens intrinseca perfectio potētiae, & proprius actus illius est. Vnde cū in. 1. ethi. dicit philosophus, finiū quosdā esse quādoq; operationes, quosdā præter operationes opera quedam. Si quæ operationes fines esse possunt maximè immanentes: vt pote de se appetibiles: ex quibus nō necessario aliquid sequitur: quocirca sine cōtrouersia oēs admittūt, in omnipotētia cognoscitiua cognitionem esse, quā appellamus notitiā: pter quā vtrū in aliquib; potētij; aliquid aliud ponēdū sit, vt in intellectu poni-



## Argumenta

mus verbum, & in imaginatione idolum. In inter viros summos omnibus viribus disceptatur. At insensibus exterioribus, & de sensu communi vniuersi absq; lite ingenue fatetur, solam esse operationem. s. sensationem. Nam causæ, rationesq; doctores mouetes, vt in intellectu conceptum ponant, in his, (vt statim videbimus) cessat. Et in hac sensatione inquirimus, an sit terminus mentalis? Cuius partem affirmatiuam nonnulli nulla ratione suassi, sed mera voluntate adducti tuentur. Et ideo cum in oppositum efficaces rationes video, arbitror huiusmodi notitias non esse vlllo modo terminos. Quod probatur. Primo quod nos terminos mentales appellamus, appellabant antiqui verbum, & idolum, quæ nemo nisi in intellectu, phantasiaq; constituit. Ergo in his dumtaxat sunt termini mentales. Secundo, terminus essentialiter est signum, & significat, Sed sensatio nullo modo significat, nec est signum, ergo neq; terminus. Minor probatur euidenter. Sicut se habet sensatio ista, ita intellectio actualis, quam tamen nemo hactenus dixit signum esse, aut significare: sed verbum ex illa promanans, ergo neq; sensatio. Secundo, terminus mentalis est aptus, propositionem componere, (vt in eius definitione habetur,) ad quod huiusmodi notitiæ, duplici de causâ sunt inhabiles. Primo, quia sensus non format propositiones, & qualis est potentia, talis est actus illius. Neq; arbitrandum reor naturam ordinasse, vt actio possit facere, quod eius potentia non potest. Secundo, quia cum sit actio, prorsus ad componendum est inepta. Propositio enim est, & velut permanens, & ex permanentibus constans. Quæ sunt (inquam) termini operationum, vnde ipsa propositio est terminus. Et ita verbum mentale (inquit. S Thom. 4, con. c. 13.) esse duplex aliud terminum primæ operationis, quæ est simplicium apprehensio, aliud secundæ operationis, quæ est compositio, & diuisio. Quia in re inanis responsio est quorundam. Quod similis notitia sensitiva de se apta est componere, de per accidens vero ratione subiecti non componit, quasi non etiam ratione sui, (vt monstramus in compositiua foret). Quæ quæ nec ratio certe patitur, vt natura faciat operationem in genere capaciore sua potentia eliciete, neq; vt sit idonea, nisi ad quod eius potentia exigit, vt pote cuius est perfectio propria, & intima. Postremo tandem arguitur, idolum imaginationis, ab omnibus ter-

minus ponitur in genere signi, sensatio in genere actionis, aut qualitatis ergo.

¶ Sed in contrarium arguitur. Idolum imaginationis est terminus mentalis, vt pote quod est & signum, & ex operatione resultans, & tamen non componit propositionem eadem ex causa. Siquidem compositio, & diuisio, (id est) propositio est in solo intellectu. Etenim vbi est veritas, est propositio, sed hæc est tantum in intellectu componente, & diuidente. Ergo illud solum est propositio, & per consequens phantasma, non componit, ergo illa ratio superior non concluderebat. Ad hoc primo iam patet, quam magna est in ratione signi differentia inter idolum phantasmatis & sensationem. Sed quæstio potest moueri, an sit terminus mentalis? Et quidem sine disceptatione dicendum, quod si non est compositiuus, non erit terminus mentalis, quantumlibet significet. Id enim conuincet signum esse. Sed termini natura plus postulat, (vt ex definitione patet). Sed id inquiramus oportet, sit ne compositiuus. Et pars affirmatiua videtur. Nam sicut vox simplex procedit ex imaginatione vocis, ita profecto ex imaginatione totius propositionis proficiscitur integra vocalis propositio. Vnde hæc saltem materialiter non potest negari, quin sit in phantasmate. Ad hæc duplex est propositio, altera vniuersalis, altera particularis, vnaquæq; conflatur ex consimilibus terminis. Et solus quidem intellectus est vniuersalius, sensus singulari. Vt extimatiua in nobis est discursiua circa singularia, vt omnes philosophi pariter, & theologi fatentur. Vbi non potest negari, quin singulares propositiones faciat. Dicimus ergo idola huiusmodi compositiua esse propositionum, quandoquidem componunt singulares. Vnde idolum in alijs animalibus perfectis existens forsitan non est eiusdem speciei cum nostro, vt pote in capax ad componendum. Quamquam teneri quoq; potest, compositiuum esse, licet ratione subiecti exercere hæc virtutem non possit. Non tamen frustratur vniuersa species, postquam nostrum idolum componit, sicut frustratur si visio, vel auditus terminus mentalis ponitur, qui tamen nullibi componit. Vnde ad argumentum negatur, propositionem, & veritatem in solo esse intellectu componente, & diuidente. Quod si omnes id prædicat, intelligitur vel in esse cognito. Veritas enim à solo intellectu cognoscitur. Vel intelligitur in natura solum inueniri intellectiua, quod concedimus.

¶ IN EANDEM finitionem. Nullus est termi



terminus mentalis, idest, conceptus productus intellectione, ergo. Probat. Secundū philosophum nihil producitur operatione permanente, sed transeunte. Et corroboratur. Ideo ponitur conceptus, ut res per suum simile intelligatur: sed ad hoc sufficiunt species, quas omnes asserunt similitudines esse obiectorum: ergo conceptus superfluit. Inquiramus nūc oportet, quæ rationes, & causæ huiusmodi conceptus præter ipsam intellectionem postulent: quoniam absq; necessitate similes entitates, in re præsertim occultissima, non sunt admittendæ. Considerandum quòd de ratione operationis potentia est tēdere in obiectum, & de ratione obiecti, est, ut sic terminare eandem. Vnde necesse est, operationis actualis obiectum esse actu præsens. Nam absens esse, idem est, ac si nō foret. Cum absens terminare non queat. Quod in sensibus manifestè comperimus, ut pote qui sensibili absentī nihil sentiunt, nihil operantur. Quapropter tātum modo in ea, quæ ad sunt, feruntur. Haud enim videmus, audimus, tangimus, aut gustamus, nisi quod actu sensus exterius mouet. Sed sunt potentia quædam, imaginatiua. s. & intellectus, quibus natura dedit, ut indifferenter præsens, & absens percipiant. Quibus proinde necesse est cōcedamus naturam largitam esse, ut ipsæ sibi omne obiectum præsens faciant, siue absit, siue cōtingat adesse. Nam cum earum operatio, necessario terminetur ad obiectum, illudq; velut contingat, & obiectum terminus sit illius: ipsum æqualiter ad præsens absensq; se habere, conuincit ipsam potentiam sibi obiectum semper formare. Experimur autem, nō aliter cognitionem intuitiua terminari: quā abstractiua. Quocirca in sensibus sola est operatio, id est, sensatio. Quia obiectum realiter præsens est. At in his præter operationē necesse est, aliquid ponere loco obiecti, & eius vices subiens. Ratio hæc profecto vrgentior est, quam quidam putant: ut quæ naturæ manifestæ ipsius potentia innitur. Quia si ipsa nō poaitur, obiectum sibi formare: cogimur negare indifferentem esse ad præsens & absens. Non enim intelligibile est, non melius obiectum præsens percipi posse, quā absens: nisi semper ipsa potentia præsens illud sibi facit. Viget autem de intellectu peculiaris ratio. Nempe quòd cum eius obiectum sit quidditas materialis, quæ actu nō est intelligibilis, tum quòd est corporalis, tum singularis:

necesse est formet sibi intellectus obiectum proportionatum. Dices forsan, ad vtrumq; abstractas sufficere species: ut pote quasdam secundū omnes, obiectorum similitudines. Verum ex sensibilibus debemus abdita philosophari. Omnes concedunt species adesse sensibus, ad quas tamen nō terminatur sensatio, sed ad obiectum. Quod ideo præter species præsens requiritur: ergo in intellectu nō sufficit species, nisi adsit obiectum, ad quod terminetur operatio. Secundo species ab omnibus ponitur, ut forma, qua intellectus fiat in actu: ex qua velut, ex forma intellectio profuat, sicut calefactio actio ex calore in hærenti igni cōburenti. Ergo operatio non tendit in species. Quia nulla operatio tendit ad formā, vnde profuit, sed ad aliam consimilē producendam. Tertio, species non significat obiecta, saltem perfectè ut signum exigit. Quia si repræsentarent, sufficerent ipsæ sensibus ad sensationem. Nam superfluit omnino obiectum in præsentia sui signi, sicut imperator, ut cognoscatur in præsentia imaginis. Nec vales dicere, requiri solum, ut species ipsas conseruent. Cum constet, adsit oportere, ut terminet operationē, & specificet obiectiue. Ergo nec intelligibiles species sufficiēt significat: sed sunt velut forma, aut virtus seminis, qua intellectus, cū voluerit, cōceptum producat. Ad argumētum autem principale concedito, ex natura operationis permanentis, perdurantisq; nō debere quicquam sequi. Quòd si quandoq; necessario sequitur, alium de proueniet. Vnde nullum argumentum ex natura permanentis hinc formauimus: sed ex natura talis potētia, cuius aliqua permanens operatio est. Intelligitur etiā nihil produci, si cut operatione solet dici, quicquā produci, nepe quasi finis eius per quē perficiatur, & in se compleatur. Transeūtes operationes sunt proter operata, & sunt ad illa, ut via ad terminū. Actiones immanētes sunt actus vltimi & vltimo intenti. Verbū autem proter perfectionē ipsius intellectionis producitur. Ad confirmationem respondeto, non esse, similitudines actuales, sed habituales, & virtuales.

¶ I N eande definitionem. Conceptus nullo modo est signum, ergo non est notitia formaliter significatiua. Antecedens probatur. Est forma simplex, & ponitur in prædicamento qualitatis, ergo non habet significationem. Antecedens patet. Actus, & potentia ponuntur, in eodem prædicamento: & in-



tellectus est in secunda specie. Confirmatur. conceptus, ut conceptus est terminus intellectus, sed ad relationem non est per se motus, ergo non terminatur intellectio in signum. Terminatur autem in conceptum, ergo conceptus non est signum. Secundo arguitur. Si conceptui est significatio naturalis, aut est forma, aut propria passio. Forma esse non potest. Quia foret tunc essentialiter signum solimodo in predicamento relationis. Quod constat falsum esse. Propria passio non videtur. Quoniam maneret ratio formalis conceptus integra absque significatione, & tamen nemo conceptum, sic absolute intelligit, ergo. Pro solutione huius necessum est, ex sensibilibus in notitiam horum spiritualium deueniamus. Imaginis exterioris natura est signum. Haud enim est sicut fumus, cuius quidditas est absoluta, quam, quia est ignis effectus, consequitur significatio. Et tamen delineatio actio corporea tendit ad imaginem. Cum nihilominus ad relationem non sit per se motus. Quia reuera terminatur immediate in lineamenta, variamque dispositionem colorum, & in figuram, ex quibus illico & similitudo, & significatio confurgit. Ita debemus in re intelligibili contemplari, nempe quod conceptus essentialiter est signum, & nihilominus conceptus est quaedam qualitas fundamentum relationis, sicut imago quaedam figura. Intellectio vero dupliciter consideratur. Primo prout est actio quaedam realis intellectus, & sic terminatur in verbum, quod est terminus intrinsecus illius. Secundo in esse intelligibili quo pacto potius continetur in se ipsa, & conceptus est propter eam, quasi propter finem, utpote ad cuius perfectionem formatur, & ita non accipitur, ut via intellectio, sed ut finis potius conceptus. Sicut delectatio, & fruitio licet sequantur post amorem, & cognitionem, non sunt felicitas, sed consequentia felicitatis propter eiusdem perfectionem. Unde ad primum dicitur. Quod ponitur sicut plerumque alia res in ambobus predicamentis. Sed replicas, secundum unam rationem formalem non ponitur nisi in uno: sed conceptus ut sic, sicut terminus univocus, unam rationem formalem exprimit, ergo in uno dumtaxat formaliter constituendus est. Respondeo, quod formaliter est in predicamento relationis. Argumento, quod actus & potentia sunt in eodem, dupliciter respondetur. Primo intelligi de predicamento in genere, quod est duplex, substantiae, & accidentis. Et si conten-

das intelligi quoque de speciali. Dico intelligi de proprio actu essentialique: & talis actus intellectus non est conceptus, sed intellectio. Per hanc enim perficitur, & actuatur, & propter hanc est. Quae omnia deficiunt in conceptu: qui potius ad intellectioem eandem ordinatur. Et ita intellectio reuera est in predicamento qualitatis. Hanc solutionem confirmat ipsa conceptus existentiae ambiguitas. Qui si foret essentialis, & ultima perfectio intellectus, nullatenus ambigeretur. Ad confirmationem dicitur, intellectioem terminari ad qualitatem, quae est conceptus. At circa secundum argumentum notato, quod imago exterior significat propter similitudinem ad exemplar. Nam primo disponuntur lineamenta, fitque figura, deinde resultat similitudo, ex qua surgit significatio, & una relatio fundat aliam. Et quia saepius asserimus conceptus esse se obiecti similitudines naturales, quaeritur: an habeat ambas relationes similitudinis, scilicet et significationis. Phantasmatis utpote, utpote extensa utraque, inesse videtur. Praesertim quod significant accidentia, ubi similitudo fundari solet. Quicquid sit de hoc, de conceptu constat, tantum illi relationem signi habere. Primo, ipse est spiritualis, significatum vero natura corporea, ille indivisibilis, hoc divisibile. Inter quae non apparet, quae similitudo inueniri possit. Nam licet naturae similitudo dari queat, secundum quod dicitur, faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram: anima tamen in qua Dei imago est, spiritualis pariter est, & substantia. At conceptus est accidens, & accidens non est simile substantiae, maxime accidens spirituale substantiae corporeae. Nam similitudo in natura in identitate, & unitate aliqua eius consistit. Ut duo individua eiusdem speciei similia sunt in natura & duae species eiusdem generis. Et confirmatur. Ens non dicitur de substantia, & accidente per attributionem, ad unam formam, sed ad unum subiectum, ergo in natura, non est similitudo. Cum ergo in natura sit omnimoda diversitas, & in figura nullitas (ut ita loquar) id est, nulla figura: in conceptu, sequitur, nullam similitudinem inueniri. Sed nihilominus ne modum loquendi scholarum exterminemus, duplex est similitudo: alia realis, alia intentionalis. Illa est in imagine corporea ad suum exemplar, haec in conceptibus. Et quidem intentionalis similitudo, ideo conceptus dicitur, quia perfecte, exacteque, res, ut sunt, reprae



repræsentat. Vnde deceptur, quòd in conceptu tantum est relatio signi ad signatum, nò præter hanc similitudinis exertæ, seu eductæ relatio ad exemplar: sicut in exteriori. Ita respondeto ad argumentũ secundũ, quòd signi significatio est forma cõceptus, si de conceptu formaliter loquamur, poniturq; in genere signi

¶ **HACTENVS** de conceptu disputasse sufficiat. Circa species has, à quibus produciuntur, tã sensitivas, quam intellectiuas, sunt magnæ difficultates, quas operosum est exacte discutere: & adunguem ex primere: sed breuiter circa earum productionem, & essentiam dubitatur. Omne ens aut est reale, vel rationis, huiusmodi formæ neutræ videtur. Rationis non sunt, quia habent causas reales. scilicet corpora, & effectus reales, motiones videlicet potentiarum, & earum informationes. Reales non possunt esse, neq; accidentales. Nam omnis forma denominat subiectum, datq; illi esse. Ad hoc enim tantum necessaria sunt: quod illæ nò faciunt. Siue diaphanum enim, siue sensus non appellantur speciati, aut ex tali speciei coloratũ. Præterea de earũ causã quæretur. Nã obiectũ illas non producit. Par ratio enim de omnibus obiectis foret. Quorum pleraq; tamen nisi moueantur, agere quicquam non possunt: vt pote nò viuientia. Sed neq; sensus eas efficere videntur, aut elicere. nã si hi exeunt, & obiectum vnde eliciant, attingunt, ergo à fortiori poterunt sine specie, obiectum percipere: cum iã ante specierum productionẽ obiectum attigerint, maxime quòd in sensu nulla est alia, nisi sentire, operatio. Adhæc circa istarum effectum arguitur. Istæ ponuntur, vt moueant sensus exteriores, & interiores: sed non possunt mouere nisi in hæredo illis, sed non insunt, cum sint subiectiuæ in corpore medio, ergo. Deinde, quomodo species ex aere transeunt in phantasiã, cum trãsmigrare, in subiectum aliud non queant? si dicas, sensum producere illas ab exterioribus: sequitur, tot sensus agentes esse, quot possibiles. Nã ideo ponitur intellectus agens, vt producat species in possibili. Ergo cum in singulis sensibus producantur species, sequitur sensus agentes ponendos esse. Quod non admittimus.

¶ **DE HIS** formis, (quas intentionales pariter appellant,) id primo notandum reor, quòd sunt minima entia, in rerum etiam accidentium vniuersitate. In qua cum multi sint gradus substantia, absoluta, & relatiua, is est

quartus. scilicet specierum, tã infimus, vt cum entia realia, & sensibilia sint, vix percipiuntur, etiã, intellectu. Vnde omnis fere regulagenerationis, & corruptionis in his deficit, & reuera nò deficit. Quia sicut de illis nò dantur, ita in eis nò infringuntur, aut violantur. Quod mirum videri, non debet. Quia cum generatio, & corruptio tendant ad esse, & ad non esse, quatenus est vnumquodq;, competit sibi generari, vel corrumpi. Nec aliunde accidentia etiam nò dicuntur proprie, generari, aut produci: sed comproduci: nisi quoniam nò sunt absolute, entia. Quid ergo mirum, deficiat in multis, hæc productio specierum ab ipsa etiam cõmuni accidentium productione? cum sint inter ea minima. Nempe quòd fiant ex contrario, producantur per alterationem: & ad informandum, actiuandum, denominandum subiectum. Ad huc enim nò denominant, quo ab omnibus alijs accidentibus differunt. Nã omnia & dant esse aliquod subiecto, & denominant illud tale: & cum species sint in aere non dicitur speciatus (vt liceat sic loqui) sed neque potentia.

¶ **DE HIS** speciebus omnes quæstiones, seu interrogationes posterioristicæ, non solum inter philosophos mouentur, sed dubitantur. Primo an sint? & quid sint? Et quidem esse docuit experientia, à speculo quoties simulatrix vmbra resultat. Quæ nullo modo apparere potuisset, si nihil obiectum in speculũ mitteret. Nihil enim agit in distans nisi mediante virtute. Deinde somnia dormietium: vbi nobis res ipsas cõspicere videmur. Quod nullo modo nobis accideret, si similitudines & species in absentia rerũ non remanerent.

¶ **AT** circa visiones speculi quæstio vetustissima est, quid nã videat, qui se se, vel aliud in speculo videt? ad quid nã (inquã) visio terminatur, eiusq; sit obiectũ: (quã refert Seneca iã sua tẽpestate gitari.) Atq; inter antiquos, & iuniores nò de sunt, asseuerãtes immediate se ipsum contẽplari, qui se in speculo inspicit, ita vt visio nò terminetur in imagine apparẽte, sed in se ipso. Quæ fictio fundatur in hoc, quòd visio terminatur in coloratũ, & licet speculum saltẽ sit tersum ac lucidũ, præter illud nihil illic coloratũ est. Reuera enim colores nulli sunt, qui apparẽt: sed sunt in corpore obiecto. Sed rei veritas est terminari vitum, in apparẽtẽ imaginẽ. Quod manifeste probatur. Primo, sensus corporei non sunt reflexiui, saltem exteriores: neq; sui perceptibiles.



## Argumenta

les. (Enim vero nō cernimus nos cernere) ergo impossibile est, visus in se ipsum terminetur. Quod tamen ex illa opinione sequitur, cum sæpe meos ipsos oculos in speculo contempler. Secundo cōtingit, qui oculos in speculum figit, non solum se, sed alia forsan retro posita contueatur, visus autem impossibile est retro terminetur (ad id. n. quod p̄sens est, se accomodat) igitur apparet imago visibilis in speculo intēcionaliter colorata. Quæ ideo fit, quōd species sunt quædam similitudines obiecti imperfectæ, speculū vero tersum pellucidum, aquosum, læue, & politum. Vnde reflectuntur in illo species, & in puncto reflexionis densitate sui fiunt visibiles, apparētes, & perspicuæ, quod est viua quædam repræsentatio eius, quod in sensibus contingit. Imago ergo illa nō distinguitur realiter ab speciebus, sed est efficienter ab obiecto eas mittēti.

¶ **A T E S T** dubium, quomodo species sunt impotentijs interioribus. Nam quæ mediāte luce producuntur in medium, non possunt ingredi. Cum migrare ex subiecto in subiectū non possint. Respondetur, quōd proculdubio species insunt subiecto, vt pote accidentia: & per consequens, non mutant subiectum. Quo circa singulæ potentia, quæ speciebus informantur, species in se recipiunt, atq; producunt. Quamquam & ea ratione potest obiectū ab efficientia similium specierum non excludi, quatenus interior virtus mouetur, & excitatur ab exteriori, quæ excitatur ab obiecto. Vnde de primo ad vltimū, si quod est causa causæ, est, & causati. Et obiectum censetur hoc ordine mouere sensum interiorem. Sed potentia excitata producit in se species. Sed replicatur, opus tūc esset ponere sensum quoque agentem. Nam quid intellectus agēs operatur, nisi illustrare phantasmata, vt inde producat species intellectuales, seu spirituales. Sed notandum quōd intellectus possibilis non moueretur vllō modo ab obiecto mouente sensum, nec sufficit res corporea intellectum ad se attrahere. Quoniam non est de se obiectum aptū intellectus, vt pote res corporea, & singularis. Intellectus vero est & spiritalis, & directe vniuersaliū. Vnde alterius rationis sūt species intellectuales, & phantasmata. Nō modo quoniam illæ spirituales sunt, hæc corporales, vt pote illæ accidens intellectus, istæ sensus: sed in significando illæ significant directe vniuersalia, hæc singularia, istæ significant expræsius, & formalius accidentia indi-

viduorum, virtualiter naturam, è contrario illæ significant naturam. Quia quodquid est obiectum intellectus est, obiectū autem sensus accidens est. Quinimmo intellectuales abstrahunt à proprietatibus indiuiduantibus. Quare intellectus agens ponitur, vt sit possibilis motor producendo species. In sensibus vero prior sua operatione mouet sufficiēter subsequentem, & obiectum mediantibus his virtutibus producit species. Vnde sicut interior intellectus est potentia motuum voluntatis, proponendo illi obiectum: ita naturali nexu, & subordinatione obiectum mouet exteriorem sensum, & iste interiorem. Ita vt præcedens sensus respectu subsequentis habeat se quem admodum intellectus, ad voluntatem. Itaq; intellectus agēs requiritur, vt faciat obiectū possibilis actu intelligibile, & vt producat nō species qualescūq; sed tales. Quod vtrumq; in sensibus deficit. Quippe quorū obiectum actu de se sensibile est, & sensus excitatum, & potens species in potentijs producere. Quod (vt melius percipiatur) fingamus obiectum intellectus nostri spiritale de se esse, & actu vniuersale, an tunc intellectu agēti opus est propter specierum productionem? minime gentium. Ergo nec modo sensu agenti opus est, vbi omnes illæ rationes reuera inueniuntur. Per hæc patet responsio ad obiecta. De qua tamen materia vide Soncinas. 7. Meta. q. 7. & 8.

¶ **I N** diuisionē cōceptuū vltimati, & nō vltimati vulgare argumentū. Quod cōceptus termini est rei ppter cōceptū entis. Et solet bene respōderi, illū nō esse termini adæquatū. Vt ad nō vltimatū requiritur. Sed cōtra solutionē replicatur. Cōceptus terminorū solū significat terminos, qui tamen est vltimatus. Dico, quōd debet esse, vnius termini particularis. Sed obijcitur. Terminus particularis est quædam res, ergo cōceptus eius est etiā rei. Respondetur, quōd non est res significata, vt in definitione vltimati intelligitur. Sed tunc formatur grauis quæstio. Sequeretur, quando absq; terminis præuijs rerum naturas agnosco, & cum video Petrum, & Paullū, ille cōceptus non sit vltimatus, cum non sit rei significata per terminum. Et demum multi cōceptus simplices nullo istorum membrorū clauderētur. Confirmatur. Vltimatus dicitur respectu nō vltimati, sed tūc nō præcessit non vltimatus, ergo non est ille vltimatus. Si respondeas, quōd licet actu non significaretur,

tur,



eur, potuit significari: eodē pacto de singulari termino. Arguetur, quod etsi nō fuerit actu significatus, potuerit, immo solitus sit significari. Tertio cōceptus termini nō significat nisi unum. scilicet terminum, haud enim simul signatum termini repræsentat. Vnusquisq; vero cōceptus non ducit intellectum, nisi in notitiā sui obiecti, & illic sistit, ergo ille est ultimus. Confirmatur. Non significat terminū, in quātum signū: sed materialiter acceptum: & sic nō est via, ergo. Maior probatur. Si quatenus signū repræsentaret, illud non prius cognosceretur, quā res significata. Quia signū, & signatum sunt correlatiua, & per consequens simul, & natura, & cognitione. Et ita ex quo terminum, vt signum, repræsentat: nō est via, ac proinde non ultima. Adhæc argumentum est. Cur cōceptus aliorum signorum, vt, imaginis nō sunt ultimati? Pro notitia huius materiæ notato, hanc distinctionem conceptuū habere fundamentum intellectus naturā discursiuam. Ex ignotis enim ad ignota procedit, ac discurret: ad inuisibilia per visibilia trahitur, in occultorum cognitionē, per ea quæ patent sibi manuducitur. Ita quædā res sunt ei ad alia cognoscēda velut via. Siquidem cognitis effectibus ad cognoscendas causas instigatur: quod est fons & origo totius philosophiæ. Cæperunt enim homines admirari, deinde philosophari. Effectus itaq; ad causas fuere tramites: neq; quieuit intellectus, donec eas cognouit. Prior ergo cognitio fuit nō ultimata: at secunda ultimata, & postrema. Verum tamen aliud est, nos re aliquavtamur, vt medio, aliud ipsam factam esse, vt sit aptum medium ad talem vsum. Hic vero agimus de conditione, & qualitate conceptuum, non de multiplici vsum, quem potest intellectus in eis exercere. Ideo cōceptus solummodo earum rerum, quas constat principaliter cōditas, vt, signa sint: merito nō ultimati censentur. Fumus ignem naturaliter repræsentat, at nō est productus, vt id faciat. Et creaturæ omnes sunt signa diuinæ sapientiæ, & tamen de se vnumquodq; est propter suam operationē: tametsi causā primā in omnibus sui similitudinem intendat. Si ad hoc nō respicimus, nullus fere cōceptus foret ultimus. Quia nulla pænē res est, qua vt via ad aliā cognoscendam intellectus non possit vti. Igitur solum cōceptus terminorum, & imaginis, & similitum iure habentur nō ultimati. Quia cum ex obiecto naturā, & nomenclaturā sortiantur:

quæ obiecta nullum aliud munus exerceant, quam hominem in notitiā alterius ducere, vt pote tātum signa, sequitur appellandos esse non ultimatos, reliquos ultimatos. Vnde fatemur ingenuè, non esse adæquatā definitionem nō ultimati, cōceptus termini: cum aliorum signorum pariter & realiter nō ultimati existant. Sed quia generales sermones, & principia vniuersalia vnaquæq; disciplina ad suam materiā applicat, & (vt dicitur in posterioribus) ex illis dialectica partem capit. Vt hoc principiū, si ab æqualibus æquali demas, quæ remanent sunt æqualia. Ita Arithmetica scindit, si ab æqualibus numeris æquales numeros demas, qui remanent sunt æquales. Sic dialectica cū agat, ex signis de terminis, definitionem non ultimati secundum suā materiā restringit. Quia de cæteris non ultimatis sua nō interest pertractare. Sed dices, ad minus nihil falsi traditura erat, & tamen cōceptus imaginis remanet ultimus. Respondetur. Quod saepe de se non conuenit, secundum aliquam considerationem nonnunquā conuenire. Corruptibile enim, & incorruptibile distinguuntur naturaliter, id est physice genere: secundū logicam considerationem conueniunt genere. Ita nihil incōmodi sequitur, si cōceptus imaginis re ipsa nō ultimatus, in dialectica ultimatus habeatur. Sed superest cōsiderare, quomodo hi cōceptus se habeāt. Dico non ultimatum in cōmuni, & particulari respectum rationis dicere ad ultimum. At vero ultimus nō semper refertur ad non ultimatum, vt pote qui latius patet. Accipitur nāq; dupliciter, semper quidē relatiue, vt primum: sed positiuè, & negatiuè. Ultimus positiuè relatiue dicitur, cum eum alius præcessit: negatiuè vero cum nullus eum subsequitur. Ita dicitur filius primogenitus, & is, qui ante alios cōceptus est, & is ante, & post quē, nullus genitus est. Et superlatiuum, vt sapientissimus, exponitur positiuè, & negatiuè: est, & ille talis, qui sapientia cæteros vincit, & quē etiam nemo superat, tamesi multi adæquent. nō ultimatus autē vt pote medium, semper positiuè ad ultimum, quasi ad finem refertur. Vnde cōceptus rei per terminum significatæ, & cum per se absq; præuia notitia signi perceptæ, est ultimus. Quare sic definitiones intelliguntur. Non ultimus est cōceptus termini singularis: ultimus rei alterius ab termino, in qua sistat cognitio, tametsi vis discursiva ultra progredi queat.





¶ **A T P R O** solutione tertij, disceptatio est, quidnā non ultimus repræsentat? utrū vocē cum significatione, vel solam vocē? Posset quis opprimere argumentum respondendo: quod cum conceptus quilibet repræsentet suum dumtaxat obiectum, nō dicitur nō ultimus, quia aliud repræsentat, sed respectu alterius conceptus, quē formare facit. Sicut obiectum motuum tantum non appellatur res suæ notitiæ respectu, sed alterius. Multo planius, & clarius, dicimus, quod cōceptus repræsentat terminum, tamquā eius imago intentionalis, & ipse terminus rem per impositionem, non per similitudinem vllā. Sed est instrumentum quoddā rationis, quo percepto mens impositionis non ignara rei significatæ meminit. Itaq; terminus est quoddā excitatiuum mentis. Et quomodo libet cum cōceptus repræsentet, non dicitur nō ultimus, quia in eius obiecto resplendat aliqua similitudo, imago, vel germanitas rei significatæ per illum, sed quoniā repræsentat hos caractères, quos scit intellectus aliud significare, ideo statim in eius notitiā trahitur. Vnde hinc ipse affirmo, illū conceptum significare, hanc vocē non includendo in ea significationem, sed in actu exercito: quatenus est nota hominis, ex quo propemodum absq; discursu illico hominem cōcipio. Ad quod minime opus est, significationē quæ est ens rationis intelligere, lat est, vocem cognoscere, ut pote quæ cognita ex templo munus termini exercet. Quod eo maxime patet, quod eodem cōceptu non videtur, quo pacto ens reale, vox, & ens rationis intelligantur: etiam illud (ut materia) hoc ut forma. Vnde omnes illæ rationes corruunt, quæ in simultatem in esse naturæ, & cognitionis relativorū fundabantur. Haud enim cognoscitur terminus in quātum signum in actu signato, sed in actu exercito. Termini vero exercitium, seu officium necessesse est notitiā obiecti seu significati antecedit, & ita conceptus termini potest & via esse, & non ultimus dici.

¶ **A T** in eandem diuisionem argumentum vibratur. Omnis conceptus est terminus, intrinsecus actus, ergo nullus est via intellectio nis. Nam quod simul terminus sit, & via: non apparet, quo nā pacto verificari queat in conceptibus nullam continuitatem habentibus. Siquidē in solis continuis idem est finis vnus partis, & principium alterius. Vnde diffinitur continuum, per hoc quod vltima sunt simul.

**S E C V N D O**, cōceptum esse vltimum, & non vltimum est accidens illi, ergo non debet, sic in scientia diuidi. Vbi non de his agitur, quæ de per accidens obiecto contingunt sed quæ de perse speculantur.

¶ **A D** primū damus, esse vtrumq;. Ad quod minime cōtinuitate opus est. Foret quidem, si eiusdem intellectio nis verbum esset, & via: tamen respectu cuius est via, nullo modo est terminus. Et demum dicimus, haud necessario in præsentem omnes illas regulas stricte obseruandas: sicut neq; nostri sermones propriissime intelliguntur. Nēpe ut sit via, sicut motus: sed ut via intellectus, seu potius ductor eius.

¶ **A D** secundū, negatur in primis nō esse naturale, ut talis conceptus sit vltimus, vel nō vltimus. Cum penes obiecti naturam, hæc distinctio conceptuū colligatur: qui ex obiecto specificantur. Vnde diximus, non esse perpendendum, an conceptu, intellectus ut via vteretur? cum nullo pane vti non posset: sed quid obiecti natura postulare. Et confirmatur. Cæteræ distinctiones conceptuum, ut in abstractiuum, & intuitiuum, in directum, & reflexum, sunt naturales, & quæ de per se competunt: ergo & ista. Natura enim intuitiui est, ut sit intuitiuus, & non est appellatio ab extrinseco. Deinde nō si foret accidens, mala esset distinctio. Quia quod naturaliter accidentaliter competit, secundum aliquā considerationem scientiæ potest intrinsecum esse. Immo nos non tractamus de cōceptibus secundum suam naturā, sed quatenus per voces significantur, & ad Syllogismos conflandos diriguntur. Quia ergo agimus de rebus, ut significantur, & de terminis, ut significant: quid mirum, si in conceptibus necessario has habitudines perpendamus? Est tandem dubium. Cur hæc diuisio nō datur de notitijs, sed de conceptibus? Notato notitiā esse, nomen generale, amplectens omnes cognitiones, siue sensitivas, siue intellectuales, siue sint actiones: ut in sensibus, siue præter actiones opera quædam ut in phantasia, & intellectu ponuntur. Conceptus vero est proprium nomen verbi intellectualis, sed tamen terminos cognoscere, ut sic, & vti illis solius est intellectus. Vnde & instrumentum rationis nuncupatur. Quocirca etsi æstimatoria nostra dicatur circa singularem discurre, & propositiones formare, nō potest, vocales terminos percipere, seu per eos in cognitionem rei significatæ peruenire. Quia terminus est opus maioris rationis.

Ideo



Ideo nomine / conceptus similis / divisio congruentius, quam nomine notitiæ exprimitur. Sed obijcies, si æstimatoria circa singularia discurrit, ergo vna notitia in illa potest esse via, ad aliam adquirendam: & per consequens est notitia non ultimata. Notato, quòd aliter terminus est via: & aliter antecedens, & medium in syllogismo. Ista enim sūt media, quasi causa cognitionis cōclusionis, & assensus illi ex antecedenti enim cognoscitur cōclusio. Haud tamen ex termino res cognoscitur, sed per terminum. Vnde nullam aliam efficientiam habet in cognitionem sui obiecti, nisi representatiuum, seu recordatiuum illius esse. Dicimus, ergo quòd vna notitia, & vna res poterit esse, via æstimatoria ad cognoscendum aliquid, quasi antecedens, & medium: quod est proprie discursus, nō tamen vt terminus. Quia instrumēto proprio alicuius nō vitur alia virtus. Terminus autem instrumētum est solius intellectus. Et confirmatur. Forma termini est ens rationis, & per consequens non poterit eam, nisi intellectus cognoscere.

¶ ALIA EST divisio notitiarum in abstractiuam, & intuitiuam. Circa quam primo notato, non diuidi hic terminum mentalem, sed genus illius, quod est notitia. Inde ad plura hæc divisio debet protrahi: si bona est, quam divisio termini mentalis. Itaq; omnis terminus mentalis erit notitia abstractiua, vel intuitiua, non è conuerso. Et ita est, quòd sensitua notitia est intuitiua, non tamen terminus mentalis. Vt pote quæ nec significat obiectum, nec componit propositionem. Vnde ineptè diffiniunt quidam notitiam intuitiuam, per hoc, quòd sit notitia rei præsentis formaliter significatiua, ex qua simplex conficitur propositio. Certè hi æquales constituunt has diuisiones, nec possunt ratione reddere, cur si ita est, nō diuiditur terminus mentalis in intuitiuum, & abstractiuum. Sed nihilominus nos tenemur, nunc huic obiectio- ni respondere. Si sensatio est notitia, ergo significatiua. Notitia enim intrinsicè significationem claudit. Cōfirmatur. Quid est notitia rei præsentis, nisi qua cognoscitur obiectum, ergo significat illud. Responderetur. Quod omnes sensus sunt cognoscitiui, & tales citra cōtrouersiam nuncupantur, in quibus proinde cognitiones obiectorum debent esse, quæ in visu est visio, in auribus auditus, in tactu palpatio, seu tactio. Haud tamen infertur, significatiuas esse obiectorum. Nam constat, quòd in-

tellectio actio est cognitio formalissime, & tamen nemo hactenus dixit, illum actum obiectum significare potentia: sed vel species, vel verbum. Ergo cum hæc intellectio propriissime sit notitia, & prior rei cognitio, quam sensatio, non est cur actio sensus significatiua sit, vt signum, quandoquidem intellectio significatiua non ponitur.

¶ TRIVIALIS quæstio est. An Deus possit vicè obiecti supplere: vt sit intuitiua notitia in absentia obiecti. A parte affirmatiua probatur. Nulla est implicatio, ergo fieri potest. Antecedens probatur. Obiectum est causa formalis extrinseca notitiæ, & obiectiua (ordo enim ad obiectum est intrinseca forma) sed causa intrinseca maxime causa formalis diuinitus suppleri non possunt, ceteræ possunt, ergo obiecti vicè supplere deus potest. Secundo, intellectus cōseruat intuitiuas in absentia obiecti, vt si vidi Petrum, & intellectu aduerto, formoq; eius notitiam, si dum sum intelligens illum, abeat è cōspectu: & ex composito intellectus permanere in operatione velit, potest: licet visio exterior cessarit. Probatur. Primo, quia hæc potentia indifferenter percipit absens, & præsens, ergo hæc differentia nullam diuersitatem in illo efficiunt. Secundo, intellectio terminatur ad suū verbum, quod ab speciebus cum potètia producit, species vero eodem modo manent, ac ante. Nam etiam si sint phantasmata nullam mutationem sui patiuntur ex obiecti recessu: vt pote quæ semper cōseruantur. Si dicas, quòd obiecto præsentis ei attribuitur efficiètia notitiæ, absenti speciebus, falleris. Quia species sunt velut semen obiecti, cuius operatio semper attribuitur generanti, etiam si in generationis instanti iam interisset. Circa hæc difficultatem aduerte, notitiam intuitiuam habere duo. Primum quoad naturā, & essentiam, terminatur immediatè in rem, cuius notitia dicitur, ab eaq; immediate pèdet, ita vt ex præsentia reali obiecti pèdeat. Ex quo sequitur secundo, quòd habentem certiore plenissime de suo obiecto faciat: de ipso scilicet, & de omni eius dispositione saltem exteriori. Et sine cōtrouersia Deus per miraculū bene potest hoc secūdum etiam notitia abstractiua, non modo cum Deus, omnium speculum sine macula se ipso supplet vicem obiecti, verum & aliàs multis modis. Vt si revelaret alicui propheta rem futuram cum omnibus circumstantijs infundendo etiam tales especies,



pecies, vt, ad viuum, atq; completè rem facerent cognosci: quod nemo vnquã dubitauit. Sed quaestio est, an hoc sufficiat, vt, sit intuitiua. Et pars negatiua probatur, naturaliter cæcus astrologus, habet notitiã evidentem futuri eclipsis, qua iudicat certo, & de adiacentibus qualitatibus: quæ tamen nõ est intuitiua. At respondebis, illã euidentiã prouenire ab scientia. Fateor, scientia tamen nõ habet, nisi habitum, species, atq; notitias. Habitus autè eoncurrit ad euidentiã, quia effectiue inclinatur ad assentiendũ vel iudicandum. Ergo formaliter certitudo illa, atq; euidentiã in speciebus & notitijs existit. Et corroboratur, quia formaliter non redditur cæcus certus: neq; intelligit, nisi per notitias: igitur notitiã illa repræsentat euidenter, tamen sit hoc illi ex scientia proueniat. Nõ ergo sat est, vt sit notitiã intuitiua, hominem de obiecto certiore absolute faciat. Igitur tenendũ est, quòd notitiã intuitiua postulat intrinsicè realem sui obiecti præsentia. Probatur, cõceptus, & notitiã specificantur ab obiecto: ita vt ordo ad illud sit de essentia illius, variato, ergo obiecto, (& variatur, si aliud supponitur,) variatur ordo, dependentia, atq; habitudo. Ad primum argumentum patet responso. Ad secundum negatur, quòd intellectus conseruet intuitiuas notitias in absentia obiecti. Ad primam probationem respondetur, esse multum ambiguum inter philosophos, vtum in intellectu detur notitiã intuitiua: propterea quòd est vniuersalium, & per consequens abstrahit ab singularibus: & a fortiori ab accidētibus eius: quæ omnia secũ affert, intuitiua. Sed nihilominus dicamus, quòd sicut secundo intelligit indiuidia, ita & habet notitias intuitiuas. Mirum enim esset, si non posset quis suos parentes intellectu cognoscere. Illud vero axioma. Certè intellectũ indifferenter percipere absens, & præsens: intelligitur, quantum ad apprehensionem in genere: vt neq; impediatur absentia obiecti, nec conferatur præsentia: ad talem tamen notitiã, bene potest alterum illorum requiri. Nam & ipse intellectus discretiue est, atq; cognitiuus præsentia, & absentia.

¶ An conceptus reflexus significet re importatã per directum? videtur pars affirmatiua. Quia significat priorem, vt est signũ rei, ergo repræsentabit signatum. Secundo quaeritur, an conceptus imaginis significet imperatorẽ eius exemplar? pro parte affirmatiua facit,

quòd quæcumq; sunt similia vni tertio sunt similia inter se: conceptus, & imperator assimulantur imagini, ergo. Sed respondetur, quæ nec conceptus reflexus significat quòd directus, nec imaginis ipsius exemplar. Et ratio vtriusq; est vrica, tane quòd nõ seruetur eadem species similitudinis, sed conceptus est similis intentionaliter: quæ similitudo nihil aliud est, quam exacta repræsentatio sui obiecti: (vt superius vidimus.) Et ideo præsertim in secundo argumento apparet, quòd cũ imagine realiter sit similis imperatori, conceptus vero imagini tantũ intentionaliter: nõ debet assimilari quoq; imperatori. Neq; regula adducta iuuat, quæ intelligitur quãdo omnia assimulantur in eodem realiter. Deinde si imperator pariter repræsentaretur, vel quatenus est quidã homo singularis in quadã dignitate constitutus, vel quatenus significatus imagine. Hoc dari non potest. Quia imago solũ repræsentat imperatorem, tãtum secundũ suã speciem: cõceptus autem imaginis repræsentat eam, quatenus illũ significat, ergo non potest repræsentare eum, quatenus significatur. Alias oppositæ habitudines eodem cõceptu formaliter importarentur. Et vniuersaliter, probatur. Intelligere hominem per imaginẽ, est discursus, is autem inuenire non potest in simplici conceptu. Est enim discursus in conceptibus, sicut motus in corporibus habens partes. Et demum nõ est prima operatio simpliciũ. Saprahenso, sed tertia cõpositionem, includens ergo formatur alius cõceptus. Antecedens vero probatur. Homo in imagine nõ continetur, sicut conclusio in principio, (solet enim absq; discursu formaliter conclusio cognosci in suo principio,) sed est sicut in signo: vnde debet cognosci per illã, aut ex illa, & per consequens est discursus. Hinc respondetur ad dubiã quaestionem, qua queritur? an conceptus non vltimatus significet rem, quia significat terminum. Etenim neq; cõceptus, realiter est similis termino, neq; termino rei. At circa cõceptum reflexum peculiariter ad nota. Haud esse admodum cõpertum existere. Cum quamplurimi arbitrentur non dari. Quorum ratio est, quòd conceptus directus est intra potentiã sufficienter præsens intellectui: ac per consequens nõ est opus nouo cõceptu, vt intelligatur. Conceptus enim ponitur, vt sit præsens obiectum potetia intelligenti, & terminet intellectionem. Addunt quoq; nõ tam reflectere quemquã super conceptũ, quã



quàm super intellectu. Quod experientia similiarum reflexionum testatur. Non enim aduertimus, nos habere conceptum, sed nos dudum intelligere rem turpem, vel aliud.

**Q**UIDAM doctor grauis putat, notitiã visuam hominis esse terminũ mentalem: bruti vero non. Quia nostra (inquit) subordinata est intellectuali, in rationis expertibus minime. Sed contra: ambæ repræsentant idem, & eodem modo, si quicquã repræsentant. s. incõplexè, vel absolutè, & eandẽ rem, ergo ambæ sunt termini, vel neutra. Et id fulcitur. In ratione notitiæ ambæ sunt eiusdẽ speciei. Quia tendunt in idem obiectum eodẽ modo perceptum, ergo. Illa autem disparitas ratione subiectorum reperta nihil ad esse termini cõfert. Quia significatio est, quæ constituit terminum, nõ subordinatio. Vnde nec argumẽta soluit, qui dicit. Quod istæ visiones, & si ratione notitiæ eiusdem speciei sint: secundum quod sunt actus taliũ potentiãrum, differunt specie. Constat enim, quod obtutus hominis, & leonis secundũ quod sunt potentiæ, eiusdẽ pariter speciei sunt: tametsi secundum quod sunt proprietates naturales suis speciebus, differant specie.

### Super cap. 3. De vniuocis, & æquiuocis.

**C**ONTRA diuisionem termini in vniuocũ, & æquiuocũ, vtrum sit generis in species, pars affirmatiua probatur. Hæc est quidditatiua, terminus æquiuocus est terminus. Nã etiam si vno vocabulo exprimeretur, æquiuocatio prædicaretur de illo in quid. Probatur. Necessario in definitione debebat affigi, ergo est genus. Probatur cõsequẽtia. Nõ poneretur vt materia, quẽadmodum h, vox, in definitione termini neq; vt differentia, ergo vt genus. Secundo hæc diuisio est penes vnã, & multas significaciones, significatio autẽ est forma termini, ergo est diuisio in species. Maior est nota. Vniuocus est, quia habet vnicam: æquiuocus, multas. Sed consequẽtia probatur. Vnitas, & multitudo formarum essentialiũ, essentialis est, cui sunt formæ essentielles: ergo si significatio est essentia termini, vnitas, vel pluralitas, pariter ad essentiã pertinebunt. Pro contraria parte est, quod vniuocatio, vel æquiuocatio sunt proprietates logicales, ac proinde videntur esse extra essentiã

termini, sicut suppositio, & ampliatio illius. Pro notitiã huius quæstionis notato, quonã modo ens diuidatur per vnum, & multa. Diuisio certè est extra communes diuisiones, & dicitur per propria. Nã vnitas & multitudo, est proprietas entis. Ita hac diuisione cõtrahitur ens ad vniuocum, & æquiuocũ per vnitatem, & pluralitatẽ formarũ. Vnde est diuisio per vnum, & multa talis generis. s. significationis, vel termini. Nec aliunde terminus æquiuocus solet dici, terminus plures. Respõdetur ergo, non esse diuisionẽ generis in species. Nã dato aliquo termino in singulari vniuoco, vel æquiuoco rectè intelligitur terminus, & integrè licet non cognoscatur vniuocatio, vel æquiuocatio. Sed hoc argumentum est nullum. Nã isto modo probares, nec communes, nec singulares esse species. Quia ego bene cognosco hunc terminũ actualiter, non intelligens, esse cõmunem, vel singularẽ. Nã Tyrones, per definitionẽ termini intelligunt terminos quoscumq;, & tamẽ nesciunt distinguere cõmunes à singularibus: neq; categorematicos, à syncategorematicis. Cum nondum has materias ab institutoribus acceperunt. Ideo nõ est melior probatio superiore. Nẽpe quod differentia istorum membrorũ est vnitas, & multitudo. Sed diuisio categorematici, & syncategorematici est in species: vt pote penes ipsam significationẽ. Significare enim aliquid, vel aliquid sunt distinctæ prorsus significaciones. Quod cognoscitur p̄bẽ penes obiectũ: per quod obiectũ specificatur significatio. Itidẽ de cõmuni & singulari. Cõplexio autẽ, & incõplexio certe sunt accidentia termino. Nã primo accidunt propositioni, & voci, non termino. Quare ista consequẽtia non valet. Omnis vox significatiua ad placitum est cõplexa, vel incomplexa: ergo omnis terminus est cõplexus, vel incomplexus. Variatur appellatio. In antecedente appellat super vocẽ, in consequenti super terminũ: & datur antecedens verum, & cõsequens falsum. Terminus enim æquiuocus est vox, incõplexa, & non est terminus incõplexus, quia nõ est vniuocus. Licet enim complexio pensetur penes significationẽ, non penes vocem, & æquiuocus habeat multas significaciones, quia tamẽ requiritur etiam incomplexio vnitas: vt significet. s. sua significata per modũ vnus, æquiuocus nõ est cõplexus. Cum diuisim, & integrè importat vnumquodq;. Ad argumenta in contrarium respondetur. Quod



## Argumenta

hæc diuisio, animal aliud album, aliud nigrū, est in accidētia, & tamen hæc prædicatio est quidditatiua, animal album est animal. Et ad probationē negamus, quòd si definiiretur vnica dictione explicatus, prædicaretur de illo terminus quidditatiuè, sed prædicaretur, vt, ens de vno, & de multis, & sicut homo de risibili. Ad secundū per ea, quæ dicta sunt patet responsio. Nā non est quidem subiecti in accidētia, sed neq; generis in species. Quam obrè conceditur, quòd vnitas, & pluralitas formarum essentialium nō est accidens, licet possit dici accidens proprium.

¶ **C O N T R A** exemplū de ly canis. Ly canis albus est vniuocus & significat sua significata quatenus sunt alba. Loquimur enim nō de partiali, sed de significatione totali: & totali significatione profecto nō significat omnes canes nisi quatenus sunt albi: ergo vna ratione cōmuni. Ergo vniuoce. Prima cōsequētia probatur. Vnica ratio est ratio albedinis; ergo si quatenus alba, sub vna ratione. Secunda consequentia probata est. Secundo quæritur, an ly canis marinus sit vniuocus. Dices restringi. Sed contra. Restrictio est penes suppositionem, nos autē loquimur de significatione: ergo manet terminus æquiuocus. Id constat ratione, ly albus pariter restringit substantiuum, & nihilominus dicitur esse æquiuocum. Ad hoc argumētum notato, quòd aliud est loqui de significatione totali incomplexi, & de significatione complexi. Ratio. n. complexi integratur ex rationibus partium. Quocirca non potest esse ratio totalis complexi tā vna, & simplex, sicuti incomplexi: vt pote quæ cōposita est. Et in summa significatio cōplexi, est significatio ipsa partium, sicut terminus cōplexus est duo vel tres termini. Vnde si quærat de significatione totali huius, corpus album: non est, significare corpus quatenus albū. Nam formaliter est alia significatio, de li albū, & de li corpus album, sed ly album significat corpus quatenus album, ergo li corpus album nō ita significat. Significat ergo corpus quatenus corpus, & quatenus corpus album, & hoc est significatio totalis. Et à fortiori li canis albus, vtpote cuius prior pars est æquiuoca, nō significat omnes canes, quatenus sunt albi: sed significat canes: vt, sic, & quatenus albi. Nā li canis per hoc, quod copulatur illi parti, nō amittit suā significationem, nec desinit exercere illam, sed illic significat, & exercet eam, ergo significat canes, vt,

sic. Et per consequens hoc erit pars significationis totius. Et explicādo significationē cōplexi necesse est sic exponere illam, igitur significat canes absolute, & quatenus sunt albi. Prepterea si corpus album, significat corpus, vt album hoc erit: quia ly album significat album vt sic, sed etiam ly corpus, quod est pars, præstantior tamen, significat corpus vt sic, ergo ita totum pariter significabit. Neq; habenda est ratio verificationis. Fatendū est enim quòd nō verificatur, nisi de cane albo, sed nō inde infertur, quòd significet canes in quantū albos. Quid ergo significat ly canis albus. Dicimus, quòd si licanis sumatur in sua amplitudine, significat canē latrabilem: & reliqua: quibus denotatur secundum partē conuenire albedo. Neq; quando de significatione loquimur, excutiendum est, an sit possibile, necne conuenire omnibus significatis, hoc enim refert ad verificationem, non ad significationē. Sic respondetur ad primum argumētum. Ad secundum, quòd nullus est æquiuocus, qui secundū vnā significationem nō sit vniuocus. Et aduerte plurimum, quòd quando virtute alicuius additi æquiuocus sumitur pro vna tantum parte, vt, si canis propisce, nō dicitur terminus restringi, nec ab maiori ad minorē suppositionē trahi. Quia maior & minor suppositio intelligitur, intra eandem significationem. Sed quādo supponit æquiuocē pro omnibus, sicut non est vnica significatio sed triplex: ita nō est vnica suppositio, sed multiplex. In hoc ergo complexo canis marinus est vniuocatio, immo est incōplexus, & significat talem canem: quamquā vtamur circumloquio, sicut Marcus, Tullius, Cicero. Sed quæres, cur in priori exemplo pariter nō significauit omnes canes albos. Nimirum quia additum non est vna pars, seu vnum membrū importatorū. Et ideo licet quantum ad suppositionē restringatur pro albis, quoad significationem significat omnia sua significata, quibus denotatur conuenire albedo. Et licet restringatur pro albis ratione adiuncti possunt esse albi, & latrabiles, & marini. Ita quòd ex modo suæ significationis non repugnāt, licet à parte rei non possint, cohærere. Enimvero & in hoc copulato, angelus albus: licet angelo albedo competere nō possit: denotatur, conuenire. Quade causa hæc est differētia inter nomen connotatiuum, incōplexum, & complexum, aliquod, quod incōplexum nō significat de materiali, neq; denotat adiacere suū formale,



male, nisi cui potest. At uero in aliquo cōple-  
 xo sæpe denotatur conuenire formale cōno-  
 tatiui, cui non potest reuera congruere. Et ra-  
 tio est, quia quando est solum cōnotatiuum,  
 applicat suum formale suo materiali: quādo  
 uero cum substantiuo, applicat illi suum sig-  
 nificatū, igitur est patētissimum discrimen.

¶ **C O N T R A** regulam analogorum, talia  
 sunt. In hac, homo est pictus, si subiectum alie-  
 natur, uidetur necessaria. Significabit enim pi-  
 ctum esse pictum: quo nihil est uerius, neq; ne-  
 cessarius. Et tamen, si non existat aliquis ho-  
 mo pictus, nō erit uera. Indidem uidetur cō-  
 tingens: Nam sicut in hac omnes reges Hispa-  
 niæ sunt depicti: sensus est, quod figura cuius-  
 cumq; regis Hispaniæ est sculta. Ita in defini-  
 ta homo est Pictus sensus uidetur, alicuius ho-  
 minis uiui species est expressa lineis. Quod  
 nimirum est contingens, ergo non alienatur.  
 Confirmatur, si hunc sensum facit, tunc subie-  
 ctum est pro uiuo, ergo non talia sunt subie-  
 cta. Ad hoc argumentum conceditur fieri il-  
 lum sensum (ut apparet,) & quando fit, certè  
 non alienatur. Sed nihilominus potest aliàs  
 alienari, & tunc est sensus, homo pictus est pi-  
 ctus. Sed tunc est questio, an sit necessaria, &  
 tota questio pendet, in hoc, an copula absol-  
 uatur à tempore. Nam ex prædicati parte nō  
 erit unquam falsa. Nunquam (inquam) erit ho-  
 mo pictus, quin sit pictus. Et in hoc sensu ne-  
 cessaria est, & est vnus gradus necessitatis pro-  
 positionis. Sed utrum sit perpetuæ ueritatis  
 (quod aiunt) dico primo, quod potest iudica-  
 ri necessaria, & copulam absolui à tempore.  
 Quia prædicatum est natura subiecti. Vnde  
 non ualet in oppositum, ista non est necessa-  
 ria, homo uiuus est uiuus. Quia ipsum subie-  
 ctum dicit existentiam, & sic per non suppo-  
 sitionem extremorum erit falsa. At uero in  
 hoc, quod dico pictus: non significatur existi-  
 tia, sed natura. Sed tunc est replica. Si est ne-  
 cessaria, erit in materia naturali: at nō supponit  
 naturaliter, cum sit suppositio impropria: cū  
 tamen non nisi propriissima, imo personalis  
 diuidatur in naturalem. Respondetur, quod  
 absolutè est in materia naturali, & nullatenus  
 supponit naturaliter. Nā lōge res diuersa est  
 suppositio naturalis, & materia naturalis. O-  
 mnis suppositio naturalis est in materia natu-  
 rali, sed non è contrario: nan hec ly hō est scri-  
 ptura est in materia naturali, & tñ subiectum  
 supponit materialiter. Et potest quis etiam  
 dicere, nō absolui ab tēpore, sed esse cōtingēs.

Neq; opus est, quod quando prædicatur idē  
 de eodem, copula absoluat ab tempore, in  
 immo (meo iudicio) nulla est necessitas ab-  
 soluendi tunc uerbum.

¶ **Q U I D A M** diffiniunt æquiuocū, & vni-  
 uocū per hoc, quod est significare sua signi-  
 ficata mediāte eodem cōceptu. Sed cōtra, ly  
 ens importat mediante vno conceptu & ta-  
 men non est vniuocū, sed analogum. Respon-  
 detur esse sumulisticè vniuocum. Sed contra.  
 Verificatur de illo regulæ de analogis tra-  
 ditæ. f. quod per se sumptum stat pro famosio-  
 ri significato. Et tale est subiectum, quale per-  
 mittitur à suo prædicato. Dummodo non di-  
 stribuatur, ut in his, ens currit, ens est accidēs.  
 Qui nomine conceptus in hac definitione in-  
 telligunt tantum formalem, coguntur, cōce-  
 dere esse vniuocum. Et ad replicam respon-  
 dent, analogiā esse medium inter vniuocatio-  
 nem, & æquiuocationem. Sumulistiæ autem  
 non considerant hīc, nisi extrema ipsa: cū qui-  
 bus confundunt, & cōmiscunt medium. Ita  
 ut si Analogus sortitur vnū conceptum, mi-  
 grat in sortē vniuocorum, si uero plures, cen-  
 setur æquiuocus. Dicent consequenter, esse  
 analogum non tollere, quin sit apud eos vni-  
 uocus. Sed reuera difficile est, concedere, ly  
 ens esse vniuocum: cum omnis schola philo-  
 sophorum doceat cum Aristotile. 4. metaphi-  
 sicè, æquiuocum esse. Maximè cū tanta æqui-  
 uocatio sit in rebus significatis, & inæqualitas  
 participationis. Idcirco multò conducibilius  
 est, sic intelligere ly, eodem conceptu, ut ens  
 ab vniuocatione expellamus, & illud æquiuo-  
 cis consociemus. f. formali, & obiectiuo, per-  
 fedtè, & absolutè de iuis inferioribus signifi-  
 cato, vel conueniente: quod enti minime com-  
 petit. Etenim aut conceptus obiectiuus non  
 est vnus (ut multi concedunt,) sed distinctū  
 substantia, vel accidens, aut decem ipsa præ-  
 dicamēta. Vel si vnum est, quod probabilius  
 est, inæqualiter participatur, & verificatur,  
 de inferioribus.

¶ **E S T** questio, an quando audio, uicit leo  
 de Tribu Iuda, formem conceptum Christi:  
 quod est dicere, an detur in mente suppositio  
 impropria. Pars negatiua probatur, cōceptus  
 leonis, ueri nullo modo potest significare  
 Christum: ut pote cui non est similis. Quia il-  
 le conceptus primo est similis naturæ leonis,  
 cui non assimilatur Christus. Et si consequen-  
 ter, aut secundario significat eius fortitudinē,  
 hæc fortitudo est alterius prorsus rationis ab  
 for-



fortitudine morali Christi. Ergo nullatenus pereundem conceptum representari possunt ac per consequens non supponit improprie conceptus leonis, nec intelligo per illū Christum, sed audita illa oratione intelligo Christū. Ergo formo proprium conceptum illius. In contrariū est, quod adueniens modificatio de Tribu Iuda non variat, neq; mutat cōceptum. Sed quam primum audio, vicit leo, illico formo conceptum leonis, igitur nō mutatur. Ad hanc quæstionē animaduerte, tres est sunt tropos loquutionis. Primus est metaphora, quādo propter similitudinem, vel proportionem significatur aliquid extra proprium, significatū. Vel est mutatio à propria significatione ad impropriā propter aliquam similitudinem, vt risus de Prato floribus picturato, cum de homine propriedicatur. Quia cū floret ager, quasi ridere videtur. Vnde metaphora exigit, vt sit res pro qua sumitur extra latitudinem suæ propriæ significationis. Ad hunc tropum Allegoria, quæ metaphora perpetua est, refertur. Quo circa non est hic quæstio de omnibus analogis. Cum ly ens & si significet accidens secundum quid, nihilominus proprie significat illum, & est proprium significatū illius. Alius tropus est hyperboles, qui nullatenus est metaphora. Quando quidem proprie clauditur in hyperbole, quod exprimimus, licet non sit quātum exprimimus. De hoc sine controuersia potest dici in mente esse. Nam si quis dicat mille annis nō te vidi volens significare eum iā diu sese nō vidisse, proprie hæc diuturnitas temporis in mille annis clauditur: & bene per mille annos in mente multum temporis cognoscitur. Ad hunc Metonymia reducitur. Alius est tropus Antonomasia, quando accipitur terminus pro aliquo singulari significatorum suorum propter suā excellentiā, vt Poëta pro Vergilio Philosophus pro Aristotele. Cum autem ille conceptus significet omnes tales: saltem secundo, quis prohibet significet vnū, & accipiatur pro illo virtute alicuius sententiæ? certe nemo.

¶ DE Metaphora igitur est quæstio, an reperitur in mente? vbi est aduertendum, quod suppositio est diuersa res ab significatione. Secundo quod significatio cōceptus est naturalis, neq; potest variari: significatio quidem vocis est ad placitum. His suppositis respōdetur primo. In mēte non est significatio metaphorica, seu impropria, id est in mēte conceptus leonis veri non significat vllō modo Christū,

nec petrae conceptus Apostolorum principē Petrum. Probat. Huiusmodi metaphora primo sunt multiplicabiles: cōceptus vero representatio inuariabilis, ergo nō possunt cōceptibus conuenire: mutarentur enim. Præterea conceptus leonis nō representabat Christum, priusquam sacrae litteræ illa metaphora, vterentur: ergo si immutabilis est neq; modo representat eum. Secundo conceptus vltimati sunt idem apud omnes, modo res recte intelligatur. Ergo conceptus leonis idem apud omnes representat: sed nō apud omnes Christum leo representat, ergo, neq; conceptus formatus. Nec valet dicere, quod plura per eundem conceptum potest vnus intelligere, quam alius. Nā si intelligas argumentatiuē nō repugnamus. Hic enim tantū de his, quæ per conceptum representantur, disserimus. Nam de his, quæ arguendo & formando alios conceptus excitati ab isto indagare possumus. Nō inficias imus, quim vnus plures possit formare quam alius, sed philosophi perfecte calcabant naturam leonis, & perfectum conceptum formabant illius, & tamen non intelligunt Christum, ergo illic non clauditur. Secundo respondemus, quod licet significatio sit naturalis, & immutabilis suppositio etiā conceptus est ad placitum. Quapropter bene possumus sumere conceptum leonis pro Christo. Et sic licet significatio impropria huiusmodi nō detur in mente, dabitur suppositio metaphorica. In voce ergo supponit improprie terminus, quia improprie significat, sed in mente quia voluntarie sumitur. Sed rogas, ad quid nam huiusmodi suppositio impropria subseruiat in mente. In voce est mihi potestas per leonem intelligere Christum. Sed in mente nequeo per conceptum leonis etiam si velle intelligere Christum. Probat. Non potest quicquam intellectus cognoscere nisi mediā te conceptu significante, ergo si conceptu nō significatur vllō modo Christus: non poterit, per illum conceptum intellectus eum intelligere. Respondeo. Quod proculdubio per illū conceptum nullatenus intelligitur Christus, sed per conceptum, quem argumentatiuē virtute totius orationis, formo. Quod experientia probat. Siquidē audita oratione, vicit leo de tribu Iuda: cum primum audio leo, antequam audiam modificationem, seu alienationē de tribu Iuda, intelligo leonem verum, audita tribu profusus sentio in me aliud distinctū concipere. Et in hac, homo est pictus, antequam



quam percipiã prædicatum, cognosco hominem verum, audito vero prædicato quasi percultus reuertor ad subiectum, vt aliud animo diuersum cognoscam. Vt quid ergo deseruiūt huiusmodi suppositiones improprie? nimirū vt sicut propositio profertur, concipiatur, & manente conceptu leonis discurrem ad id, quod virtute orationis representatur, & eius conceptu formato intelligam proportionē. Vnde & in mēte potest manere integra propositio, sicut auditur, licet formen leonum Christi conceptum. Nam postquam hoc negocium est ad placitum, tantum, in illis locutionibus est suscipiendum, quæ sunt iam susceptæ. Idem de hac, post aliquot mea regna videns mirabor aristas. Certe per aristas non cognoscitur annus: sed formato cōceptu annorum, intellecta proportionē poterit manere illæsa adhuc propositio prior, vt etiam mēte metaphoricè loquamur, etsi sensus nō integre absq; comitatu alterius conceptus percipiatur, idem censeatur de hac: etiã summa procul villarum culmina fumant. Per fumū noctem imminentem denotat. Sed hoc multos fallit. Quia huiusmodi formatio citissimè peragitur, non percipitur. At si attēte aduertimus, quasi deprehendemus. Quoties enim nouã notitiam comparo, persuadeo mihi, & arbitror rationabiliter conceptum distinctū formare. Maxime quando non discuro ex superioribus ad inferiora, & in his quæ sunt includens, & inclusum. In his enim nihil refert, ex eis, & in eis quoq; aliud cognoscatur, vti cōclusio in suo principio. Vnde ad argumentum in contrariū respondetur, quod nō variatur cōceptus addita modificatione, sed formatur alius distinctus. Vt clarissime cōperimus in hac: homo est pictus.

¶ De cathegematicis, & sincathegorema.

Contra definitionem syncathegematici arguitur. Primo, ly velociter est syncathegorema, & ly sapienter, & tamen significant aliquid. s. sapientiã, & velocitatē. Dices, quod nō potest pro ea supponere. Contra, suppositio est acceptio, sed accipitur pro suo significato. Primo in ista, velociter est modus adiacēs rei. Deinde in hac Petrus velociter currit. Nam accipi est, vti termino ad exprimendū in oratione, quod significat, sed ad exprimendū illū modum accipitur, & ponitur, & per nullū alium terminum illorum exprimitur: igitur supponit. Secūdo arguitur. Syncathegorema est terminus, ergo significatiuus: à

definitione ad definitū, ergo maledicatur esse consignificatiuum, & cathegorema significatiuū. Confirmatur. Si ob id est cōsignificatiuus, quia eius significatio est in ordine ad cathegoremata, sequeretur, verbū esse pariter syncathegorema. Significat enim cōpositionē, quā sine extremis nō est intelligere. Et cū extrema sint cathegorema, sequitur, significare in ordine ad cathegoremata, & per cōsequens esse syncathegorema. Quod est falsum. Tertio syncathegorema est signū, & habet significationē: ergo habet significatum. Probat. Signū, & signatū sunt correlatiua. Quarto, si syncathegoremata sunt in mēte vltimata, cū illic non sint, nisi actus, vel habitus: vel cōceptus: sequitur, esse conceptus. Hi vero sunt naturales similitudines obiectōrū, ergo correspondent ei obiecta, & per cōsequens significant aliqua. Nullus ergo illorū tantū significat aliquo. Duplex quæstio hic excitatur, prima de diuisione. Sit ne analogā? an vniuoca & videtur vniuoca. Diuisum est terminū vniuocū, & i. diuisio vniuocorū. Vniuocus aut nō potest partiri in analogata, ergo. In cōtrariū est, qđ inter syncathegoremata plurima sunt secundū quid termini, vt ly, & vel, si, non, & similes qui nō sunt profecto cathegematicis vllatenus æquiparandi. Ad hanc quæstionē primo præsupponendum est, nō omnia aduerbia esse syncathegoremata, sicut neq; omnia nomina declinabilia cathegoremata. Nā ly omnis etiã quādo signū, est nomē adiectiuum, & nullus est quilibet. Et cōtra ly cras, ly intra (meo iudicio) nō sunt syncathegoremata. Ea. n. talia reputo, quæ diminutè significāt, etiã si aliquid significant, vt ly proxime, prope. Nā dupliciter cōtingit significare aliquo. i. vt sit secundū quid ly aliquo. Sicut dicimus ly, Nero significat aliquo homines feroces, id est secundū quid. Altero modo capitur modaliter, vt sit modus significādi propositionis, vel termini. Syncathegoremata primo modo significant. Vnde respōdetur. Quod neq; diuisio est vniuoca, neq; termini æquales. Quod multipliciter probatur. Primo syncathegorema est circa cathegorema, ergo in ratione termini nō æquatur. Cōfirmatur. Eadem ratio est de termino & signo, sed syncathegoremata nō sunt absolute signa, sicut cathegoremata, ergo neq; termini. Minor probatur. Nullis, aut plerisq; illorum correspondēt signata (quod satis probauimus: ) quod tñ est de intrinseca ratione signi. Sed quia plures termini syncathego.



thegoremata videntur, aliquid aliquo modo im-  
 portare, vt præfati, alij nihil penitus ex parte  
 obiecti, vt ly vel, tantum, quantum, quatenus.  
 Posset aliquis dicere, quòd hæc diuisio est qui-  
 dem vniuoca. Sed rursus syncathegorematici  
 diuiditur analogice in suas partes. Sed  
 (mea sententia) ex his duobus modis respon-  
 dendi prior rationi magis est consentaneus.  
 At syncathegorematici sunt in duplici diffe-  
 rencia, quibusdam correspondet aliquis mo-  
 dus realis, vt ly sapienter, ly iuste, significat a-  
 liquid. Quibusdam nõ correspondet vt ly nõ,  
 ly vel. Quam diuisionem, ita nonnulli intelli-  
 gunt, vt priores significant aliquod ens reale,  
 & posteriores ens rationis. Sed nihil prorsus  
 id refert: quemadmodum in cathegoremati-  
 cis significatum nõ facit discrimen. Siue enim  
 significet ens reale, siue ens rationis, tam sim-  
 pliciter & eodem modo est cathegorema v-  
 nus ac alter, vt ly equus & chimera, & rela-  
 tio realis, & ratio rationis. Ita inter synca-  
 thegorematicos nõ reffert, significet ens rea-  
 le, vel rationis, vt sit primæ clasís (quibus cor-  
 respondet modus) siue posterioris, quibus nõ  
 correspondet. Cõfirmatur. Inter priores om-  
 nes adnumerant hos, scilicet vnicè, identicè,  
 genericè, specificè. Qui tamen important en-  
 tia rationis, seu modos rationis, idem quod  
 sua abstracta, ex quibus deducuntur: vt ly idé-  
 ticè idem, quod identitas, ly specificè, quod  
 specietas. Quæ tamen nomina signant en-  
 tia rationis. Et quòd sint cõputanda proba-  
 tur. Omnes ponuntur in primo membro, quæ  
 deducuntur ex absolutis, vel cathegoremati-  
 cis: vt sapienter ab sapientia velociter ab ve-  
 locitate. Sed ly identicè ab identitate deriva-  
 tur. Igitur sine simultate, & lite hos terminos  
 inter priores ponimus, & per consequens dis-  
 crimen est nullum. Sensus ergo est, esse inter  
 syncathegorematicos nonnullos, qui repræ-  
 sentant aliquid intellectui extra se. Vt ly sa-  
 pienter profecto significat sapientiam, sed di-  
 minutè, non plene: ita vt exercitium ipsius sa-  
 pientiæ videatur significari, & applicatio in  
 opus posita. Et ly velociter idem. Siue illud  
 aliquid sit ens reale, siue rationis: dummodo  
 important quid, sunt huius partis. Alijs autè  
 extra se nihil prorsus correspondent, vt sunt  
 huiusmodi coniunctiones gràmaticales, &  
 propositiones importantes aliquot habitudi-  
 nes extremorum, vt, in, &, abs, & similes. Con-  
 stat, has dictiones nihil prorsus repræsentare,  
 neq; ens rationis, neq; ens reale.

¶ QVIBVS suppositis, est quæstio: an ter-  
 mini syncathegorematici sint in mente vlti-  
 mata: & respondetur (vt ab incertis certa se-  
 cernamus,) quòd priores significantes aliquid  
 sunt in mente. Nam voces sunt signa eorum,  
 quæ sunt in animo: ergo quemadmodum ipsi  
 significant, erunt in mente conceptus signifi-  
 cantes. De quibus post modum in solutione ad  
 primum rursus loquemur. De posterioribus  
 est magna controuersia inter doctores. Qui-  
 dam arbitrantur, esse in intellectu: quod sic  
 probant. Latini formant alium conceptum præ-  
 ter cõceptum vocis, (vt experientia cõstat)  
 si latinus, & rusticus audiant pariter vocem.  
 Confirmant. Audita propositione, homo cur-  
 rit, vbi concipio vnum vel alterum currere,  
 nihil vetat, quominus possim apponere, ly o-  
 mnis, & intelligere omnem hominem curre-  
 re. Hæc diuersitas ergo intellectionis ratio-  
 ne alicuius cõceptus denuo additi prouenit,  
 igitur datur huiusmodi actus. Possumus etiã  
 arguere, propositio affirmatiua, & negatiua  
 reperitur in mète vltimata, ergo datur ibi ne-  
 gatio, nõ, quæ est huius clasís. Cõtra hos est,  
 quod argumentabamur in principio: sane vt  
 dicant, quid repræsentat ille actus, maxime cū  
 asseuerent esse conceptum: qui debet esse na-  
 turalis similitudo. Et tamen si veluti vox ipsa  
 significat, (vt significare debet) cum vox se-  
 cū dum omnes nihil prorsus importet ex par-  
 te obiecti nec reale, nec rationis: neq; conce-  
 ptus. Si ergo nihil importat, quomodo est cõ-  
 ceptus? & naturalis similitudo, si non habet  
 cuius sit similitudo: aut cuius simili sit. Præ-  
 terea dicunt, quòd ipse actus de se mouet in-  
 tellectum solitarius. Sed profecto nõ potest  
 illum mouere nisi in suum obiectum, quod est  
 ens. Vnde impossibile est, sit conceptus, quin  
 significet aliquid. Præterea moueat potentiã,  
 & tamen nihil significet, nullum (inquam) ob-  
 iectum nõ dicet, nisi qui ignorauerit quid est  
 potentiam quamlibet moueri. s. percipere ob-  
 iectum, & in illud tendere. Nõ negamus, quin  
 distinctum conceptum formet latinus, qui vo-  
 cis virtutem capit: sed debebat aduertere, nõ  
 esse illum conceptum syncathegorema, sed  
 absolute cathegorema, vt pote aliquid perfe-  
 ctè significans. s. ipsam virtutem vocis. Nõ. n.  
 exquirimus huiusmodi notitias, quib; cogno-  
 scimus munia, officia, & virtutes vocabulo. u.  
 Nulli. n. nõ patet hos dari, sed hi nõ sunt actus  
 syncathegorematici. Probat. Actus debet  
 esse talis, qualis vox: in voce autem ly omnis  
 habet



habet virtutem distribuendi, tamen non repræsentat hanc virtutem, & ly, &, habet copulare, & non repræsentat villo modo copulatione. Ita reperiendi sunt actus in mēte, si dantur scilicet, qui exerceant huiusmodi officia, vel possint exercere, & non repræsentent illa. Ergo non sunt, quas quærimus, illæ notitiæ: sane quibus experimur nos cognoscere huiusmodi virtutē, & officia.

¶ AD PRIMVM argumentum respondendum postea. Alij vero dicunt, huiusmodi voces significare ipsos actus mētales, sed mētales nihil prorsus significare. Sed primū profecto est sine fundamento. Nam voces omnes exprimunt conceptus, & nihilominus non imponuntur ad significandos illos, nisi nomina adequata conceptuum complexa, vel incomplexa, vt ly conceptus, verbum. Præterea si ly, omnis significat conceptum, aliquid significat. Conceptus enim aliquid importat. Secundum vero est contra omnes vbiq; philosophos. Secundum quos hæc sunt tantum, in intellectu, scilicet species intelligibiles, actiones intellectus, verba formata, & habitus producti siue morales, siue speculatiui. Huiusmodi actus, si nihil significant, conceptus esse non possunt, & multominus aliquid aliorum. Secundo non est infirmum argumentum, quo queritur, quomodo, vel à quo illi actus producuntur? cum ab sola potentia, vel natura, produci non possint. Enimvero omnis cōceptus producitur mediante intellectione, cuius est terminus intrinsecus, sed intellectus, nihil intelligit in illis, ergo non producit intellectionem circa illos, & sic non producet actus. Respondent, quod ab rebus, viso isto igne calefaciente, & sic de alijs, formauerunt homines ly, omnes. Sed quid de alijs, qui ab rebus produci non possunt? vt, vel, ly, &, non in. Restat etiam inquirendum? an moueat interpolata intellectione. Nam si non mouent non poterit rursus ly omnis produci, nisi eisdem rebus intellectis denuo aduerteret. Igitur arbitror huiusmodi sincathegoremata non esse in mente vltimata. Quod probatur multipliciter, supposito prius (quod dicit Aristoteles in prohemio perihermenias) conceptus esse eisdem apud omnes. Nos audita hac dictione hominis formamus conceptum simplicem significantem hominem per modum, cuius vel possidentis. Quoties ergo homo sic concipitur, talis conceptus formatur, apud omnes. Ergo quando in idiomate Hispano

istemet genitiuus explicatur, cum sincathegoremate, scilicet del hombre, non variatur cōceptus, vt patet ex fundamento, igitur non est illic sincathegorema, del. Et cum par ratio sit de omnibus, idem infertur. Ad hæc si hæc sincathegoremata in mente reperiuntur, cum diuersa apud diuersos sint profecto diuersimode eadem res sub eisdem rationibus sumpta conciperetur, quod est absurdū. Præterea in eodem idiomate cum audio, doctissimus, non vnus conceptus formatur, at idem repræsentat, & sub eadē ratione, valde doctus (nā sinonimi sunt) igitur isdem permanet, & per consequens ille actus valde, non est in mēte. Deinde (vt arguebamus) contra naturam cōceptus est non repræsentare aliquid extra se & tamen ille actus extra se nil refert.

¶ QVARTO solet esse argumentum? an hæc dictio ly, quæ inter dialecticos est signū, materialitatis, reperiatur in mente, quæ pariter est sincathegorema, cum faciat, cathegorema subsequens, siue vel aliter accipiatur. Nec obstat dicere, hæc tenus non esse impostam generaliter, sed singulariter, vt pote quæ non plus haberet, si vniuersaliter susciperetur. Et arguitur. Si aliquid significaret in mente, idem foret quod ly, hæc dictio, hæc vox (nā idem prorsus facit, sed breuitatis gratia ponitur ly,) & de facto sunt alia similia inter dialecticos, vt ly, assignat suppositionem confusam, ly, B, simplicē, & sic de cæteris alijs. Itaq; hæc dictio ly, esset cathegorema, si tantundē importat. Postremo arguitur, cū multa idiomata sunt, quæ huiusmodi habitudines cum suis significatis cathegorematicis simplici dictione significant, profecto non est cur talia sincathegoremata in mente aserantur. Antecedens eo patet, quod inter idiomata nobis cognita in Indijs, & hic, vnum vtitur paucioribus articulis, aliud pluribus. Vnde ex beneplacito pendet omnia recindere. Quemadmodum enim dicimus, in me gratia existit, potest aliqua dictio significare me, cum illa habitudine, in, sicut potuit genitiuus latinorū explicare hominem per modum possidentis simplici voce. Et peculiariter arguitur de hoc termino, hic homo, an in mente, ly hic, subordinetur actui. Si subordinatur, ergo etiam si demonstratiue accipiatur, est communis terminus. Nam ly homo communis, est omnibus, & ly hic etiam est communis, ad demonstrandum quemcumq; : ergo integer est, communis. Nam (vt constat) cum par



## Argumenta

tes communes sint, impossibiliter totus erit singularis, etiam si actu non accipiatur modo, nisi pro isto osteso. At si de significatione sit sermo, communis profecto manet, quod patenter videtur repugnans. Ad primū argumētū respondetur huiusmodi sinchategorema non supponere, & in illa ppositione, primo accipitur materialiter. Cuius sensus est, velociter significat modum. Ad secundum notandum, quod accipi non est vti termino ad significandū. Nā certe extra propositionem sumimus illum ad significandum. Sed est vti termino loco rei, cum de re vel aliquid prædicamus, vel de aliquo eam aserimus. Nam supponere est quasi substitui pro re, & tamē quando significamus rem, non substituimus terminum, Sed tantum in oratione, cum de rebus tractare volumus. Hoc autem non habet velociter. Ad tertium dicimus, quod esse consignificatiuum, non tollit esse signum, sed dicitur consignificare, etiā si in se habeat significationem, quia eius significatio est agere aliquid circa cathegorema. Ad replicam de verbo. Quod non dicitur consignificatiuum. Primo quia significat absolute aliquid. s. suam actionem pro vt est inferi, ideo etiam si importet compositionem, non est consignificatiuum. Sensus est, quod importat vniōnem prædicati cum subiecto. Et tamē ly vniō, imo omne nomen relatiuum non potest intelligi sine suo extremo, & correlatiuo, & nihilominus absolute sunt significatiui. Aliud est enim, quod res significata non possit intelligi sine alia (quod habent multoties significata cathegorematicorum) aliud, quod ipsa significatio sit circa aliud, vel postulet coniungi cum alio (quod est proprium sinchategorematicorum).

¶ AD postremum: difficultas est, an sinchategoremata habeāt significationem, an solum officium accomodatum, & certe ista, quibus correspondēt suo modo obiecta, constat habere significationem, reliqua rationabiliter putantur habere solum officium, propter rationem adiectam argumento, quæ nihilo infirma est. At cū hæ significationes sint ad placitum, existimabit quis nō oportere ista tam exacte obseruari, vt significatum sicut correspondeat. Sed profecto si relatio rationis est relatio secundum esse, non est in potestate nostra naturam relationis, nec priuationis, nec negationis mutare, nec posse huiusmodi dictiones significationem sortiri, si significatio necessario est relatio, & non habet correlatiuum.

Et hoc consonat communibus dictis, quibus vtimur. Aimus ly, non, non significat negationem, sed exercet illam, & ly, &, non coniunctionem, sed exercere illam. Quæ officia illis accomodata sunt ab intellectu.

¶ SED QUID dicemus de propositionibus negatiuis mentalibus, in quibus intersunt necessario negationes. In secundo libro respondebimus.

¶ CONTRA ID quod, hic homo, est terminus singularis. Subordinatur conceptui cōmuni, quia audita hac dictione non intelligitur Petrus, neq; Paulus, sed in communi aliquis, ergo. Secundo partes sunt termini communes: ergo. Antecedens probatur. De cathegoremate constat. Sinchategorema indifferentis & vniuersalis significationis, cum in differenter cuiuslibet cathegorematico, adhibeatur.

¶ EODEM PACTO arguitur de ly, aliquis homo, qui videtur singularis. Nam ly homo est cōmunis, & restringitur illic, ergo fit singularis. Quia præter speciem specialissimā, vel post terminum specificum, nihil superest inferius, quam singularis, seu indiuiduum. Secundo est singulare vaguum, ergo est singulare. A membro diuidente ad diuisum. Tertio si est communis, vel specificus, vel genericus.

¶ EADEM MODO ly, indiuiduum, videtur singularis. Significat vnum tantum (vt ex diffinitione indiuidui colligitur), sicut, indiuiduum est vnum, & incommunicabile. ergo, est terminus communis.

¶ PRO SOLVTIONE primi perpendendum est, an ly hic, sit communis significationis. Pro parte negatiua facit, quod additū restringit, & singularizat terminos communes, vt hic homo est terminus singularis, & tamē si est communis, non videtur quoniam pacto ex duobus communibus componatur vnus singularis. Pro affirmatiua agit, quod indifferenter quamcumq; rem demonstrat, ergo vniuocæ & communis demonstrationis nota est. Pro notitia huius aduerte: tripliciter accipi hoc sinchategorema. Primo tāquam pronome, vel quasi nome propriū (nā p nome est quod ponitur loco nominis proprii) & tunc significat aliquid. Et si absq; actuali demonstratione proferatur, subordinatur cōceptui communi, sicut quodlibet aliud pro nome. Ex quo enim aptus est, vt loco cuius vis nominis proprii substituat: sequitur de se omnia significare.

At cū



At cum actualiter quidpiam monstramus, adæquato eius cōceptui subiicitur. Accipitur autem aliquando relatiue. De qua vtraq; acceptione nulla est difficultas. Sed cum sincathegorema, & quasi signum restrictiuum, vt hic homo. Quod in multis alijs terminis reperimus. Nimirum, qui & cathegorematicè, & sincathegorematicè inueniuntur accepti: sicut quicumq;, quilibet, omnis, nullus. &c. Sed hoc pacto acceptum tenendum est sine controuersia cōmunis significationis. At quemadmodum terminus cōmunis significat immediate rem in vniuersali, & secundario, hanc in singulari, ita primo ly hic est nota communis demonstrationis, & secundario huius. Sicut ly omnis est nota communis distributionis, & mediatè huius. Sed trutinandum super est, quomodo communem reddat singularem. At dicturus erat iste, quem ex aduerso dicere facimus, quomodo ex duobus singularibus fiat vnus communis: vt Petrus, vel Paulus. Dicendum ergo est, quòd ly, hic homo, cū absolute in scholis, scilicet profertur, singulare vagum est, sicut ly, aliquis homo, at cū demonstratur quis digito, eius adæquato conceptu percipitur.

¶ P R O solutione reliquorum aduerte. Quòd termini significant res secundum quod apprehenduntur. Vocales enim significant mediantibus conceptibus, cōceptus vero repræsentant secundum quod apprehenduntur: & ita vniuersi modum concipiendi sequuntur. Intellectus vero concipit non tantum res vniuersales in vniuersali, verum & particulares per cōceptum communem. Quia & in rebus indiuiduis humanæ naturæ nō solum ipsa natura est generalis, verum eis quoq; vniuersale est, vt particulares sint. Nā quodlibet existens singulare est. Potest ergo intellectus apprehendere hominem quatenus singularis est, in qua apprehensione nullus signatus splendet, non Petrus, nec Paulus: quandoquidem ex æquo ambo & cūcti singulares sunt. Quid ergo significabit conceptus ille? nimirum hominem, secundum quod iā in se existit distinctus ab quolibet. Quod apte explicatur per ly, aliquis homo. Quod videor mihi probare, non inueniri, ly aliquis sincathegorematicè in mente, cum hæc ratio optime simplici conceptu repræsentetur. Neq; in hac ratione latet secunda intentio. Quoniam nomen est primæ intentionis. Re autem significata expressa, de significatione respondetur, esse singula-

re vagum etiam in voce: vbi vtimur duarum vocum circumloquio. Sed quomodo potest ly aliquis determinare comunem, cum ipse sit indeterminatior, & tamen quod determinat, debet limitatius esse. Dico, quòd quamquam significatio sit communis, vt pote quæ quibuslibet coadunari potest, habet modum in significatione singularizandi. Terminus cōmunis significat naturam comunem incōmuni, sed ly aliquis facit, vt supponat pro supposito iam singulari. Sed ambiguum est, an singulare possit esse terminus communis. Primo non est dubium, quin vagum secundum quid singulare iudicetur & diuisio sit analogata. Vnde posset dici secundum quid singularis, & absolute comunis. Et quidem si singularis perfecte debet repræsentare vnum tantum determinate, nemo non videbit, quam comunis ly aliquis supersit, qui vniocè tot in determinate significat. Igitur sic est respondendum. Quia nemo inficias ibit, quin aliquis homo ex modo suæ significationis importet vnum tantum (idest) aliquem, licet non determinet quem. Vnde habet quandam singularitatem & cōmunitatem. Si quis vero contenderit, segregandum esse penitus à natura, & definitione comunis, is dicet, quòd vt cōmunis foret, opus erat plura diuisim importaret, prout conueniunt in vnum: quod certe ly, aliquis homo, non facit. Potius significat aliquem in singulari. Vnde merito sortitur peculiarem, & propriam nomenclaturam, vt singulare vagum appelletur: quodam reuera medium inter comunem, & simpliciter determinatum. Extremorum autem cui sit appellendus, singuli sunt iudices.

¶ Q V A E R I T V R in hac parte de cōplexis: an sint cōmunes vel singulares censendi. Dicendum, quòd vel partes coniunguntur diiunctim vel copulatum. Aut mediante (inquā) coniunctione, vel copulatione. Primo modo qualescumq; partes sint, vel ambæ cōmunes, vel ambæ singularis, vel altera comunis, & altera singularis, complexus est terminus cōmunis. Quia verificatur de pluribus diuisim. Sed obijcies. Partes quandoq; sunt singulares, ergo totum. Respondetur, non opus fore, vt totum semper sit homogeneū, eiusdè, scilicet rationis cum partibus. Aliàs non esses homo, cum neq; sis materia, neq; forma. Si copulatum est: & ambæ partes cōmunes, totus complexus est comunis: cuius singula supposita est pariter res complexa. Vt vnus



## Argumenta

homo, & vnus equus. Cum ergo ille talis cū-  
pactus ex duabus cōmunibus verificetur de  
multis similibus suppositis, constat esse com-  
munis. Sed quando fuerint ambæ partes sin-  
gulares, distingunt quidam, si diuisim copu-  
latum capiatur, vt Petrus, & Ioannes loqui-  
tur, existimant communem, si vero comple-  
xim, singularem. Sed mea sententia absq; di-  
stinctione est singularis. Probatur. Quomo-  
dolibet totum sumatur, non verificatur nisi  
de vno tantum supposito complexo, de sin-  
gulis autem partibus seorsum nequaquā. Nā  
quantumcumq; etiam diuisim supponat, fal-  
sò de Petro sigilatim ostenso, dicimus, est Pe-  
trus et Paulus, ergo est terminus singularis.  
Sed contra. Redit suppositum verbò singula-  
ris numeri, ergo pro pluribus diuisim capitur.  
Respondetur, quòd secundum totum sui sig-  
natum complexum redit suppositum, quod  
est vnum numero complexū. Si vero fuerit  
mixtus ex communi, & singulari, habeatur in-  
teger communis. Vt pote de pluribus verifi-  
cabilis. Etenim aliud complexum est Petrus  
& Brunelus, aliud Paulus, & Brunelus, & sic  
de alijs: propter quod homo & Brunelus ha-  
bent multa supposita.

¶ **S E D T V N C** difficultas est de quibus-  
dam complexis ampliationem inuoluētibus,  
vt omnis homo futurus, homo qui erit om-  
nis homo, vtrum sint cōmunes. Pars affirma-  
tiua probatur ex qualitate partium, vt pote  
ambæ communes. Negatiua vero, quia repu-  
gnat, verificentur nisi de vno. Si enim Petrus  
est omnis homo futurus, iam nemo alius su-  
perest venturus. Tenendum est absolute cō-  
munes esse, vt pote qui de se indifferētes sunt,  
quæ indifferentia est quædam vniuersalitas,  
& communitas. Ad argumentum tria respon-  
demus. Primū, & si iam altero designato de  
nullo alio verificetur, de se tamen non postu-  
lat magis signetur iste, quam alius, quod est  
signum euidens ipsius communitatis, & vni-  
uocationis. Secundo aliud est loqui de signifi-  
catione, aliud de verificatione. Verificatio res-  
picit veritatem propositionis, significatio im-  
positionē. Ille vero terminus significat quos-  
cumque futuros, vt Petrum, & Andream, de  
quibus potest verificari. Vt Petrus est omnis  
homo futurus, Andreas itidē. Vna quæq; est  
vera, licet ambæ sint impossibiles. Tertio  
in his, si quæ falsæ sunt, falsitas provenit ex  
parte ampliationis, seu distributionis, non ex  
parte significationis. Vnde potest impedimē-

tum auferri, vt pote multum extrinsecū. Ver-  
bi gratia Petrus est omnis homo futurus ta-  
li tempore, Paulus alio. Hæ vero modificatio-  
nes, seu restrictiones significationem præce-  
dentis copulati non tollunt, aut tangunt: sed  
tantum ampliationem modificant, ergo sunt  
cōmunes. Et quarto de primo specialiter res-  
pondetur. Quòd cum possit sumi & diuisim,  
& complexim non opus est signare pro sup-  
posito aliquem, qui sit omnis. Sufficit ostende-  
re singulos quosq; futuros, qui sunt quam plu-  
rimi. De secūdo dicitur, quòd cum copula nō  
distribuat, potest verificari de pluribus in  
diuersis instantibus temporis futuri. Sed pecu-  
liariter de isto omnis homo, & similibus, ar-  
guitur non esse communes. Quia neq; suc-  
cessiue possunt de pluribus verificari, etiam si  
hodie sit vnus viuus & cras alius producat  
etenim Aristo. in de celo. i. dicit: quòd ad mi-  
nus debet esse tres, vt d̄ illis ly omnis dicatur.  
Secundo non est chategorema vt pote ex sin-  
chategoremate constans, ergo non est com-  
munis. Secundo, ly deus est communis & ta-  
men non significat plura, sed vnum tantum.  
imo repugnat significare plura. Nam repug-  
nantia significationis signi ex repugnantia si-  
gnati cōsurgit, sed repugnat plures esse deos,  
ergo vnum repræsentat. Si dicas quòd saltē  
possunt fingi, contra adfectos, seu falsos deos,  
& veros dicitur analogicè ( vt S. Thomas di-  
cit) sicut ly homo adiuuos, & ad pictos, ergo  
non est communis respectu illorum, cum nō  
sit vniuocum. Secundo, ly deus significat dei-  
tatem: de ratione deitatis est singularitas, er-  
go in conceptu Dei includitur singularitas, &  
per consequens non pōt intelligi in commu-  
ni. Nam nulla res potest intelligi per id, quod  
repugnat suæ naturæ ( sed per suam definitio-  
nem vnūquodq; est intelligibile ) ergo Deus  
non potest abstrahi. Sicut Petrus, vt sic non  
potest abstrahi. Quia de intrinseca ratione  
Petri est talem esse. Ita de ratione Dei est,  
vt vnus singularis existat.

¶ **S E C V N D O**, ly homo in hac oratione,  
homo est species, est communis & tamē non  
significat plura pro vt illic est: vt pote cui re-  
pugnat supponere pro pluribus, ergo.

¶ **A D P R I M V M** argumentum dicitur  
eum terminum esse, cōmunem. Nam primo  
ab nobiliori parte fit denominatio, & ideo  
est chategorematicus. Secūdo, sin chategore-  
ma est circa chategorema: vnde auget potius  
quàm diminuat rationem chategorematici.

Et sic



Et sic respondemus ad ultimam probationē. Ad primam vero. Quòd siue vnus sit, de quo possit dici, siue tres, potest subcesive prædica- ri de pluribus, vt pote si hodie sit vnus, vel tres, & cras alius, vel alij tres. Secundo, respō- demus, quòd dupliciter possumus loqui de to- talitate tradita illa dictione: phisicè. i. vel lo- gice, & ad hoc quòd logice dicatur, sufficit, quòd ille sit solus: ad hoc quòd phisicè: requi- ritur, quod Aristotiles exigit. i. principiū, me- dium, & finis. Hoc enim est totum ac perfe- ctum. Vnitas principio assimilatur, dualitas medio, ternarius perfectio.

¶ AD secundum argumentum. Vt sæpe ad- uertimus) nomina non significant res secun- dum quod ipsæ sunt: sed vt à nobis apre- henduntur: intellectus autem diuina nō apre- hendit vt in se sunt, vt pote tā debilis ad tantam rem capiendam, quam oculus nocturæ ad lu- men solis: neq; simplicia multum nisi per mo- dum cōpositorum. Quo circa cum Deus sit infinitus, & simplicissimus. De cuius natura (inquam) & ratione sunt omnes perfectio- nes, & vnaquæq; sine vlla prorsus compositio- ne, cum infinita vnitate, & simplicitate, intel- lectus non potest eum sic intelligere, sed di- stingit in multis, multisq; conceptibus seor- sum naturam diuinā, deinde attributa, appre- hendit: cum tamen nō minus sit sapientia ip- sa quidditas Dei, quā essentia. Vnde vnum no- men non significat quicquid est in Deo, etiā si Deum significet, & illud sit de natura Dei. Et quemadmodum simplicia cum cōpositione capit: ita res singularissimas per modum vni- uersalium, & particulariū. Vnicus est sol, & ta- men apre- hendimus hunc solem, & solem in communi. Ita de deo cum sit vnus, impossibi- leq; vt plures sint: ipsum vnū quasi hunc Deū, & Deum cognoscimus. Itaq; non dicitur ille terminus cōmunis respectu deorum falsorū & fictorum, de quibus dicitur, dij Gentium, Demonia, aut respectu beatorum (quos anti- qui heroes vocabāt. Et scriptura quoq; deos nominat, dicens, ego dixi, Dij estis, & filij ex- celsi omnes) nam ad hos omnes sicut partici- patione gratiæ, & vnione charitatis, ita ana- logice dicitur, multisq; rationibus importat. Sed respectu veri significati. i. naturæ diuinæ. Nā illud est adeo propriū intellectus: vt neq; nes lumine fidei illustrati aliter loqui possi- mus. De ipso enim Deo nostro, qui est pater & filius, & spiritus sanctus, multa attribuimus Deo, quæ nō patri sigularim, neq; filio, nec spi-

ritui sancto: & e conuerso multa patri imme- diate & filio, & spiritui sancto, quæ non deo. His suppositis igitur respondemus eum, esse terminum communem. Ad argumenta pa- tet responsio. Regulam quòd nulla res intel- ligitur, sub opposito modo, seu sibi incōpos- sibili, distinguito. Ex parte obiecti se tenenti fatetur, sed ex parte cognitionis negato. Albe- do enim cognoscitur in abstracto, cū non pos- set absq; subiecto inueniri.

¶ AD TERTIUM argumentum, est ad- uertendum quòd multoties terminus cōmu- nis supponit discretè, seu singulariter pro- pter resolutionem. Et licet ibi suam significa- cationem non amittant, secundum tamen acceptionem, qua ibi tenentur, non exercent illam. Ita hic non quæritur? an subiectum sit terminus cōmunis ( constat enim significare plura: tamen si non supponat ibi, nisi pro natu- ra humana in abstracto ) sed quæritur? an prout ibi est, seu tenetur, sit terminus cōmu- nis. Ad quod respondetur, maxime ibi exerce- re officium terminicommunis, esseq; cōmunē absolute. Probatur, illic est terminus cathe- gorematicus, & non singularis: ergo commu- nis. Minor probatur. Non significat vnum sin- gulare, seu numero (quod requiritur) sed vnū in communi: ergo non est singularis. Secūdo supponit pro maxime communi, quod potest importare: ergo illic complete exercet suum officium termini communis (pro nullo enim maiori supponere potest, quam pro homine in abstracto, & prout substāt secundæ inten- tionis) illud enim est maximū quod sic illius. Vbi est aduertendum: quòd hæc definitio, qui significat plura diuisim, non est propria, neq; exacta. Melior est enim hæc, qui naturam cō- munem significat ) sed non decuit tamen sic definire. Quoniam sumulistæ nō poterāt mo- do huiusmodi naturas vniuersales capere: qui possunt singularia: vnde præstabat ita cōmu- nem terminum definire. Et etiam, quia cum terminus singularis definiretur per significa- re vnum numero, optima correspondentia per plura numero definitur communis. At quòd illa nostra de se sit melior, pbatur. Pri- mo multi sunt termini absolute communes, qui non habent plura individua. Bene video in quas angustias incidere soleamus, vt huic obiectioni respondeamus. i. quòd de se non repugnat, sed vide quam melius cōmunis de- finitur per id, quod omnes habent adu: quam per id, quod per non repugnantia sortiuntur.



Secundo, nullus terminus secundum hanc de-  
finitionem est cōmunis primo, & per se, quod  
est satis absurdum. Nā nullus est communis,  
qui primo & per se plura significat, sed media-  
te. Primo vero, & per se vnū in cōmuni signi-  
ficat vel genus, vel species, & sic de alijs. Igi-  
tur hæc definitio est quædam descriptio. Illa  
autem de se optima, summulisti vero obscu-  
rior. Confirmatur. Significare plura non con-  
stituit terminū in esse cōmuni. Nam & æqui-  
uocus significat plura. Sed significare plura,  
prout conueniunt in vnum. Hoc ergo vnum,  
in quo conueniunt, origo est & fundamentū  
suæ communitatis. Dicendum ergo est eum  
maxime esse cōmunem prout illic tenetur.  
Sed replicatur. Significare vnum in cōmuni,  
vel genere vel specie non tollit esse singula-  
re. Nam termini singulares significant imme-  
diate ipsas naturas genericas, vt puta si ad in-  
tellectum ostensa natura animalis abstrata  
dicas hoc genus, vel humana hæc species, nō  
ne totum est singularis terminus: & tamē sig-  
nificat naturas in abstracto sumtas. Ad hanc  
replicā respondetur, aliud esse loqui de termi-  
nis primæ intentionis, aliud de secundæ ter-  
minis. Nā secundæ intentionis terminus sig-  
nificat ipsam intentionem, & in cōmuni ipsas  
naturas de materiali etiam formaliter sum-  
tas, prout subiacent secundæ intentioni. Sic  
natura non est primariū significatū, sicut est  
in primæ intentionis termino. Vnde primæ  
intentionis terminus definitur cōmunis, per  
illam particulā, non autem secundæ. Præte-  
rea est aliud discrimen. Quia ipsa natura sic  
sumta est maximum, & vniuersale significatū  
illius, respectu termini secundæ intentionis  
vero minimum, & singulare. Et ideo dicitur,  
quod obstat significare naturam in cōmuni  
sumtam: quæ est maximum significatū illius,  
& tamen accipi singulariter, sed potius cōmu-  
niter. Idē existimato, de hoc nomine natura:  
cuius singulare signatum est hæc natura etiā  
in communi sumta.

¶ AN termini priuatiui significant per mo-  
dū non adiacentis: arguitur. Ly cæcum signifi-  
cat hominem quatenus habet cæcitatem. Nā  
siquis exponat significationem, dicit habens  
cæcitatem: ergo per modum alteri adiacen-  
tis. Probat. Quia per modum habentis. Se-  
cundo inter istas duas voces album, & cæcū  
nullum est discrimen in modo significandi,  
(vt constat) sed in re significata, quod vnum  
significat ens positium, alterum priuatiuū.

Ergo tam per modum alteri adiacentis vnus  
sicut alter, scilicet absentiam visus adiacen-  
tem Petro, & ita est. Dicimus enim cæcitas  
est in oculis eius, quod incomplexè signifi-  
catur illa dictione cæcus. Tertio vel ly cæcum  
significat aliquid per modum substantiæ, vel  
per modum accidentis (neq; datur medium)  
sed non illud: ergo per modum accidentis.  
Hoc autem est per modum inhærentis: ergo.  
Pro alia parte facit, quod termini negatiui,  
vt ly non videns significat aperte per modū  
remouētis: ergo necessaria est illa particula.  
Ad hanc difficultatem respondeo: quod om-  
nes termini connotatiui significant per mo-  
dum alteri adiacentis, vt argumenta conuin-  
cunt. Nam connotatiuum esse est significare  
vnum consignificando aliud, vnde debet co-  
pulare suum significatum: quod est significa-  
re per modum alteri inhærentis. Confirma-  
tur. Isti termini priuatiui sunt nomina ple-  
rumq; adiectiua: quæ necessario coniungun-  
tur substantiuo: significatio, & officium adie-  
ctiui est profecto applicare suum significatū  
alteri: ergo per modum inhærentis. Sed non  
ideo, si dicitio vel non adiacentis inseratur, re-  
dundat: cum claritatis causa possit poni. Vt  
innuat. s. quod quidam illorum significant po-  
sitium, alij priuationē. Vnde ad argumentū  
sed cōtra dicitur. Quod vel negatio accipitur  
infinite, vel neganter. Neganter citra du-  
bium eodem modo significat totum comple-  
xum, quo significabat pars negata. Nam nega-  
tio non negat significationem termini, neq;  
modum significandi illius: sed rem significatā  
de alio. Et sic ly, non videns significat visio-  
nē. Aliud est enim loqui de negatione, aliud  
loqui de significatione. Quinimo si visionem  
inhærentem non significaret, tunc ly non, mi-  
nime negaret. Si autem accipitur infinite  
constat, quod significat negationem visus, vel  
cuiuscumq; alterius rei, quasi adiacentis: vt e-  
quus est non homo. Et sic propter terminos  
negatiuos non opus est particula addatur.  
Nam quod quidam replicant, quod cum sint  
contradictorij, debent significare contradi-  
ctorio modo, nulla est apparentia: imo debet  
eundem modum significandi sortiri. Aliàs nō  
est affirmatio & negatio eiusdem de eodem,  
& cætera quæ determinantur cōtra sophistas.  
In hoc solum intelligitur debere, significare,  
opposito modo. s. affirmatiue, & negatiue.

¶ C O N T R A diuisionem termini in diui-  
suum,



sum, & collectiuum arguitur. Nullum est diuisum, cum promiscue ex communibus & singularibus fiat diuisiui, & collectiui. Secundo membra coincidunt. Nam ly populus & alij similes sunt diuisiui, & collectiui. Respondemus, quod hæc diuisio signorum fundamentum habet in rebus. Etenim multoties res in se vna est, & integra, & nihilominus pars cõmunitatis. Et quemadmodum est duplex totum, aliud naturale, aliud politicum, ita terminus est duplex, alius significans rem ipsam integram in se, & (vt ita dicam) integritate naturali, & is est diuisiuus, alius ipsum totum politicum, & iste est collectiuus. Vnde ly homo diuisiuus est. Nam & si componatur ex corpore & anima, non significat partes ipsas quatenus componunt vnum, sed significat potius ipsum totum non differendo, sit ne simplex, an cõpositum ex illis. Quantũ ad modum significandi enim ita significat homo, sicut ly, angelus, & anima, sed in re significata est differentia. Et ly pars & partes etiam est diuisiuus. Significat enim istas partes absolute, sed ly populus, & exercitus, collegium, sunt collectiui, vt pote significantes immediate multitudinem in vnum coordinatã. Quare ly, multitudo est terminus diuisiuus: vt pote significans absolute ipsam multitudinẽ non in vnũ congregatam. Confirmatur. Viginti homines vbicũq; dispersi fuerint, multi homines sunt, & multitudo hominum est, tamen nulla collectio est. Nam non quomodolibet multitudo collectionem facit, sed multa simul sumpta habentia inter se aliquam vnitatem. Modo & si diuersi lapides sint distãtes, multi sunt & multitudo est, & tamen non est aceruus, quod non sunt quasi in vnum significati. Quo circa aceruus est collectiuus, multitudo autẽ diuisiuus, sed exercitus, & populus collectiui. significant enim de perse multa congregata in vnum, pro quibus seorsum nõ possunt supponere. Sed est ambiguitas, an ly collectio sit terminus collectiuus, minime gentium. Quia non repræsentat multitudinem, sed ipsam vnitatem multitudinis & aggregationem. Secundo, terminus collectiuus patitur descensum, & resolutionem copulatam. Vt in ly, exercitus dicimus iste, & iste, & iste, est exercitus, & idem de populo, non tamen iste & ille est collectio. Vnde dicimus, quod significare collectionẽ stat dupliciter, vno modo in abstracto, & quasi in actu signato, alio modo cõcretiuẽ, & quasi in actu exercito, & certe vt

sit terminus collectiuus hoc requiritur, vt patet in eis, qui sine, controuersia collectiui habentur. Igitur ad primum argumentum respondetur, quod diuisum huius diuisionis est chategorematicus: non communis, neq; singularis. Nam de singularibus, & communibus partim sunt diuisiui, & partim collectiui, vt ly, Salmantica collectiuum, & ly Petrus diuisiuus.

¶ AD secundum controuersia est: an realiter eidem conuenire possint ambo membra. Et quidem probatur terminos adductos in exemplo esse absolutissime diuisiuos. Natura diuisiui in hoc consistit, quod ita plura significet, vt absolute, ac seorsum vnumquodq; sed hoc habet, ergo. Confirmatur. In quantum ly populus significat plures populos, nullam collectionem importat, in quantum enim significat Hispalim, vel Mexicũ significat collectionem, sed in significandis singularis diuisiuus est prorsus. Itaq; respondemus esse collectiuum, & diuisiuum diuersis rationibus. Sed oppositum poterit, qui voluerit, defendere: quamquam non ita plane intelligitur.

¶ QVÆRITVR quales nam hi termini erunt, hic Deus, & ly hæc essentia. Videtur communes. Quia verificatur de pluribus maxime primus, qui proprie significat ipsas personas, quarum quælibet est hic Deus. Nam de secundo solet dici non afferre personas, sed propter identitatem cum essentia, de illis verificari: & sic ly, hæc essentia est singularis. Ad hanc difficultatem sub aliorum censura dixerim, quod ad iudicandum de terminis, nõ ad res significatas absolute respiciendum est, sed ad eas, quatenus cõcipiuntur. Nam voces imponuntur ad significandum secundum quod nos intelligimus, qui (vt diximus) & si vnus solus Deus esse possit, concipimus abstrahẽdo. Vnde hic Deus sine dubio est terminus singularis, & significat vnum tantum, ly Deus, cõmunis. Etsi verificatur de pluribus, dicimus alterum duorum, primũ quod termino ex modo suæ significationis non conuenit verificari, nisi de vno: de per accidens est illi propter naturã rei significatæ verificari de pluribus. Sicut è conuerso ly, sol, non repugnat verificari de pluribus, etiam si esse nõ possint. Imo ly Deus habet hoc. Quemadmodum ergo ly Deus est communis, etiam si non possit verificari nisi de vno reuera, ita & ly hic Deus est singularis, etiã si verificetur de pluribus. Quia nec Deo repugnat de pluribus, nec hic Deus



conuenit nisi de vno. Secundo respondemus. Quod verificatur de pluribus, sine plurificatione naturæ importatæ: quod tamen est vniuersale in terminis cõmunibus modo quilibet est ille met vnus, qui immediate significatur. Sed quando loquimur de hac dictione in artem syllogisticã: vbi iam non consideratur in eo, significatio, sed potius suppositio, aliter loquẽdũ est. Habet enim suppositionẽ cõmunẽ. **SOLET** hic magna quæstio moueri, vtrũ ly Petrus sit cõmunis, quod significat Petrũ iuuenẽ, & senẽ. Quod est quærere, an sit vnus Petrus iuuenis & senex, sed est quæstio prorsus phisica: quæ in prædicabilibus. C. de differentia, aptius profecto tractabitur.

### De termino absoluto, & cognotatiuo.

**D**E termino connotatiuo multa sunt perquirenda. Primo (quod est celeberrima quæstio) vtrũ importet solã qualitã, an etiã materiale, & refert plurimũ quidnam respondeas. Videtur nõ significare materiale. Primo erit album vnũ de per accidens, quia significat res diversorum prædicamentorum, quæ nõ possunt facere vnum de per se. Enimvero vnũ de per se est potentia, & actus proprius eius: sed potentia & actus ponuntur in eodẽ prædicamẽto: ergo res diversorum prædicamentorum nõ cõcurrent tamquam propria materia, & propria forma. Circa hanc quæstionem aduertendum, primo quid nã rerum natura habeat, deinde quid ex admissa responsione consequatur. Primũ meo iudicio nomẽ cõnotatiuũ significat etiã materiale, & ex vtroq; sit vnũ significatum. Nã terminus connotatiuus significat vnum consignificando aliud, seu insinuando. Formale est, quod significat, ergo materiale consignificat, seu cõnotat, & tamen nihil facit nisi mediante significatione, ergo sic cõnotat, cõnotare in illo, erit significare. Vnde (quod omnes exponẽdo fatentur) cõsignificat materiale. Deinde difficile est, ly albedo, & ly albũ idem significant, & solum differant modo: cum identicẽ nõ possint de se mutuo prædicare, quod videmus in alijs rebus idẽtificatis reperiri. Homo est res, quæ est animalitas, licet non sit ipsa animalitas: & actio est res, quæ est passio, & tamẽ album nõ est res, quæ est albedo. Plus ergo differunt quã modo significandi. Deinde egræ intelligitur, quod in rebus creatis terminus sup

ponat propriẽ, & immediate pro re, quã non significat, quinimo neq; in diuinis regula frangitur. Et tamen ly albũ immediate supponit pro materiali, & semper pro illo. Et cum suppositio sit posterior significatione, & consequatur illam, male intelligitur, supponat pro materiali significato, & non significet illud. Confirmatur, nõ minus requiritur, vt propositio de simplici copula in hærentiã sit vera, extrema significant idẽ, quã vt supponant pro eodem. Quomodo ergo hæc, Petrus est albus vera est: si albus aliquomodo nõ significat Petrum. Sed quemadmodũ id verosimilius est, ita rationi aduersatur, vt principaliter materiale significetur. Sed inter antiquos existimãtes, solum abstractum importari, & iuniores arbitantes principaliter materiale representari, mediũ est, vt materiale importetur, & formali deferatur. Pro modernis illa sola ratio est, quod connotatiuum supponit pro materiali, ergo significat principaliter illud: cũ suppositio consequatur significationem. Antiqui responderent, in huiusmodi nominibus aliud esse quod significant, aliud pro quo supponunt, & negarent hanc suppositionem cõsequi significationẽ. Nos asserimus cõsequi (vt par est) nõ tamen primo supponere pro eo, quod primo significat. Sed contra nostrã sententiam, & tenentium ambo significari partialiter, iunt multa argumẽta. Primo non potest vnus cõceptus esse illius vocis. Nam præter conceptum entis, substantiæ, & accidenti, nullus alius est cõmunis, sed ly album significat albedinẽ & corpus. Huic argumento respondimus superius dicentes, quod ly albũ, non significat corpus sub ratione corpori, sed id, quod est album incomplexẽ, quicquid sit illud. Sed ly album importat materiale secundũ apprehensionem, sicut ly imaginabile. Sed est plurimũ cõsiderandum, quid ex vnaquaq; harum opiniorũ sequatur. Qui cum antiquis existimauerit solã qualitã significare, dicturus est album esse vnum de per se & collocari, in prædicamento directẽ. Nam ibi possunt collocari, & formæ absolutæ, & etiã inconcreto, cũ solum differant penes modum. Et sic loquebantur illi. s. album est ens de per se, corpus album ens de per accidens. Corpus itidẽ album non ponitur in prædicamento: sed albũ. Ideo de complexis agitur in ante prædicamentis, vt excludantur ab arte. At labor nonnullorum neutericorum est irrationabilis, qui cum opinẽtur importari, pariter



riter materiale significatum: contendunt nihilominus esse quoque ens de per se, ponique directe in predicamento, ac si solam qualitatem importaret. Quod non videtur posse defendi. Primo quiditates ponuntur, in predicamento, unde si re ipsa quiditates sunt complexae, & faciunt unum complexum: quod significetur uno, vel pluribus nominibus, non refert: cum constituentur in predicamento principaliter secundum quod sunt entia, non secundum quod significantur. Alias si una vox imponeretur ad significandum unam significationem, & per modum unius, homo musicus poneretur, hoc in predicamento: quod est falsum. Praeterea directe in predicamento qualitatis non ponitur, nisi qualitas vel inconcreto, vel in abstracto: sed materiale significatum est res distincta ab ipsa forma etiam inconcreto sumpta. Nam in re alba duo sunt, & corpus habens albedinem, & albedo inherens corpori. Materia ergo distinguitur a forma quomodolibet sumatur. Nisi dixeris, quod anima prout est in corpore, non distinguitur a corpore. Tertio, si cathedra ponitur in recta linea, haec est vera, cathedra est accidens. Nam accidens predicatur essentialiter & absque ulla prorsus diminutione de eo, quod ponitur in recta linea. At si cathedra est accidens: inherereat necesse est, sed querendum cui nam inest? Hi vero, ut deesse dant (quae semel animo imbuerunt) non admittunt propositiones verissimas absque distinctione: & destruunt artem, & distinctionem praedicatorum. Haec eo dixerim, ut sciat unusquisque suam tutare sententiam: & quid ex illa inferatur, non ignoret. Igitur qui iudicauerit significari utrumque, debet, & ens per accidens agnoscere, cum modus significandi (ut alias diximus) non faciat quicquam a parte rei, neque entia de per se, de per accidens, neque est contra entia de per accidens esse de per se. Modus enim significandi tantum valet admodum intelligendi, distinctum efficiendum, non admodum essendi statuendum. Et non ponitur in predicamento nisi reductiue & secundum quid.

¶ **QVAESTIO** secunda est de istis nominibus, omnis, nullus, sintne idem termini, quando accipiuntur categorematicè, & sincategorematicè, vel, quod idem est, substantiue, & adiectiue. Et idem queritur de ly, quilibet, quicumque, & vniuersaliter de omnibus huiusmodi signis vniuersalibus nominalibus. Videtur quod non. Distinctio in significatione infert distinctionem in esse termini: sed haec dictiones

differunt in significatione. Quia adiectiue tantum aliquantulum, & substantiue significant absolute aliquid, ergo. Praeterea nullus aliorum terminorum simul est realiter categorematicus, & sincategorematicus, ergo neque isti: cum sint alij maiorè causam identitatis habentes. I. ly sapienter & iuste, qui & aliquid significant aliquantulum: & tantum sunt nihilominus, sincategorematici. Distinguntur ergo realiter. Secundo, generaliter queritur de terminis connotatiuis adiectiuis, ut ly albus & iustus, qui non afferunt secum suppositum, & tamen substantiue capti afferunt. Sintne idem termini. Videtur quod non. Habent distinctas significationes: cum importare suppositum sit significare illud. Nam homo extrapropositionem etiam, & vbilibet importat suum suppositum: & tamen extra non habet nisi solam significationem (omnes enim aliae proprietates logicales sequuntur terminos in propositione) ergo afferre suppositum nihil est aliud quam significare illud. Unde cum significet illud substantiue, non adiectiue, sequitur habere distinctas significationes.

¶ **P R O** primo argumento nonnulli fatentur esse terminos distinctos, & aequiuoce sumi: & secundum diuersas significationes. Incontrarium est communis modus concipiendi, si quiete consulatur. Nam eandem significationem, & totalitatem hominis importat in his, omnes, qui tetigerint montem, morte morietur, & quicumque inuocauerit nomen domini, saluus erit, & in his, omnis homo, & quicumque homo. Et confirmatur. Quoniam terminus aequiuocus discernatur per suppositionem in propositionem: nihilominus in se absque suppositione, qui cognoscunt impositionem, distinguunt significationes. Ut ly canis. Sed interrogati seorsum quid significet ly omnis, non respondimus, per distinctionem, sed absolute. Et secundo relatiuum significat aliquid: & tamen saepe iungitur suo antecedenti, neque ob id tamen diuersus est terminus. Dicerem ego, quod est idem terminus, sed ista eiusdem significationis diuersa obsequia, & distinctae suppositiones. Et licet in alijs sincategorematicis non reperitur ista distinctio: par est, inueniatur in istis, qui cum sint categorematica, sunt pariter nomina. Et ad primum argumentum. Quod non est distinctio in significatione, sed in acceptione, & vtu significationis. Cuius euidentis indicium est, quod secundum se sumtus terminus non est substantiuum neque adiectiuum, sed ly, nullus, signifi-



## Argumenta

significat, ninguno, & omnis, todos, dicuntur tamen absolute sine thegorematici, quia communius accipiuntur ut signa distribuendi, & certe mediante eadē significatione distribuit. Sed quæritur de significatione: an quādo per se profertur, significet aliquid. Ego quidē mecum ita reputo. Ista duo. I. aliquid significare, sicut ly, qui, & quilibet, & quicumq;. Sed contra est Aristoteles dicens ly, omnis, nō universale est, sed vniuersaliter significat. Respondetur, quōd ly, omnis significat hoc, quod dicimus nostro idiomate, todo, idest, totum, vel quilibet, non tamē signat qui quilibet: & quia nō determinat, dixit non vniuersale est, sed vniuersaliter: quia illud proculdubio determinate significat: vel dicitur loqui de illo quādo capitur ut signū. Agebat .n. de propositionibus: vbi sine thegorema prope semper est.

¶ **A D** secundum, argumētum principale (vt respondeamus) necesse est proponi, haud esse idem nomen cōnotatiuum & adiectiuum: cum multa substantiua sint connotatiua, sicut magister, discipulus, pater. Secundo substantiuum, & adiectiuum hoc differūt. Quōd substantiuum affert suum suppositum, adiectiuū adiungit, & copulat suum significatum substantiuo. Et hoc vocant grāmatici significare per modum substantiæ. Nā suppositum est, quod per se stat, & substantia itidem. Vnde merito nomen, quod affert suum suppositū, vocauerunt per modum substantiæ. Sed rursus quare ly discipulus affert suppositum, ly albus, minime, huius certe difficilimum fuerit causam cōstituire, præter consuetudinē latinorum, quæ est fundamentum grāmaticæ. Maxime quōd in mēte non est huiusmodi differentia adiectiui, & substantiui. Dixerim ego, quōd nomen significans aliquod suppositum determinatum, illud cōstituerint nomen substantiuum. Nā discipulū constat esse nō posse nisi hominē, itidē & magistrū: sed bonum, & iustum, multa rerum genera esse possunt. Et ideo licet affert vnā formā limitatā: quia tamen adeo generalis est, vt nullum subiectum designet: non censetur suppositum afferre, nec reddere verbo. Quando vero in genere neutro sumitur, subintelligitur res. Et ideo potest reddere suppositum. Sed nunc vt cumq; istud sit, quæritur quid nam sit afferre suppositum: certe in significantibus suppositū, afferre suppositū est significare illud. Sed obijcies. Ergo non est eadem significatio huius nominis albi, & similiū, adiectiuē, ac sub-

stantiuē accepti: quādoquidem adiectiuē nō importat suppositum, substantiuē refert. Sed dupliciter contingit hoc importari, vno modo positive, & sic substantiuū affert illud (significat enim illud) & negative, idest, nō applicando alteri. Et isto modo importatur adiectiuo substantiuē accepto, quo pacto importare, nō est significare illud & ita eadem est vtriusq; acceptionis significatio. Quanquam potest dici (si re oculatius inspiciamus) quōd non redit vnquam suppositum. Nam non est subiectum, sed prædicatū, vt cum dico. Iustum est amare deum, profecto amare Deum, est subiectum. Etenim quid est rogo, quod prædicatur: certe non amare deum de iusto, sed iustum de illo. Quod semper inuenimus in reliquis loquutionibus, sed grāmatici non adeo speculate rem scriptantes putant, illud esse subiectum.

¶ **C O N T R A** definitionem cōnotatiui pariter arguitur. Ly sanū significat aliquod accidens per modum alteri adiacentis, vel nō adiacentis, & tamen non est connotatiuum, cū non sit thegorematicus, neq; communis vt pote æquiuocus.

¶ **A D** secundum, aduertendum. Genus & diuisum in his partitionibus esse terminum vniuocum, æquiuocum vero relinquere. Vnde per ipsum genus ab definitionibus excluditur. Nā subintelligitur, quōd cōnotatiuus sit vniuocus. Sed enim non est negandum de termino assumpto, quin secundum suam latitudinē habeat illum modū significandi per modū alteri adiacentis. Tāmersi hoc vocabulum in particulari (vt de vrina, pomoq; dicitur) significat per attributionem, nō per modum adiacentis. Itaq; est æquiuocus non modo in re significata: sed in modo quoq; significandi, quōd animal significat, quatenus adiacet illi sanitas, vrinam, vt illam significat, & medicinalia, vt eam efficiunt. Sed qui primum modum sequutus fuerit, dicet, quōd est vocabulum connotatiuum, licet non sit terminus cōnotatiuus: sicut sunt quædam complexa propositionalia: non autem propositiones.

¶ **S E D** contra definitionem eandem arguitur. Ly, cena est cōnotatiuum (siquidem connotat tempus, & prandium) & non significat per modum alteri adiacentis in abstracto. Enimvero cæna abstractum est de ly, cænans, sicut amor de ly amans. Et probatur supponit pro ipsa actione, nō pro agēte: ergo non significat per modum alteri adiacētis. Nā similes suppo-



supponunt pro materialibus. Confirmatur. *Ly* homo est connotatiuus. Nam significat habens humanitatem, & importat de materiali aliquid, & aliquid de formali. Suppositum materialiter, humanitatem de formali. Præterea abstratum eius est ipsa natura, & ipse est concretus: quod idem est ac cognotatiuus: & tamen non significat per modum alteri adiacentis (est enim species substantiæ, cui proinde conuenit per se existere) & ita significat terminus. Nā non deberet explicari species contra suam naturā. Maxime quod ita pariter intelligitur etiam, modus significandi sequitur modum intelligendi. Ad hoc argumentum aduerte aliud esse ethimologiā vocis, aliud significationem, & aliud id, vnde impositum est nomen, aliud id ad quod significandum est impositum de quo *S. Tho.* 1. p. q. 13. art. 2. & q. 18. art. 2. & q. 33. art. 1. Connotatiuum quidem si compositionem vocis expectamus, est quod significat vnum innuendo aliud, quamquā hoc quod est innuere, seu insinuare habeat gradus. Sed non est impositum nomen ad significandum omnem terminum, qui præter vnū insinuat aliud: nisi taliter insinuet, vt significet illud, & significet, quasi cui alterum adiaceat. Et quia multi termini connotāt, qui non ita significant, sed absolutissime per modum per se stātis, ideo non valet. Connotat, ergo est connotatiuum, vt hic agimus de illo. Quales arbitror iudicādos esse multos rerum artificialiū, vt cathedra Syllogismus, demonstratio, qui videntur absoluti, & aliquod de materiali, & aliquid de formali nihilominus referētes: explicant tamen illud per modum per se stantis. *Ly* cæna ergo connotat tempus, in quo fiat actio, nō tamen cui adiaceat actio, sicut, cænans, seu agens: idem de *ly* iantacullum, & prandium, & si qui alij similes sunt. Ad confirmationē considera non esse idem concretū, & connotatiuum, etsi plurimum assimiletur. Nam omnes species substantiæ sunt concretæ (vt argumentum probat) & sunt absoluti termini specifici. Neq; est idem suppositum, & subiectum. Nam suppositum est ipsa natura subsistens, & sic significat naturam vt subsistentem, nō per modū adiacentis. Dicitur autem concretum: quia significat non absolute naturā, sed cum existentia. Vnde nihil valet, habere abstratū: vt dicatur connotatiuū. Quo circa non videtur abstratum dici relative ad connotatiuum, sed ad concretum.

¶ **SOLENT** duo signa constitui, quibus

dignoscatur terminus connotatiuus. s. quādo significatio explicatur per hoc, quod est habere, & quando terminus potest supponere pro re, & eadē manente nō supponere. Sed regulas tā falsas stabilire nihil aliud est, quā ex cōposito distinctionibus & regulis inutilibus debile adhuc summularum memoriam onerare, nedum occupare. Multo conducibilius est, vt regulæ tam inutiles penitus nullæ sint, quā vt exceptionibus, & fribolis excusationibus defendatur. Sicut & illa distinctio syncategorematicorū, in syncategorematicos officio tantū, & significatione tantū, & officio, & significatione: quod est manifestissimus terminorum abusus, & omni penitus doctrinā grauitate exuere.

¶ **ARGVITVR** cōtra definitionem termini connotatiui. *Ly* album significat accidēs per modum alteri adiacentis, & non est connotatiuus, vt pote non vniuocus (est enim denominatiuū, & Aristoteles in ante prædicamentis separauit denominatiua ab vniuocis. Ad hoc argumentū scito, quod quia Aristoteles diffinit æquiuoca & vniuoca, & denominatiua in eodem capitulo logicæ primo, nōnulli existimant album nō esse vniuocum. Pro alia parte cū euidenter sit connotatiuum, & categorematicū, coguntur miscere quādam distinctionē, dicentes esse quidem vniuocum summulisticè, non tamē logicè. Et quia vno incōuenienti dato multa sequuntur: vt hæc defendant, concedunt mille absurdia. Arguitur ergo contra distinctionem. Simulæ & logica eadem est scientia: ergo eadem cōsideratio vtrobiq; vt pote eadem disciplina. Præterea summulisticè esse vniuocum est subordinari vnico conceptui, vel significare suā significata mediāte eodem conceptu, sed hoc ipsum est mensura vniuocationis in logica. Etenim corruptibile, & incorruptibile phisice quidē æquiuocè forsan, vel saltē differunt genere: logicè autem vniuocè dicuntur, quia conueniunt in vnitāte conceptus. Eadem ergo mensura est vniuocationis in summulis, & in logica. Confirmatur, si logice denominatiua vniuoca non sint: corruptibile, & incorruptibile (quæ denominatiua sunt) non erunt vniuoca, quod nemo hæctenus dixit. Nā & vniuocari concedunt omnes in superiori. s. substantia, quanto magis in se vniuoca esse. Tertio, nomen est cōmune, & ratio substantiæ nomini accomodata eadem suis significatis. s. Petro albo & parieti albo, & viuo. Respōdent huic rationi



## Argumenta

rationi, quòd hoc nomen non habet rationē substantiæ. Nā intelligitur (inquiunt) quòd significet rationem quiditatiuam, at ly album, & similes prædicantur accidētaliter. Sed hæc responsio aperte conuincitur falsitatis. Primo sequeretur quòd nullum denominatiuū pariter esset æquiuocum: cum non habeat rationē substantiæ, neq; eandem nec diuersam: quod est contra omnes. Adhæc sicut ly, homo prædicatur quiditatiuè de Petro, & Paulo, ita istæ sunt quiditatiuæ, istud album est album: habet ergo rationē quiditatiuam aliquā. Confirmatur. Proprium non prædicatur logicè vniuocè: quod est absurdum. Nam in logica prædicabilia vniuoca esse præsupponuntur. Sequella patet, quia non importat rationē quiditatiuam speciei, sed accidentalem inseparabilē. Deinde genus dicitur vniuocè & de generibus substantiæ, & de generibus accidentium. Animal enim est genus, & æqualiter color est genus, tamen dicitur denominatiuè. Respondemus ergo simul diuersis rationibus vtrumq; esse. Et ad argumentum, quòd illæ rationes non sunt mēbra alicuius diuisi, vt necesse sit opponi, ideo non exprimitur diuisum. Neq; denominatiui ratio habet commertiuū cum vniuocatione, sed sunt rationes disparatæ, sicut esse dulce, & album. Quod ex definitionibus patet, vbi neq; aliqua idētitas, neq; oppositio exprimitur, & nihilominus ambæ erant considerandæ in arte prædicamentorum. Vniuoca enim recipiuntur, æquiuoca vero & denominatiua minime. Illa quia sunt plures rationes integrales: denominatiua, quia plerumq; significant res diuersorum prædicamentorum. Vnde non sequitur, si est denominatiuum, non est vniuocū. Quia non definiuntur seorsum: quasi alterum membrum diuisionis, sed quasi alterum necessario considerandū pro arte prædicamentorum, cuius prohemium illic agebatur.

¶ **EST** quæstio an ly qui sit connotatiuus. Pars affirmatiua probatur. Significat relationem & non in abstracto, ergo per modū alteri adiacentis. Incontrariū arguitur. Est sine cathegorematicus. Siquidem significat aliqualiter, aliquid significare non potens. Nam vel illud aliquid est ens rationis, vel reale. Aparet neutrum illorum esse. Quia ita refert antecedens reale, sicut ens rationis. Significare autē aliquid cōmune ambobus non potest (nihil enim est extrahibile. Et quod quidā instant: significabile, intelligibile, & similes significare

illis. s. enti reali & rationis multa cummunia. Debebant aduertere, illa omnia importare vnam rationem illis, quæ est ens rationis. Sicut ly genus: licet de materiali significet vtrūq; ly, qui, vero nullam rationē formalem nec rationis refert suis signatis. Maiorē efficaciam habet maxima. s. ab enterationis & reali nihil esse abstrahibile: quam quidā neuterici existimāt. Igitur si absolute significat, nō potest aliquid absolute significare, cōnotatiue min⁹. ¶ **AD** hanc difficultatem relatiui prius perpendendum est, sit ne sine cathegorema, quam vtrum sit absolutus vel connotatiuus. Hoc. n. est pri⁹ illo. Frustra enim quæritur de specie, cum de genere non cōstet. Et quidem, qui, est subiectum indiferēter, in genere etiā (inquā) masculino, quod est signum nō esse de se adiectiuum, sicut ly, omnis, & nullus. Quod ostendit manifeste significare aliquid, pro quo posset supponere. Confirmatur. Relatiuū nō posset referre idem, quod suum antecedens nisi significādo illud, ergo significat aliquid, & ita omnes dicunt, relatiuum significare id, quod suum antecedens. Confirmatur secundo. Ly qui non potest referre sine cathegorema in actu exercito sumpta, sed materialiter tantū: vbi iam vt aliquid sumuntur (id est) pro se ipsis, ergo repugnat ei significare aliqualiter. Adderem ego, quòd nō modo cathegorema est, sed & substantiuum, vt pote quod reddit suppositum verbo. Quòd vero bene coheret etiā nōnumquā cum suo antecedente (vt homo loquitur, qui homo disputat) hoc est primo, quòd bene coniunguntur duo substantiua superius & inferius, vt animal homo, (relatiuum autē cōmuniter superius est suo antecedente) & quia hoc est peculiare in relatiuo, non nihil comertij habente cum abiectiuo. Primo sine antecedente per se in oratione, nō ponitur, licet possit esse in altera. Secundo debet conuenire in genere, & in numero, & non in casu. Itaq; est id peculiare relatiuis: quod ex eorum significatione dimanat. Supposito autē esse cathegorema, quæritur de illius significato. Primo dico ly, qui, meo iudicio nō significare relationem magis, quam ly non, negationē, exercere tamen illā. Significat ergo ens sub ratione referibilis, nō tamē significat ipsam hanc rationē, quasi alteri adiacentē. Sicut ly populus significat quidē multitudinē quatenus in vnum congregatā, haud tamen est cōnotatiuus, neq; quasi alteri adiacentem ipsam unitatē importat. Et scientia signifi



significat habitum, secundum quod est difficile mobilis aut quatenus est de aliquo obiecto: Tamen non ideo non est absolutum. Ita ly, qui. Vnde indifferentem significat quodcumque, ens siue reale, siue rationis. Ad argumentum quod non potest quicquam abstrahi, nonnulli addunt, quod non potest significari quid commune excepto nomine entis. Cui omnino sententia nostra aduersatur. Sane quod licet in ente maxime distent ens rationis, & reale, nec possit abstrahi ab eis aliqua ratio communis in quantum ens, tamen secundum aliquas alias rationes possunt vniuocè significari. Nomen infinitum indifferentem, & quæ non sunt, & quæ sunt representat, entia vera fictitia & nam eque vtrumque est non homo, & æqualiter sunt, qui, vel quæ. Sed vrget quis. Iste terminus, si est absolutus, debet subordinari vnico conceptui, in omni autem conceptu includitur ens, quæritur, vel includitur ens reale, vel rationis: respondetur minime necesse fore, in omni conceptu includatur ens in quantum ens, sed sub aliqua alia ratione, & sub alia quidem ratione non est inconueniens dari aliquid commune enti reali, & rationis. Hoc autem est illud, quod quisque audicta hac dictione, elqual, vel, qui, sibi format. Sed est ambiguitas, an in propositionibus relatiuum subordinetur conceptui antecedentis, an proprio, & sine dubio subordinatur proprio, licet non supponat nisi pro antecedente particulariter. At fallit videri nobis non intelligere nisi antecedens solū: sed prius profecto intelligitur (si volumus aduertere) significatum commune, deinde supponit pro antecedente, & cognoscitur antecedens. Nam memoria quædam, & quidam discursus requiritur ad hoc, quod intelligatur antecedens per relatiuum, & tamē significatum proprium relatiui illico percipitur. Confirmatur, Sæpe præcedit relatiuum, & tunc certe intelligitur aliquid, licet non determinatè supponat. Secundo debebant qui oppositum sentiunt aduertere, quæ absurda eorum positione, sequatur. Nimirum esse æquiuocum, vt pote qui pluribus conceptibus subordinatur, imo maxime æquiuocum. Nā nullum aliud tot cōceptibus. Per hæc soluantur argumenta in principio vtroque in loco facta.

¶ SED quæritur de nominibus infinitis, sint nē absoluta vel connotatiua. Videntur connotatiua. Significant de materiali, & de formali res diuersorum generum: maxime quod significant negationem. Pro alia parte agit, quod

ly, non homo, cum cathegorema infinitatum sit absolutum, & negatio infinitans nihil aliud faciat quàm reddere illimitatam significationem, seu ampliari illam, non potest mutare modum significandi. Ad hoc argumentum considera quod negatio nec ampliatur significationem, nec extendit cathegorematis. Quia ly homo vbiicumque est, significat solum hominē, sed per coniunctionem negationis totus terminus infinitus significat quicquid non est homo. Et rursus considera nomen infinitum esse tam illimitatæ significationis, vt sicut transcendentia verificantur de abstractis, & concretis: ita verificentur & illa. Nam non album, & dicitur de nigro, & de ingredine. Quod probat aliquo modo non esse connotatiuum. Quoniam connotatiuum non verificatur de abstracto. Tametsi hoc facile soluitur dicendo esse etiā plus quàm transcendens. Tertio scito ambiguum esse vtrum infinitetur significatio tantum, vel etiam modus significandi, vt reddatur oppositus. Et quidem si infinitatur modus, tunc connotatiua essent absoluta, & absoluta connotatiua. Sed in hoc apparet fallum: quod de eisdem eodemque modo verificantur ista duo, non album, non albedo, seu non homo. Et si considerentur in quantum infinita eodem modo significant. Hæc omnia faciunt rem plurimum dubiam. At alterum duorum respondeo: primo forsam nec esse absoluta, neque connotatiua: sed terminos infinitos. Sicut neque sunt nomina. Et dicerem, quod omnes hæc distinctiones intelliguntur de finitis. Replicatur. Absolute est terminus, ergo absolute est altera species, cum ipsum genus esse non possit. Facile respondetur, quod est species infiniti, hic quidē taciti, quia non sunt in scientijs conuerti, nec in argumentis, de quibus hic intendimus tractare. Sed si quis voluerit, sit alterum istorum: certe videntur omnes absoluti. Vt pote qui significant ipsum non esse suum positium, quasi in supposito, sicut ly homo humanitatem in supposito.

### De terminis primæ & secundæ intentionis.

CONTRA definitionem termini primæ intentionis. Primoly chimera significat id, quod habet esse per operationem intellectus: quippe significans fictitium, & tamen non est secundæ intentionis, cum eius signatum non fundetur in prima, igitur definitio est nulla. Secundo ly specietas, & generetas significat pariter



riter secundum quod est per ordinem ad conceptum mentis, & non est secundae intentionis. Si hi sunt naq; secundae intentionis, similiter isti, ratio rationis, ens rationis, caecitas. Nihil. n. amplius habent illi, quam isti, ut tales censeantur. Omnes significant ens rationis. Tertio est contra ly obiectum significat aliquid, secundum id quod habet in ordine ad conceptum mentis (loquor de obiecto, non ut est pars propositionis, sed ut est obiectum potentiae, habitus, & scientiae) nam significat rem secundum quod substat enti rationis. s. relationi, & tamen est primae intentionis. Quoniam complete, atq; perfecte inuenitur extra intellectum, in obiecto. s. actuali visus, vel alterio sensus, ergo. Idem argui potest de ly creator. Quarto signum significat signa naturalia, & ad placitum: ergo non est secundae, nec primae, cum utrumq; significet. Nam aliquot signa non habent esse talia ex operatione intellectus. Quinto si recta est definitio primae intentionis. s. significare aliquid secundum quod habet in re: sequitur necesse fore, ut omnis terminus primae intentionis significet ens reale. Nam hoc solum esse habet in re, vel est in re. Consequens est falsum. Quia ly Adam, & Abraham & nomina reru futurarum non essent primae, postquam non significant aliquid secundum id quod est in re. Secundo saltem nullus terminus significans ens rationis esset primae intentionis. Sexto contra illam definitionem, in qua dicitur esse secundae intentionis, qui significat proprietate logicalem, vel grammaticalem. Ly, propositio, oratio sunt secundae intentionis, & non significant aliquam proprietatem harum scientiarum (nullus est enim oratio propria) commune est omnium hominum uti orationibus, quantumcumq; istas disciplinas ignorent.) Praeterea cognitum, & intellectum apertissime sunt secundae intentionis (cum significant aliquid secundum id quod habent in ordine ad conceptum mentis) & non significant proprietate logicalem, vel reliquas (nam cognosci ad nullam scientiam pertinet. Queritur praeterea ista omnia? scibile, intelligibile sint ne secundae intentionis. Significant aliquid in ordine ad conceptum mentis. Maxime quod scibile dicit relationem rationis. At haec homo videtur esse esse secundae intentionis. Ut pote importans naturam prout sumitur per se ipsam, quod non habet nisi per operationem intellectus. De secundis intentionibus tractaturi advertimus multa posse circa secundas intentiones con-

siderari, quae non debent circa hos terminos ventilari. Aliud quippe est quaerere definitionem quid nominis, aliud quid rei. De secundis intentionibus tractatur ubi sint, quid sint, quando incipiant, & dividantur. Quae quidem ad terminos nullatenus spectant. Sed praesupponere debemus terminum secundae intentionis significare id, quod convenit rebus per operationem intellectus. Quod propterea secunda intentio vocatur, vel secundus conceptus. Nam primo est intelligere rem secundum id quod est, deinde, secundum id quod acquirit, ex quo intelligitur, seu ex quo operationi intellectus substat. Quid autem sit hoc, quod consequitur, non oportet nunc perpendere. Deinde considera, quod secunda intentio significata terminus est ipsa res, quae rebus subtractis convenit, non ipse conceptus, quo significatur. Tamen etiam possit & conceptus dici secunda intentio, sed tamen non denominatur terminus primae intentionis ab conceptu, sed ab re significata. Nam & secundus intellectus certe significat illum conceptum, & tamen ly, secundus conceptus non est secundae intentionis. Et sic relinquitur disputationi locus: an conceptus sit terminus secundae intentionis, an primae. Et meo iudicio, par ratio habenda est de ambobus, vocalibus. s. & mentalibus. Nam eadem res significata est, & idem modus in ambobus (voces enim sunt signa conceptus) ergo erit & conceptus secundae intentionis. Quoniam siue terminus denominetur talis ab obiecto, siue a modo: necesse est eadem sit denominatio in conceptibus, ubi sunt ambae rationes. Confirmatur. Etiam si voces denominentur ab ipsis conceptibus, conceptus nihilominus essent tales & denominarentur ab obiectivis conceptibus. Quod enim conceptus causat in voce, efficit res in conceptibus. s. quod specificat illos. Quamquam multo verosimilius est, ut tam voces quam conceptus, ab rebus prout cognoscuntur primae, & secundae intentionis denominentur: itaq; quidam conceptus est primae, quidam secundae intentionis.

¶ TERTIO considera. Quod ens rationis est triplex scilicet privatio, negatio, ratio. Quae quoniam pacto differat: non est opus nunc trutinare. Sed id potest quaeri: an sit divisio sufficiens. Nam esse visum, est ens rationis, & est passio rationis (non enim revera patitur) & esse amatum, esse intellectum. Et licet obiecta dicant relationem rationis, hoc est secundum quod hoc nomine obiectum im-

portan-



portantur. Esse autem visum præsupponit iam obiectum esse, vnde non est formaliter ipsa relatio obiecti. Ac per consequens est aliud ens rationis, quod est actio vel passio rationis. Confirmatur, visum esse, est quædam denominatio ab extrinseco, ab actu scilicet visionis, obiectum autem dicitur respectu potestatis, & actus. Itaque certe sunt res distinctæ, quicquid sint. Vnde solet ab omnibus passio rationis appellari. Sed respondetur, quod diuisio illa est celebris, quæ proinde non est cõtinnenda. Hæc verò exempla sunt relationes: reuera quidem rationis passionis. Sed tamen in actione, & passione præter motum, non superest in realibus nisi habitudo. Cum ergo in his passionibus rationis non sit motus, sequitur, quod in esse passionis solum superfit relatio. Et sic sunt relationes rationis.

**¶ ULTERIVS** meditare, quod vt sit terminus secundæ intentionis non sat est, significare ens rationis. Nam ly cæcus & cæcitas, & non homo significant entia rationis, & sine controuersia non sunt secundæ, sed primæ intentionis. Præterea ly ens rationis significat ens rationis: & est primæ intentionis quomodolibet, siue complexæ siue incomplexe accipiatur. Si primo modo, ambo termini sunt primæ intentionis, ergo & totum, si secundo modo in vi vnius dictionis, idem sequitur. Nam non præsupponit secundum conceptum. Et secundo non significat aliquid secundum quod conuenit rebus per operationem intellectus. Quinimo nec latet significare relationem rationis. Nam ly obiectum significat relationem rationis, & tamen non est secundæ intentionis. Enimvero obiectum visus, auditus, & voluntatis, & intellectus æqualiter obiectum est, & tamen obiectum visus non significat aliquid secundum id quod habet per operationem intellectus, sed per operationem visus. Ergo non est cur obiectum vt sic in communi sit secundæ intentionis. Immo neq; respectu obiecti intellectus. Nã illæ relationes sunt eiusdem rationis in omnibus obiectis, & eodem modo dicitur res obiectum auditus, & intellectus, quantum ad hoc, quod est esse obiectum. Præterea visibile, etsi dicat aptitudinem vel potentiam vt videatur, relationem importat rationis, & ly visum (si verum est, quod dudum dicebamus) & tamen non sunt secundæ intentionis. Ad hæc dexter, & sinister quando nõ dicitur de

animalibus, sed de rebus inanimatis dicunt relationes rationis: quæ cõsequuntur res per operationem intellectus.

**DICUNT AVTEM** aliqui necesse fore, vt significet aliquam proprietatem grammaticalem, rethoricæ, vel logicæ propterea quod istæ scientiæ tractant de operibus rationis. Vnde videtur consonum, vt semper terminus secundæ intentionis, qui debet significare aliquid, quod consequatur operationem intellectus, significet aliquid pertinens ad has facultates. Sed profecto ly oratio significat secundam intentionem, & non videtur ad aliquam disciplinam spectare. Enimvero nõ afert dumtaxat orationes, arte grammaticali cõpositas, sed omnes in vniuersum cuiuscumq; sint idiomatis regularis, vel barbari. Præterea ly abstractum est terminus secundæ intentionis, qui non importat proprietatem logicalem. Nam tractare de abstractis commune est omni scientiæ, & tractare de abstractione spectat ad methaphisicum. Abstrahere etiam est opus naturale intellectus agentis, & licet logica tractet de genere, & specie (quæ sunt abstracta) constant non pertinere, ad illam scientiam agere de abstractione illorum, & quomodo fiant. Quando quidem neq; Aristotiles, nec Porphyrius de hoc egerunt. Ergo non est bona definitio. Sed dicendum est terminum secundæ intentionis esse, qui significat aliquid, secundum quod substatur operationi intellectus, vel vt Sæctus Thomas dicit, (& cedit in idem) quod imponitur rebus secundum quod substatur secundis intentionibus.

**¶ OPERE PRETIUM** est perpendere quid nam sit secunda intentio. Haud enim cuius est facile naturam harum intentionum nosse. Nam præterquam, quod sunt entia rationis, quæ vniuersa vix intelliguntur ab nobis: non constat ad huc, quod nã ens rationis esse bebeat. Taceo multiplex significatum nominis, variâq; acceptionem non minoré difficultatē ingeret. Atq; eisdem de causis multitudinem opinionum inter doctores grauissimos. Igitur quæ sine cõtroversia ab cunctis inscipitur paucis nunc disseramus ambigua quæque relinquætes. Primo ens rationis esse debet, omnesq; cõcludunt debere esse relationes. Sed queritur vtrũ omnis relatio rationis, sit secunda intetio. Vel quomodo poterimus dignoscere quæ illarum sint secundæ intentiones. Constat enim quod non omnis relatio rationis

Dd est





## Argumenta

est secunda intentio, cum creator dicat relationem rationis. Posset autem congruè forsam quis dicere, quòd quemadmodum in re latius realibus quædam sunt relatiua secundum esse, quædam secundum dici, ita & inter relationes rationis quædam sunt tales secundum esse, quædam secundum dici. Nam scibile certe relatiuum secundum dici est: & est relatio rationis, & quòd relatiua secundum esse inter relationes rationis erant secundæ intentionis. Sed id generaliter statui non potest. Nam dexter, cum de columna dicitur, est secundum esse, & primæ intentionis. Vnde multo melius via trita ac consueta eius naturam venabimur. Scilicet quòd sunt quædam relationes, quæ licet sint rationis, non conueniunt rebus, secundum quod subsunt operationi eius, sed potius quia in se ipsis sunt tales, intellectus considerat relationes in ipsis. Vt cæcus reuera de se talis est, & tamen cæcitas non potuit reale esse in eo habere. Et ideo quòd nihil est, intelligendo intellectum vt quid, est ens rationis. Et sic creator reuera creator est, & in se habet quicquid ad hoc requiritur, sed quia non dependet ab creatura, neq; acquirere quicquã potest: ideo denominatur ab creatura. Intellectus autem considerat hoc, quòd in re est, scilicet quòd Deus condidit creaturas. Et ita hæc comparatio intellectus est relatio rationis. At aliæ relationes, quæ non competunt de se rebus, sed quatenus subsunt intellectui, sunt secundæ intentionis. Hoc non habent creator, nec dexter, nec sinister, sed genus, & species, & syllogismus & reliquæ. Constat enim de se naturas nihil horum esse, etsi in se nullam repugnantiam habeant, vt hoc sint. Tales proprietates sunt secundæ intentionis.

¶ SED HOC supposito prima quæstio est an sat est, significantur ipsæ intetiones in abstracto, vel requiritur in concreto. Si enim non sat est in abstracto. Primo ly specietas, & genereitas non erunt secundæ intentiones: sed neq; ly prima intentio, & secunda intentio: cum tamen omnes existiment hos terminos esse secundæ. Præterea quomodo melius definietur terminus secundæ intentionis, quàm vt sit significans secundas intentiones. In contrarium est definitio, scilicet esse nomen impositum rebus secundum quòd subsunt intentionibus. Quòd postulat sit nomè concretum. Ad hoc primo dicito, ad logicum non spectare, tractare de secundis intentioni-

bus nisi adiunctis primis. Vt de genere & specie, & reliquis. Et idè ad grāmaticā, & rethoricā. Licet differētia sit in materia. Nā illæ disciplinae solum considerant intentiones prout vocibus vel scripturis conueniunt (quia tractant solum de locutione) logica autem agit de omni ente (vt dicit Aristotiles.) Et ideo materia suarum intentionum latissime patet. Intentio enim generis rebus ipsis maxime conuenit. Agere autem de ipsis secundis intentionibus in abstracto conuenit methaphisico. Hac de causa existimo consuetum esse in logica definire terminum secundæ intentionis ea forma, vt quadret eis, de quibus scientiæ tractant. Hoc enim est, quòd in his rebus sciri volumus, quid sit syllogismus, quid oratio, quid enthimema, non autem quid sit ipsa intentio syllogismi, vel generis. Et præter hanc cōgruentiam ratio patrocinator. Nam si de ipsis secundis intentionibus sermo est, ita quiditates suas habent sicut res, ita quòd nomina significantia eas in abstracto significant illas sicut absolute, ita secundum id quòd in se sunt. Nam licet ipsæ sint per operationem intellectus, hoc non tollit quominus significantur sicut quædam res sunt. Enimvero & conceptus habet esse per operationem intellectus, & nihilominus sunt primæ intentionis. Significantur ergo pro vt sunt ab intellectu solum in concreto, & solum sic seruant formam secundæ intentionis. Vnde congruū iudico nomina secundæ intentionis debere significare res, quatenus subsunt intentionibus ipsis, aut intentiones quatenus sunt in rebus. Solum superest argumentum secundum diluere. Et respondeo: ly prima intentio significat hominem & leonem, & dicimus homo est prima intentio, sed significat hominem quatenus est res pertinens ad primum intellectum, ideo in abstracto connotant. Sicut ly actio significat motum quatenus est ab agēte, & passio quatenus recipitur: & cæna & prandium: quæ (vt superius vidimus) connotabant, & idem habet ly secunda intentio. Nam & ipse homo est prima & secunda intentio diuersis rationibus. Significatur. n. & per ly homo & species, præterea & quādo dicitur de abstractis ipsis, de genereitate, & reliquis significat illas relationes quatenus ab intellectu, quòd non exprimitur ipsis nominibus genereitas. Et vt cernas quàm in his rebus substantia in modo significandi consistat, aduerte, quòd si diceres hoc ens rationis, vel hæc



vel hæc relatio rationis ostēsa forma sylogismi essent primæ intentionis (licet significarēt adæquate secundas intentiones) nimirū quia non explicant illam vt sic, aliter quàm ly ens rationis.

¶ AD PRIMVM ERGO DE chimera dicimus significare, absolute monstrum non explicans in sua significatione, illud monstrum esse ab intellectu, licet reuera sit ab illo, & sic non repræsentat aliquid secundum id, quod habet per ordinem ad conceptum mentis. Præterquam, quod significat potius negationem non relationem. Ad secundum iam responsum est. Ad tertium dico, obiectum non posse esse secundæ intentionis. Quia æqualiter significat quodlibet obiectum, quod est respectu potentiæ. Dicit ergo relationem rationis ad potentiam, cui obijcitur: non tamen est secunda intentio. Ad quartum. Quæstio est de signo vtrum sit secundæ intentionis: ad quod discernendum oportet statuere, sit ne vniuocum ad signa naturalia & ad placitum. Difficultas in hac re est, quod signa naturalia dicunt relationes reales, ad placitum rationis. Quidam sentiunt signum dicere duo, relationem ad signatum, & relationem ad potentiam. Et ad signatum aiunt esse diuersas in istis membris. Vt scilicet signum naturale referatur realiter ad obiectum suum, ad placitum autē relatione rationis. Et quantum ad hoc esse signum æquiuocum. Sed signum secundum quod refertur ad potentiam, dicit semper relationem rationis, & sic est vniuocum. Quæ omnia videntur non rectè se habere. Primo signum est relatiuum est: tamen correlatiuum est signato. Non ergo signum, vt sic importat relationem ad potentiam, sed tunc dumtaxat quando est eius obiectum, & tunc nō aliam, quàm quæ est obiecti ad potentiam (de qua iam loqui sumus, non vt signum.) Præterea non omne signum reale refertur ad potentiam, relatione rationis. Enimvero conceptus ad intellectum realiter refertur, quomodolibet consideretur. Ad hæc quidquid sit de hac distinctione, certe signum non debet dici æquiuocum, sed vniuocum, vel saltem analogum, sicut ly ens, quod dicat vnā rationem suis significatis. Nam audito nomine signum, vnū tantum intelligimus, scilicet quod significat. Præterea tunc signum naturale non haberet definitionem distinctam, vt signum, & vt signum naturale: sicut sidus illud nō habet aliā

definitionem. In quantum canis cœlestis, & in quantum canis, quod aduersatur doctrinæ omnium doctorum definiendum primo signum, & deinde partientium. Maxime quod signum definitur etiam in ordine & ad rationem, & ad potentiam. Scilicet signum est quod potentiæ cognoscitiuæ aliquid repræsentat, & Augustinus signum est, quod præter speciem, quam ingerit sensibus aliquid aliud facit in cognitionem venire. Sequela autem prior patet regula generali æquiuocorum. Cum enim illis solum vox sit communis, non habent secundum nomen definitionem communem nisi suam particularem. Et secundum hoc sicut vt sit vniuocum, quæritur sit ne secundæ intentionis. Nam prima sententia, facile respondebat priori modo esse primæ intentionis, & secundo modo secundæ. Igitur mea sententia est terminus primæ intentionis. Nam significat signum, quod non dicit esse ab intellectu, sed tantum significare. Et refert parum significet etiam signa ad placitum. Quia non significat illa vt ad placitum sunt, quæ est differentia particularis huius speciei, sed vt signa, & vt sic, nihil horum dicit. Ly terminus quidem & nomen sunt secundæ intentionis, quia significant secundum quod habent esse ab intellectu sua significata. Sed est difficultas (vt apparet) æqualis de termino. Nam est & triplex, scilicet vocalis, scriptus & mentalis, & tamen mentalis de se est terminus, vt pote de se signum significans, & aptus, vt propositionem constituat. Nā hæc aptitudo emanat ex significatione, & tali materia, quæ possit integrare propositionem. Ergo videtur, quod ly terminus non possit esse secundæ intentionis: quandoquidem significat multa secundum suam rationem, secundum id quod habent in re. Respondeo non esse æqualem ambiguitatē. Sed ly terminus, & nomen signant aliquid secundum id, quod intellectus negociatur in eo. Quoniam non significat voces absolute quatenus significatiuas tantum. Quod & videntur habere citra dubium grammatici, sed quatenus explicatiuas conceptus, & componentes orationes, hoc vtrumq; habent quæcumq; signa ex ordinatione intellectus. Etiam conceptus: scilicet vt componunt propositiones, & syllogismos, & vt in eis veritas, & falsitas, vel genus & differētia reperitur, quæ omnia sunt ab intellectu. Itaq; de se ly terminus, & nomen dicunt quædam entia rationis, & intentiones,



nes, operaq; intellectus. Et sicut ly signum in vniuersali sumtum, quamquam repræsentat aliqua signa ad placitum, quoniam non vt sic repræsentabat, non erat secundæ, sed primæ, ita terminus, & nomen etiam si significant aliqua signa naturalia, quia non vt naturalia sunt: sed vt in eis quoq; reperiuntur intentiones logicæ, ideo non est primæ, sed secundæ.

¶ **A D** quintū respondetur ly, in re, non intelligi, existere, sed tantum quod significet illud, non vt est ab intellectu, sed aliàs. Nā definitiones sunt intelligendæ opposito modo. Vnde cum definitio secundæ intentionis, id exigat, sat est vt sit primæ, non habere, quod secunda postulat. Et ideo nomina significantia entia præterita, & futura sunt primæ. Siquidē & reuera significant entia realia. Quia ens reale non est illud solum, quod existit, sed quod de se non repugnat in se, vel in alio quomodolibet existere. Aliàs scientiæ nō essent de entibus realibus. Vt pote quæ disserunt sepe de non existentibus, & semper de vniuersalibus, quæ vt sic in re nō inueniuntur.

¶ **I N D I V I S I O N E** termini penes cōplexum, & incomplexum. Vna species nō potest esse pars alterius speciei oppositæ: scilicet homo pars leonis, ergo terminus incomplexus non potest esse pars termini complexi. Primo respondetur, quod hec diuisio non est generis in species, sed penes vnū & multa sicut diuisio entis in vnū & multa & cōstat qđ vnū est pars multitudinis, & Aristotiles diuisit propositionem. In simpliciter dictā & coniunctione vnā (id est) hypotheticam. Sed contra. Vtrumq; mēbrū definitur, ergo vtrumq; est vnum (haud enim nisi vnum definitur. Cōplexa, & ab prædicamēto, & ab definitione arcentur. Respondetur, quod & in genere multa sunt vnū, & ipsa multitudo definitur, quod sit aggregatio vnitatum. Quanto magis multitudo incerto aliquo genere putā in terminis vel in propositionibus. Secundo respōdemus. Quod forsam sunt species termini, & cōplexio est quædam forma simplex in multis partibus materialibus. Sicut domus est figura in multis materialibus. Termini autē incomplexi concurrunt tantum vt materia. Cuius signum est euidēs, quod nullus eorum respectu alterius habet se vt actus, sed ambo vt materia ad formam complexionis. Complexio autem vnica est, & per consequens optime potest definiri. Quod maxime splendet incomplexis habentibus aliquam vnionem grāma-

ticalem, vt adiectiuum, & substantiuum, aut copulatū aliquod, vel disiunctum, vt Petrus, vel Paulus. Vnde complexi disparati etiam grammaticaliter certe minus apti complexi sunt. Vt albedo, nigredo. Ad argumētum vero respondetur, quod illa regula non habet locū in artificialibus, vt pote in quibus aptissime vna species est pars alterius. Vt domus est pars vici, vicus ciuitatis, ciuitas regni. Cōplexus autem terminus est quodam artificium rationis, vnde & terminus est pars orationis, oratio syllogismi: cum syllogismus etiam definiatur per orationem.

¶ **C O N T R A** eandem definitionem. Terminus complexus & oratio conuertuntur, sed oratio excluditur ab ratione termini (alias etiam propositio foret oratio) ergo & terminus complexus non est terminus. Antecedens vero primum probatur ex definitionibus. Oratio est vox, cuius partes sunt significatiuæ, non vt affirmatio, vel negatio, sed vt dictio. Terminus autem complexus eodē tramite opus est, definiatur, & eius natura intelligatur, sanè vt partes significant, non vt affirmatio, vel negatio, sed tantum vt dictio: ergo conuertuntur. Respondetur primum. Nō est eadem definitio, cum non sit idem genus propinquum. Complexo assignatur terminus, orationi aliud vniuersalius, scilicet vox. Deinde nec isdem sensus est secundæ partis, scilicet cuius partes sunt significatiuæ. Nam oratio, etsi exigat vt ad minus sint dictiones, non excludit tamen si plus quàm dictiones fuerint. Enimvero quamquam in definitione dicatur non vt affirmatio, sensus est non necessario vt affirmatio, sat est, sicut dictio. Quod ideo euidenter probatur. Quod aliqua species orationis postulat partes aliquas, orationes. Vt syllogismus est oratio, & hypothetica est oratio, quarum partes debēt esse affirmatio plerumq; & negatio. Ergo id non excludit in sui ratione, definitioneq; oratio. Quia genus non excludit differentias specierum, licet positivè non claudat. Terminus autem complexus præcindit affirmationem, & negationem. Itaq; oratio admittit affirmationem vel negationem, & in suis speciebus nō admittit modo, sed requirit: complexus & in se, & in suis speciebus penitus illam respuit. Cum ex quo quidpiam affirmatio, vel negatio fuerit, desinat esse terminus. Sed replicatur. Ad minus (quod omnes ingenuè fatentur) omnis complexus est oratio licet licet



licet, non conuertatur, & ex definitione colligitur. Cum sit vox significatiua, cuius partium aliquod est significatiuum, ergo oratio est superius, & per consequens genus, ac proinde debuit, per orationem, terminum complexum diffiniri. Dices, quod est est remotum. Contra. Sequitur, quod oratio sit genus ad terminum, qui est propinquum. Nam cum genus est remotum, continet in se propinquum (vt patet in prædicamentis,) maxime, quod propinquum, & remotum non dicitur nisi, quæ sunt eiusdem ordinis, & lineæ prædicamentalis. Quod si genus est ad terminum, erit pariter & ad incompleto, quod continetur sub illo. Non enim potest continere vnam speciem, quin & aliam claudat. Respondetur, quod terminus complexus, vt sic & oratio sunt intentiones penitus disparatæ. Nam primus continet naturam termini atque intentiones, oratio vero tantum vt quomodolibet partes significant. Vnde complexus terminus habet aliquid orationis. Et ideo omnes termini complexi materialiter sunt orationes. Sed quia rationes formales omnino sunt distinctæ, neutrum est species alterius. Sed quaeritur vsquequo terminus complexus est oratio? an omnes, (inquam) orationes, non propositiones sint termini complexi. Et pars affirmatiua videtur, ex definitione termini colligi, per quam sola propositio categorica illis verbis excluditur, ex qua simplex conficitur propositio. Ego vero existimo, quod nulla oratio perfecta etiam aliorum modorum est terminus complexus. Nam etiam similibus perfectis explicamus iudicium intellectus, & verbum, vel affectum voluntatis: & tamen non minus potentia mentis nostræ voluntas est libera quam ratio. Nec minus verba ordinantur ad intellectum exprimendum, quam affectum. Vnde Aristoteles diffiniens terminos ait esse signa earum, quæ sunt in anima passionum. Et profecto nomine passionis secundum significationem termini, proprius appetitus volentis, quam verbum intelligentis explicantur. Vnde similes orationes perfectæ optatiui, & subiunctiui videntur excludi ab ratione termini per illam particulam, ex qua simplex conficitur propositio. Aliàs multi essent termini, quibus definitio illa non competeret, si de oratione strictè categorica sit sermo, sane ipsa verba horum, & cæterorum ab indicatiuo modorum. Quæ orationem indicantem apte componere nõ

possunt. Oratio vero imperfecta, quæ scilicet nec iudicium explicat intellectus, nec mentis appetitum, iure censebitur terminus complexus. Quia sicut terminus ad propositionem ordinatur, ita imperfectum ad perfectum. **QVÆSTIO** est: an ly ens homo, vel homo ens, & similes sint complexi. Pro parte affirmatiua agit, quod partes significant, & non sunt sinonimi, sed superius & inferius, ergo est complexus, & ex definitione colligitur. Secundo si quæ ratio impediret complexiorem, maxime quia sunt idem, ergo si diceres ens, & homo etiam foret incompleto, quod est patenter falsum, vt pote terminus copulatus. Tertio ly animal homo est complexus, ergo ens homo. Quia non minus animal homo vnum est, quam ens homo. Incontrariū, quod subordinatur conceptui simplici, ergo est incompleto. Quia complexio, & incompleto penes mentem metitur. Antecedens probatur. Tum quod solum significatur homo, tum, quod, (vt Aristoteles dicit,) ens homo, & homo, & vnus homo idē penitus sunt: sic quod nihil penitus additur. Grauis quaestio est de significato totali similium complexorum: an significet solum hominem. Nonnulli autemant, lyens etiam intra significare quidem omne ens: homo hominem, cæterū totum solum ens quod est homo, & nõ aliud ens vllum. Sed est argumentum contra. Primo si pars significat omnem hominem, ergo & totum. Probatur. Non minus significat totum parte, quando quidem includit significationem patris, & aliam denuo superaddit. Confirmatur. Tu aseris, lyens intra significare omne ens, ergo totum etiam significat omne ens, & hominem. Nam homo, adiectus nõ dimittit significationem, sed restringit acceptionem. Secundo arguitur. Hæc propositio est vera, lyens homo significat ens & hominem ergo significat omne ens, & omnem hominem. Probatur terminus cōmunis idem est, significet indiffinitè & distributiue. Nam significat speciem. Nec potest dici, quod varietur appellatio, vel arguamus ab vnica ad plures. Etenim & vnica infero, ergo significat omne ens, & omnem hominem. Vbi ly significat semel fertur. Cōfirmatur. Significatio totius non distinguitur, ab significationibus partium (resultat enim ex illis) quinimoda solet habere partes significatiuas exponi. s. quod totum significat iuxta significationes partium: sed vna pars significat ens, & alia homi-



nem, ergo totum significat ambo, scilicet omne ens, & omnem hominem. Confirmatur. Sumo in mente illum complexum, ens homo, quæro prior conceptus significat illic omne ens? significat quidem, & cum loquamur de illo secundum quod est pars complexi, sequitur, totum significare pariter ratione partis, aliquod ens, quod non est homo. Nā quod partes habent, id censetur habere totum. Igitur bifarie hæc dictiones accipiuntur: non nisi quam vi vnus ad explicandam aliquo circuloquo quamlibet speciem. Vt ly terminus vocalis est nomen vnus speciei simplicis termini, (quod expenuria nominum frequenter contingit) & certe tunc reuera est incomplexus. Vt potè simplici cōceptui subordinatus. Sed si accipiatur in vi duorum sicut superius & inferius (vt argumētum præ tendit) necessario & est complexus: & habet partes significatiuas, & totum significat quod suæ partes (vt rationes conuincunt) non quòd vnumquodq; seorsum significet, nisi cum additamēto partialiter. Vt si quærat quid significet homo albus? respondeo hominem album, & omnem hominem, & album, sed hæc est falsa, significat omnem hominem. Quia appellat ly significat suum conceptum totalem super illud. Sed potest dici, quòd significat omnem hominem partialiter (id est) secundum partem. At plurimum aduerte aliud esse loqui de verificatione, aliud de significatione. Totum quidem non verificatur nisi de significato, secundum acceptionem, qua ibi partes tenentur. Et cōstat, quòd partes restringunt se ibi. Restriccio autem respicit suppositionē, & etiam verificatio. Ergo quia ibi non supponūt pro omnibus suis significatis, quia restringunt se mutuo, nō verificantur. Hoc ergo est, quod aliquos transuersos detinet. Quomodo, scilicet significet omne ens & omnem hominem, & non verificetur de omni ente, & homine.

¶ AD ARGUMENTVM in oppositum respondemus, quòd si quæstio est de re, eadē res omnino est genus & species, & ens, & homo. Nec ens addit quicquam homini: nec in homine aliquis gradus est, qui non sit ens. In quo ab omnibus generibus differt. Et hoc sibi philosophus vult. Si verò de conceptibus, omnino sunt duo, & diuersi. Quinimo omnis cōceptus habet se ex additione ad cōceptum entis. Et ad iudicandam complexiōnem, nō modo rem signatam respicere oportet,

sed modum quoq; significandi, & cognoscendi: & frequenter res incomplexa intelligitur complexè: vt quando cognosco diffinitū per suam definitionem.

¶ CONTRA definitionem termini complexi. Significatio totius complexi est vna, & distincta ab significationibus partium, ergo non bene definitur per hoc, quòd partes significantes habeat. Antecedens probatur. Partes etiam formaliter sumtæ concurrunt materialiter ad significationem totius, quæ velut forma est illarum, vt in omnibus fere partibus, & toto contigit. Confirmatur. Significationes partium non coadunantur in totali. Enimvero non apparet quo ordine copulentur, vtra vt actus, quæ vt potentia. Magna est & in propositionibus, & in syllogismis lis de distinctione totius, & partium: sed maior quædam est specialis in complexis generaliter loquendo. Nam in prioribus clarior est distinctio, & differentia. Forma enim totius est alterius generis ab formis partialibus. Vt forma propositionis est ipsa compositio extremorum, & quod vnum dicatur de alio. Forma partium est significatio singulorum terminorum. In syllogismo illatio, & dispositio præmissarum extremitatumq; est forma totius. quam non habent partes. At in terminis complexis forma totius est pariter significatio, nō partium coniunctio, aut compositio, quæ sæpe nulla est: vt homo, equus. Sed dicendum, quòd significatio totalis est forma totius: nō distincta tamen à significationibus partium: tametsi partes censeantur vt materia respectu totius. Cuius exemplum est in rebus naturalibus, vbi totum vt homo, est, causa formalis partibus, & partes vt eius materia, & tamen partes simul sumtæ non distinguntur ab toto. Quanto magis in his entibus rationis, hæc identitas, & diuersitas admittenda est.

## Caput vltimum, de pertinentibus.



**P**erminis ideo

pertinentia vel impertinentia cōtingit, quòd sunt rerum, ac intentionum signa, quarum nōnullæ aliquē inter se respe-



respectum gerunt, vel contuenientia, aut oppositionis, alia habent se omnino disparate. Ex conuenientia ergo aut contrarietate rerum, termini pertinentes sunt illi, quorum alter alterum infer, aut alteri repugnat, impertinentes vero, quos nullus nexus, nulla necessitudo aut affinitatis, aut contrarietatis connectit, vt paries, & homo. Vnde cum haecenus terminos singulos considerauerimus, in praesenti alterutri relatos pensamus. Enimvero etsi de complexis sermonem dudum faciebamus, complexus vnicus est terminus: at pertinentes non componunt vnū, sed vt plures sumuntur. Hi ergo pertinent partim sequella, (id est) conuenientia, partim repugnantia. Priores sunt quorum alter alterū infert, vt genus & species, differentia, & propria passio, actus & potentia, causa & effectus & alij quam plurimi, inter quos vel mutua, vel non mutua ab vno ad alterum, valet affirmatiua consequentia. Posteriores, qui repugnat. Et quia oppositio in terminis est quadruplex, aut enim opponuntur contradictorie, aut contrarie, priuatiue, aut relatiue) sub contrarietas enim non est oppositio, terminorum, sed propositionum. In terminis repugnantibus princeps quaestio est. Quantum singuli repugnent. Et quia eos pugnare est, non posse eidem competere, haec est digna sophistica inquisitio, vtrum contradictorij, contrarij priuatiui possint de eodem verificari. Et praeter ea, quae in tertio libro summularum, de hac re diseruimus, quaeritur de his specialiter priuatiuis, caeci & videtes, an eisdem conuenire possint. Et casus est inter nos vulgarissimus: sane vt ex duobus hominibus videntibus fiant alij duo caeci per transpositionem partium manentibus prioribus. Qua in re prius perpendendum est, an casus sit possibilis. Et non videtur id esse impossibile supernaturaliter, vt vna materia duabus formis actretur, vel vna forma duas informet miraculo materias. Nulla enim repugnantia, vel contrarietas hic exprimitur, aut intoluitur. Quod existimo fieri non posse, est vt posteriores denuo conditi essent priores. Nec identice. Primo, in singulari nemo horum est aliquis illorum, cum non habeat idem corpus, nec eandem animam simul, quae alter) vt ex hypothesi constat) ergo nec pluraliter isti sunt illi. Quonia in praedicamento substantiae, quod vnum suppositum per se non est, neq; cum alio. Ad haec isti indiuidui praeter partes essentielles inclu-

dunt personas vel sunt personae, & supposita, personalitas intrinsicè est incommunicabilis, ergo duae personae non poterunt esse aliae duae personae, quamquam easdem partes separatim habeant essentielles. Quod si hoc verum est, omnis disputatio intercipitur. Nam primi sunt videntes, & non caeci, posteriores caeci, non videntes. Quidam existimant, quod binii posteriores identificantur cum prioribus, de quibus proinde prioribus concedunt, ambos terminos diuersimode tamen verificari, alterum formaliter, alterum identice vt scilicet sint formaliter videntes, identice caeci. & è contra posteriores. Sed in contrarium arguitur. Nemo priorum est caecus, ergo ambo non sunt caeci. Nam plurale hoc resoluitur, quod non sint caecus & caecus. Antecedens probatur. Nemo illorum est alter istorum: nemo videntium (inquam) vllus caecorum, & tamen vna caecitas non potest in duobus, sed in vno esse. Cum ergo nec formaliter, nec identice vllus priorum sit caecus, profecto, nec identice ambo. Sed sunt nonnulli, qui admittentes casum, & illorum identitatem, vltro concedunt esse simul videntes, & caecos. Nec putant inconueniens priuatiue oppositos de eodem supernaturaliter verificari. Negant tamen vlllo pacto posse conuenire contradictoris, sane vt illi sint etiam non videntes. Sed videor mihi manifestissime hoc exprima concessione profluere. Nempe, vt haec consequentia sit instabilis, isti sunt caeci, ergo non vident. Probatur. Bene valet, sunt caeci, ergo carent visu. Rursus carent visu: ergo habent negationem visus in se. Tertio habent visus negationem: ergo verè negatur de illis. Consequentiae istae sunt immediatae. Prima: caecitas essentialiter est carentia visus. Secunda, carentia seu priuatio itidem quidatiue est negatio habitus in subiecto apto. Tertia, quoniam necessario de habenti in se alicuius negationem, negabitur illud. Neq; instatur in contrarijs quorum alterum includit negationem alterius, & tamen non sequitur, est, album, ergo non nigrum. Respondemus enim, quod nullum contrarium est negatio alterius. Sicut priuatio est negatio habitus. Et ideo valet, si est caecus, fit non videns: non valet autem, si est albus, vt fit non niger, nisi ordine naturali supposito. Secundum quem duo contraria non inhaerent eidem adhuc in abstractis, & simplicibus formis, vt in albedine, nigredine, anima, materia, cum istae sint en-



itates positivæ. Valet si hoc est albedo, non est nigredo, nec quæq; aliarum. Quantomagis ab privatione ad negationem habitus, cū privatio essentialiter sit ipsa negatio habitus. Cōfirmatur. Secundum philosophum nihil differt inter privationem, & merè negationem contradictoriā alicui habitui, nisi quòd illa est negatio contracta ad aptum subiectum, hæc vero soluta, ergo respectu capacis subiecti, idem est cæcus, & non videns, & per consequens cæci & non videntes.

¶ **S E D** arguitur, vel quòd contradictorij, & privatiui verificentur de eodem, vel quòd privatiui non inferant contradictorias. Hæc duo mortalis immortalis, corruptibilis, incorruptibilis, verificantur de Christo, qui est passibilis, & impassibilis, mortalis & immortalis. Etsi valet, est immortalis, ergo non mortalis, duo contradictorij dicentur de eodem numero. Si logicaliter (vt decet) argumentum diluimus, nō theologice, differentia eiusdem generis nō opponuntur privatiue, sed cōtrarie (vt dicit philosophus. 9. Methaphisicæ) & rationi cōsonat postquam sunt qualitates, imo formæ positivæ. Contraria autem per miraculum eidē bene cōuenire possunt. Dicimus ergo, quòd immortalitas in Christo nō est tā negatio, quàm naturæ integritas, tamen si à negatione mortalitatis nomen imponatur.

¶ **S E D** arguitur, quòd contradictorij verificentur, vt vident, & nō vidēt de duobus, quorū alter cernat, alter careat obtutibus. De verificatione, & falsificatione cōtradictoriorū multa satis loco præfato adduximus, ideo breuiter dicito, quòd si complexiue verba sumatur, hæc est vera, Petrus & Paulus nō vidēt, & sunt non videntes. Nam de duobus his simul sumptis, quorum alter sit cæcus, verè negatur visus. Nam affirmatio vt bonum, requirit singulis conuenire, sed replicabis. Ergo sunt non vidēs, & nō videns, quod est falsum. Nā vna pars complexi nō supponit. Negatur sequella. Negatio enim nō est repetēda, sed semel ferēda. s. ergo sunt nō videns, & videns. Sed quæres, postquam etiam nō repetita negat secundam partē, quid refert formaliter proferatur, multum. Quia in priori negatur secunda pars diuisim, & scīus est, quòd vterq; vnus & alter sunt coeci, ita vt nullus videat: in secundo negatur vnica, & complexim, & sensus est quòd non ambo vident.

¶ **Q V A E R I T V R** de ly, nō homo, & similibus an infinitanter, & neganter accepti sint

idem termini pertinentes, aut disparati, & videntur impertinentes, cum res importata sit penitus alia, & alia. Infinitanter repræsentat quicquid nō est homo cælum, & terram, & deum (vt dixit Aristoteles,) tā quæ sunt, quàm quæ non sunt in rerum vniuersitate. Negāter vero hominem, & negationem, vt pote complexum constans ex partibus significantibus. Pro alia parte aparent pertinētes sequela. Nā ex nō homo infinitanter infertur ipsū negāter captum. Valet, hæc res est non homo, ergo nō est homo, ab affirmatiuā ad negatiuam variato prædicato penes infinitū, & finitū. Huic argumento do primum esse disparatos, primo proter rationem factā. Deinde si pertinerēt, maxime sicut superius, & inferius. Quicquid enim est nō homo nō est homo. Et tamen vnum non prædicatur de alio. Quod tamen impendio requiritur. Et deinde nō verificantur de eodem. Quia nō homo neganter verificari nō potest (verificari enim nō est, quòd propositio sit vera, cum verificari, & verè negari omnino opponantur,) ergo in propositione vera negatiua nulla est verificatio prædicati, & est veritas, sed verificari est vere conuenire alteri. Vnde negāter nō potest verificari. Poterit autem verè negari. Ad argumētum ergo negamus inferatur de se ex infinito negatus. Quia per copulam extrinsecam nō sequitur, fuit nō homo, ergo nō fuit homo, nec è cōtra. Deinde nō fat est, quomodolibet vnus ex altero inferatur, vt pertineāt ambo, sequella. Non sufficit si extrinsecè inferatur, alias albedo, & nō nigredo pertinētes forēt, quia sequitur, si est albedo, nō est nigredo, qui tamen iure ab omnibus disparati cēsentur. Et præterea relatiuè oppositorum vnus infert alium, & tamen nō dicuntur pertinentes sequella, sed repugnantia. Sed requiritur in re significata vnus, alterius cōtineatur, vel sit eadē: ita vt sequella sit intrinseca. Et talis nō est vlllo pacto horum duorum. Ad minus hij duo termini cōtradictorij homo, nō homo falsificātur de eodem numero. Vt si dicas chimera est homo, chimera est nō homo, ambæ sunt falsæ. Nota Quòd infinitanter nō cōtradiciunt: quia nō significant idem, nec est affirmatio, & negatio eiusdem.

¶ **P O S T R E M O** arguitur. Ens, nō ens cōtradiciūt, & tamē verificātur de eodem. Nam affirmatiuus significat tam entia realia quam rationis, vnde significat etiam negationes: sed non ens est negatio, ergo nō ens estens, & ita vnum



vn̄um cōtradictōriū de altero prædicatur, quod est ambos de eodem verificari. Quæstio grauis est inter metaphysicos: an ens sumtū in tota suæ analogiæ amplitudine possit habere contradictōrium. Et pro parte negatiua agit, & quod mox intulimus, & quod est æquiuocus. In æquiuocis vero æquiuocè sumtis non est contradictio, quia non est affirmatio & negatio eiusdem de eodem, sicut non contradicunt canis latrat, non canis latrat, nec ipsi termini canis, non canis. Pro parte affirmatiua est principium Phylosophi. i. perihier. quicquid affirmatur, contingit & negari. Vnde palam (inquit) est, quod cuilibet affirmationi contradicit negatio, & cuilibet negationi affirmatio. Primo circa hoc dialecticorum prouerbiū, in æquiuocis non est cōtradictio, aduerto intelligi certā & patens. Nam cum multiplex sit eorum significatio, nō constat, nec secundum quā affirmatiuus sumatur, nec quā auferat negatio. Vnde prius sunt æquiuoca distinguenda, distincta vero optime habent contradictiōne. Imo & sumta in omni sui significatione habent quoq; contradictōrium, quid enim difficile? si affirmatiuus capitur, secundum omnem significationem, & negatiuus in omnem feratur, & omnia significata neget. Ens autem dupliciter accipitur. i. pro omni entereali siue substantia, siue accidenti. Aliomodo vt entia etiam rationis amplectitur. Primomodo etsi re vera sit analogum, nulla opus est distinctione significationis: quia eadem significatione omnia importat. Vnde saluatur in eo cōtradictio, sicut in vniuocis. Secundo modo mea sententia etsi quoquo pacto analogum sit, non est eadem significatio, sed multiplex: sicut homo ad pictum & viuū. Nec est isdem conceptus. Vnde communiter nō admittitur contradictio absq; distinctione, sed opus est distinguere? an ens pro ente rationis etiam tūc capiatur. Quod est euidentis signum nō eadem significatione reale & rationis importari, sicut importat substantiam, & accidens. Sed nihilominus siue vna, siue multiplici referat, potest (vt existimamus) contradictōriū habere. Vnde admissio illos contradictōrios dicimus, nō opus fore vterq; terminū habeat seorsum aliquod significatum, de quo verificetur. Imo negatio in illis de nullo debet verificari, sed tantum negat, quod affirmatiuus ponit. Negationis vero non est verificari. Quando vero verificatur, iam non neganter, sed infinitanter accipi-

tur. Vt homo, & nō homo, si contradictōrij, non homo de nullo verificatur, sed tātum negat hominem. Respōdemus ergo, quod concesso eos ita sumtos contradicere ly nō ens de nullo verificatur. Et ad argumētum quod ens verificatur de altero extremo, dicitō quod tunc accipitur infinitanter non ens, quo pacto vero se habeat infinitanter acceptus, dicemus in secundo libro.

## ARGUMENTA in aliquot regulas & locos secundi libri Summularum de nomine.



**N** id quod obliquū non est nomen. Conuenit cū recto in significatione logica (vt aiūt), ergo apud logicum est nomen. Nam differentia per modum vt quid, vel cuius est grāmaticalis: ergo nō distinguit quicquam in logica. Secundo subordinantur eidem conceptui, ergo. Ans patet. Significant idem, & eodē modo ex parte obiecti. Nā ille modus significandi vt quid, vel cuius nō se tenet ex parte obiecti, sed ex parte termini. Probat. Cum sit ens rationis, si se teneret ex parte rei, quilibet terminū significaret ens rationis. Pro hac difficultate nota, quod siue ethimologiā nominis consideres, siue definitionē, obliquus nō est nomen. Nominē enim rem nominamus seu (vt ita dixerim) vocamus, & appellamus, & certe rem non nominamus nisi recto (aliud est enim significare, aliud nominare) obliquus significat rem, nō tamen nominat. Si quæsieris, quid nomē huius, & quomodo appelletur? nō responderetur per obliquum, est hominis: sed per rectum: & in quolibet genere obliquum est imperfectum & deficiens. Vnde obliqui dicūtur casus, qui non complete rem nominant, sed deficiunt, significantes rem non recte, sed deflexè, & incuruè. Discrimen etiam Aristotelis est dialecticum. s. quod regulariter obliquus & verbum non faciunt propositionem, cum tamē enuntiatio constet ex nomine & verbo, vel casu verbi (vt habetur perihermenias). Vnde ad primū argumētum dicimus, quod rectus & obliquus differūt essentialiter in ratione nominis,



## Argumenta

minis: res autem significata differt accidentaliter. Verum introducta est quædam inepta distinctio: sane quod illa differentia significandi ut quid vel cuius est grammatica, non logica. Quod est falsum, immo est logica, & non grammatica. Logicalis quidem, quia tractatur de illa principaliter in hoc loco, & formaliter inseritur definitioni. Et penes hanc separamus nomē ab non nomine. Non grammaticalis, quia grāmatici non considerant illam, sed potius censent obliquum esse nomen. Nō videbis grāmaticum exigentem significare, per modum ut quid, ut aliqua dictio sit nomē immo nec intelliget hæc vocabula. Sed differentia accidentalis, quæ dicitur esse recti & obliqui, referenda est ad rem significatam. Sicut enim senex & iuuenis differunt accidentaliter, ita homo & hominis ex parte rei. Ad secundum negatur antecedēs: quinimo sunt diversi conceptus. Sic enim concipimus, sicut audimus.

¶ **S E D E S T** difficultas, ubi nam, & quid sit iste modus diuersus significandi? dicimus, quod modus diuersus significandi formaliter sumtus est ipsa significatio. Nā res & modus rei simul sunt. Et ideo est in terminis sicut & ipsa significatio, & est ens rationis. Cæterum huic significationi correspondet obiectum cū simili modo. Ut homo significat hominē absolute: sed ly hominis importat hominē, quasi ut cuius sit aliquid, & ita est in re. Neq; ob id sequitur hos modos semper esse entia realia, quando quidem nec ipsum obiectum semper est ens reale. Nec est opus rursus, ut distinguatur realiter ab obiecto. Significatio enim termini diuersa & diuersus conceptus abstrahit ab omnibus istis. Hoc autem eo constat esse verum, quod sine vocibus præcedentibus concipimus tales cōceptus, quales conciperemus eis perceptis. Nam quando ego absq; terminis præuis cognosco hominē quasi possidente, nonne formo conceptum hominis ut sic? utiq;. Igitur hæc diuersitas modi suo modo est in re. Sed quæritur nunc: an omnes obliqui differant essentialiter? & an sit in libito grāmaticorum obliquos multiplicare? Dico breuiter non omnes differre conceptu vltimato. Nam rectus & vocatiuus meo iudicio coincidunt, nec habent diuersum modum significandi, etsi habeant diuersa officia. Deinde effectiuū & ablatiuū arbitror dissidere accidentaliter. Hij differunt quidditatiue, qui diuersum modum obiecti important, non qui

congruentiam tantum locutionis.

¶ **Q V A E R I T V R** de nomine infinito: an excludatur, & per quid, arguitur. Voluntarie videtur exigi ut nomen sit limitatæ significationis. Nā ut quid magis nomen, quā conceptus cuius est signum? & tamen conceptus significat rem indeterminatam. Etenim aliquis conceptus correspondet huic voci non homo. Præterea quid magis proprium intellectui, quā vniuersalia cognoscere, qui tanto melius quanto vniuersaliora percipit, siue secundū rationem positiuam cōmunem, siue priuatiuā, ergo cognoscere omnia secundum quod nō sunt homo, bona est intelligentia, & hanc notitiam nomine explicare. Tertio cur imaginabile nomē est? cum amplioris sit significationis quam quodlibet infinitum. Significat enim obiectum vtriusq; termini, & positiui homo, & infinitati nō homo? & ly non homo nō erit nomen inferioris multo significationis. Quarto, & hæc vox non homo limitatæ significationis est, cum significatio sit relatio, quæ debet claudi extremis. Et si est certa relatio, certus certe debet esse terminus, qui est obiectum. Si ergo significatio & obiectū est certum, & limitatum, profecto nomen erit. Quinto, ly, non ens, & ly nihil æqualis sunt significationis & eiusdem modi. scilicet negatiui: ergo si vnum est nomen infinitum, & alterum. Ad hanc difficultatem notato, quod aliud est esse signum, aliud esse nomen. Præsupponit enim quasi superiorem naturam signi quidditas nominis: nomen autem exigit talem significationē, quæ sit nota rei, & quasi signaculū eius. Vnde intrinsece postulat ut rem certam & determinatā repræsentet. Nō enim potest notari, & insigniri aliquo signaculo, quod est indeterminatum, & vagum. Hæc autem determinatio rei, non consistit in hoc, quod sit vna numero, cum nominetur potissime vniuersalia, sed in hoc, quod explicet taliter aliquid, ut ostendat illud, & quasi digito intellectui demonstret, & dicat, ecce hoc, quantumcunq;, illud sit commune. Hoc autem habent transcendentia & super: ut pote quæ, & si de omnibus verificentur, ly, intelligibile significat naturam certā & qualitatem. scilicet intelligibilitatem, & ly imaginabile itidem. Sed ly non homo, nō exprimit aliquam naturā neq; personam, neq; suppositum, nec simul hæc omnia, vel aliqua istorum: potius innuit, quid nō significet Potius (inquam) si ita fas est dicere, significat hominem, quem non significat, quā quod



quod significat, eū in explicationē eius, quod significat, nihil magis exprimitur, quā homo. Dicimus enim significat quicquid non est homo. Et ita propter hanc confuſionem ſui, nō est ſignificationis aliquid determinantis. Quare est nomen multum ineptum. Significat. n. tam quod est, quā quod non est. Quod ut melius intelligatur, arguitur. Ly non ens ſignificat ſolum quod non est, quia natura infiniti est ſignificare quod nō est ſuum poſitiuum, cum ergo ens ſignificet quod est? quid ſuper est non ente ſignificetur, niſi quod non est, & tamen est infinitum. Ergo maledicitur generaliter de omnibus ſignificare tam quod est quam quod non est. Hęc ſententia Ariſtoteſis ſi bene intelligatur, vera inuenitur. Quoniam de ſimilium ſignificatione dupliciter loquimur. Vno modo quoad rem ſignificatam. Secundo de modo ſignificādi. De re ſignificata regula vniverſalis eſt. Refert quicquid non eſt ſuum poſitiuum, & ſic neceſſe eſt, ne ſit eadem omnium amplitudo, ſed varia, ſecundū exigentiam ſui oppoſiti. Quanto infinitatus fuerit amplior, tanto ſtrictior infinitus. Vnde ly nō ens ſignificat, ſeu potius verificatur de his ſolum: quæ non ſunt entia, nō autē de eo quod eſt. Quare nō intelligitur Ariſtoteſes in hoc ſenſu, tametiſi poſſit quoq; quiſ in hoc ſenſu eū defendere, dicens, quod aliud eſt loqui de termino infinito incommuni, aliud de iſto. Illi non repugnat ſignificare vtrumq; quādo quidem multa ſunt de facto talia: huic autem repugnat in ſingulari. At vero ſi modum ſignificādi omnium proſpectes, omnibus ex quo congruit importare tam quod eſt, quam quod non eſt. Quia cum nihil certe & poſitiue afferat, ſignificat vtrūq;. Nā cum ſignificet, & non magis vnum quam aliud, poteſt dici referre vtrūq;. Si vero iſte in particulari. ſ. non ens non poſſit verificari de illo, hoc illi aliās provenit ratione. ſ. ſui poſitiui. Sed tamen aliud eſt ſignificatio, aliud verificatio termini. Cæterum ex ſe non magis declinat in vnā partem quā in aliam. Secundum hanc expoſitionem, cunctis æquale eſt referre, tam quod eſt, quam quod non eſt. Sed replicatur. Omnia hęc importat ſub vna ratione negatiua: cur hoc nō ſufficit ad denominādū illud certæ ſignificationis: quandoquidē ab ſignificatione formali, ly intelligibile eſt limitatū. Nā de materiali ſignificato multo plura importat. Reſpondemus, quod ſignificatio etiā formalis in his eſt illimitata: quia eſt negatio. No-

mina vero tranſcēdentia important vnā rationem poſitiuam: ratio autē poſitiua poteſt dare ſpeciem, negatio vero non poteſt. Actus enim & habitus eſt ſpecificare, non negationis aut priuationis. His ſuppoſitis reſpondetur primo & ſecūdo argumento principali, quod probant quidem eſſe ſigna, tā ipſæ voces quam cōceptus, non vero, quod ſint nōmen. Verum hæſitabit quis? quid nam ſignificet iſte talis cōceptus de materiali, quod ſuppoſitum. Sed non eſt ſpecialis difficultas. Idē quæretur de ly imaginabile, & de ly genus. Vnde dicimus, quod habet ſuppoſitum ſecundum apprehēſionem, & ſi à parte rei non ſit vllum commune, quod eſt vniverſale multis nominibus ſignificantibus materialiter res diuerſorum prædicamentorum. Ad tertium iam eſt datum diſcrimen. Ad quartum dicimus, quod aliud eſt, eſſe certum obiectum, aliud eſſe limitatum. Relatio eſt vna ſignificatio & terminū habet, & certū terminū, ſed tñ illud eſt illimitatū: ſicut ly Deo obiectū habet certū, at infinitū. Tametiſi diſcrimē eſt, quod deus eſt infinitus in ſe & poſitiue: obiectum iſtius nō homo infinitū in eſſe ſignificati & negatiue, quia nō eſt magis hoc, quam illud. Sed hoc ſic conſulū & informe eſt certū ſignificatū illius. Quintū argumentū petit an ens pro ente reali & rationis ſumptum infinitetur. Nam quando dumtaxat pro ente reali, nemini dubiū eſt. Et pro parte negatiua agit, quod infinitus debet habere ſeorſum ſignificatum. Non enim ſolummodo negat poſitiuum, hoc enim agit cōtradictorie captum, & tamē nihil, nec imaginario ſuper eſt, quod importet quatenus ſic non eſt ens. Secundo implicat ſignificetur & intelligatur vt neceſſario contingit, & tamen quod rationem entis ſic accepti non ſubeat. Reſpondemus probabile eſſe non poſſe ſic infinitū, eſſe. Nullum ſequitur inconueniens. Ex hac poſitione: & oppoſita ſententia non facile defenditur, & egræ intelligitur. Etenim cum ſignificatum infiniti debeat eſſe extra ſpherā finiti, nihil vllō modo ſuper eſt, quod nō ens ſignificet. Ita ente generaliffime capto. Secundo reſpondetur communiter infinitari, nec eſſe inconueniens, quod non ens ſimpliciter ſit ſecūdum quidens. Vnde hęc eſt falſa in illo caſu non ens eſtens, niſi addas diſtinctionem diminuentem. Idem quodam modo contingit in tranſcēdentibus, vt patet de vpo & demultis, quæ cum diſtinguantur etiam priuatiue, multa quantūcūq; plura quodam modo eſt vnum. Ad replicam dicito, quod nihil &

non



## Argumenta

nō ens, & si æqualis significationis esse possint in modo significandi, differunt, quòd ly nihil significat negationem positivè, id est quasi affirmatione, & determinate significat illā. Quod nullatenus habet nomē infinitū, vt pote quod in differēter, & affirmatiua, & negatiua refert.

¶ S E D statuto excludendum fore nomē infinitum, quæritur per quid excluditur, apparet partes significantes sortiri. Quia si altera eius pars deponatur, vt si lapis ad aliud significandum statuatur, totum ly non lapis mutabit significationem, quod est signum complexionis terminorum, ergo habet partes representantes. Dupliciter respondetur. 1. qui tenent in mente quidem simplicem cōceptum esse nomē infinitum ( licet in voce circumloquio duarum vocum ob penuriam nominum exprimat ) respondent consequenter in intellectu nullam inueniri partem, quæ deponatur, in voce vero fatentur complexionē, & sic excludi per dictionem ultimam. Qui vero tuētur & in voce pariter incomplexum, & si compositæ figuræ, negant etiam si pars deponatur, totū amittere præcedentem significationem. Quāquam id certe tunc appareret, sed cohibēda erat apparentia, sicut corrigeretur in alijs nominibus compositæ figuræ: quæ de positis aliquot partibus viderētur alterius significationis, cuius tamen minime forent. Ego vero addiderim tūc & si no lapis eandem significationem retineret, nouam nihilominus acquireret. Quia lapis infinitari tunc quoad nouam impositionē posset, & sic repræsentaret aliud. Vterq; est modus tutus respondendi, licet primus sit sensui communi conformior. Nā certe significatio nominis infiniti à finito penderet, nec vnquam homines seorsum nomina infinita imposuerūt. Vnde sicut posita dictione homo, ad significandū hominem, consequenter ly, non homo, ad representandum quod non est homo, ita deposita etiam ly non homo, non representabit nobis, quod antea. Et in hoc apparet non esse compositæ figuræ, quoniam similia seorsum profecto & sigillatim imponuntur.

¶ V T R V M genus reperiatur in mente. Pro parte affirmatiua facit, quòd sexus masculinus & femineus exigunt distinctos cōceptus. Et enim & si communi notitia apprehendūtur, diuersæ formabuntur. Eadem ratio est & de genere. Nam masculinum importat virum, alterum refert feminam. Secundo, distinctio casuum facit distinctionem in mente: ergo & diuersitas generis, quia tam accidēs est hoc grā

maticæ sicut illud. Tertio per albus & alba diuersa cōcipimus, & de diuersis prædicamus. Nam si penitus idem, negatio foret, albus, alba, album. In contrarium est, quòd lapis & petra eodem penitus conceptu capiuntur, & distinguuntur genere: ergo hæc diuersitas in mente non offenditur. Pro notitia huius quæstionis, nota quòd de genere hic tantū grāmatically loquimur non logicè: secundum quod genus in prædicabilibus & in mente semper reperitur, imo ab mente (vt ita dicam) efficitur. De sexu vero haud negari vllatenus potest, quin sexus distinctio, sicut in natura res multiplicatur, ita & in mente diuersis conceptibus apprehēdatur. Sed grammatically nomina terminata sic vel aliter diuersa genera constituunt, quæ nullam germanitatem habent cū genere naturæ, vel sexu. Vnde & ipsi grāmatically, scite, ac probe docent genus cognosci dupliciter. 1. per naturam & rem significatam, alio modo, per terminationē, vnde & duplex est pars præceptorum generis. Prima inquit, feminina, masq; genus nullo monstrante reponunt. Hæc diuersitas generis non est grammatically, sed naturalis. Alia penes terminationem, vt nomen quod fit in. a. finitum dic muliebri: de quibus statuitur conclusio vniuersalis. Genus grāmatically, non est in mente. Nec (inquam) ipsum genus est, nec eius pluralitas, sanem masculinum, femineum, neutrum aut cōmune duorum vel trium. Probatnr, & genus hoc & eius diuersitas constituitur tantum penes diuersas terminationes dictionū, in sermone latio, vel articulorum in græco, sed nulla est terminatio conceptus, vt pote indivisibilis, ergo nullū est genus. Multa sunt nomina femineini generis, nullum penitus sexum importantia, sed indifferēter omnia cuiuscunq; sint conditionis referentia. Vt ly res est transcens, & ly alba non mulierē, sed & papyrus & niuem & alia significat, & ly albus parietem, ergo non potest conceptus esse certi generis: quia nullam rationem feminam eis importat. Tertio diuersitas generis est admodū in diuersis nationibus varia. Quod Hispani vnius generis facimus, alij distincti: conceptus vero ijdem sunt apud omnes ergo. Quarto conceptus non diuersificatur nisi aut per rem significatam, aut modū significandi, sed idem omnino, & eodē modo importatur per lapis, & petra, & per albus, & alba, ergo. Regula generalis enim habenda est, quòd cōceptus ultimi, nō diuersificatur

per



per voces nisi quando vocum distinctio in rebus trāsit, vel ex rebus significatis colligitur. Ut diximus de recto & obliquis: quod ille modus, ut quid & cuius erat in rebus & distinctio definiti & definitionis penes confusius ac expressius significare transit in rem: ut pote cuius partes clarius apprehenduntur & seorsum distinctius. Per quod patet, quid primo, quidque secundo respondeatur argumento. Ad tertium quod non est negatio in voce nisi de eadem re ambo prædicarentur, sicut non est negatio dicere lapis petra, ut pote nomina diversorum generum. Et ita illæ particulæ sunt partes unius nominis, sed sicut de eadem re non dicimus est lapis petra, ita nec est albus alba. Et quidem in mente non diversa vllomodo intelligimus per hæc, homo est albus, homo est alba, nisi argumentatiue diversitas ipsius generis in tali materia, ubi est sexus quoque disparitas, nos duceret in notitiam mulieris & viri. Sed communiter significatione considerata ut debet considerari in præsentia, idem penitus referunt. An verbum infinitum reperitur in propositione. A parte negativa arguitur. In hac petrus non currit, negatur curritur: ergo non infinitanter, sed neganter. Dices fieri hunc sensum. Petrus facit aliquid, quod non est currere. Contra, sequeretur, quod si currat, & ratiocinetur, vel quid aliud simul faciat: hæc sunt ambæ veræ. Petrus currit, & Petrus non currit: infinitanter negatione interposita: & cum ab affirmatiua ad negativam variatio prædicato penes infinitum, & finitum valeat, inferretur hec negatiua Petrus non currit, sic darentur duæ contradictoriæ. Ad hec querendum est, quid infinitatur in verbo: an unio, an sola actio importata. Illud non videtur fieri, ut pote cum uniat extrema ibidem, & significet cum tempore secundum Aristotilem, hoc autem est significare actionem pro ut exercetur, id vero compositionem importat, & per consequens unionem prædicati cum subiecto. Hæc argumenta videntur concludere, non esse vllum verbum infinitum, aut sane non inueniri in propositione.

**¶ SECUNDO** queritur, an propositio sit ens reale vel rationis. In voce ac scriptura non dubium, quia ens rationis sit, sicut terminus vocalis. Quæstio est de mentali, & videtur, esse rationis. Nomen ipsum propositio est secundæ intentionis, ergo. Præterea dialectica agit de secundis adiunctis primis: sed agit de propositione ergo est secunda intentio adiuncta

primæ. Tertio, in ea nostras intentiones reperimus. scilicet subiecti, & prædicati. Sunt nonnulli contententes esse ens rationis formaliter, quod sicut nunquam mihi persuasi, imo neque intellexi, ita neque recte possum explicare. Ostendemus tamen id esse non posse. In propositione sunt conceptus cum suis significationibus, compositio eorundem, seu compositio, significationis totalis propositionis, deinde quod unum est subiectum, aliud prædicatum, aliud copula. Non possunt neque fingi quidem plura. Ex quibus omnibus hoc postremum est ens rationis, reliqua entia realia. Nam de conceptibus & significationibus nemo hactenus ambigit, de conjunctione, seu compositione patet. Quia est operatio intellectus, & per consequens est ens reale. Deinde licet fuisset ens rationis, non tamen est compositio ipsa propositio, sed terminus, qui resultat ex compositione, seu conjunctione.

**¶ RESTAT ERGO** ostendere, quod formale ipsius propositionis non sit ens rationis. Primo in definitione explicatur eius formalitas, per hoc, quod est significare vere vel falsè, hæc autem significatio est ens reale. Non enim propositio significat ad placitum. Et deinde significatio hæc totalis non differt realiter ab ipsis significationibus partium. Idem est realiter cum illis, ergo. Secundo principaliter arguitur. Hæc tres intentiones subiecti, prædicati, copulæ sunt ita seiunctæ, ut non possint vllomodo facere, seu esse unam formam. Quoniam duæ illarum relatiue opponuntur. Et præterea apparet has intentiones in partibus subiectari. Unde quando definimus propositionem esse illam, quæ constat ex subiecto, & prædicato, & copula, aimus esse definitionem materialem, & quod datur per partes materiales: ergo non sunt hæc intentiones forma propositionis. Tertio propositio est terminus primarius intrinsecus compositionis, quæ est secunda operatio intellectus, ergo cum operatio sit reale, debet habere terminum realem. Qui cum sit propositio, erit ens reale. Ita quæ forma est ipsa significatio totalis. Ad argumentum dicitur. Quod nomen est secundæ intentionis si pro vocali accipiatur, sicut nomen terminus & signum. Ad secundum responde, quod quia agit de secundis adiunctis primis non oportet, semper agat de ipsis secundis, aliquando de illis primis, ubi necessario, reperit secundas, ita cum de mentali. Quamquam possit iudicari proprium esse illorum agere de vocibus, quatenus exprimunt conceptus: in voce

propo-



## Argumenta

propositio ens rationis est.

¶ **Q V E A R I T V R** quare sola indicatiui, & subiunctiui oratio significet verum vel falsum. Existimo ideo esse, quod veritas consistit in compositione intellectus, inter omnes alios modos hi duo solum exprimunt compositionem illius. Nam imperatiuum, & optatiuum exprimunt voluntatem, infinitiuium significat ipsum exercitium verbi. Deinde iudicium intellectus est duplex, aliud, scilicet, absolutum, aliud dependens, sicut contractus est vel absolute effectus, vel ex conditione dependens, in indicatiuo est primum iudicium, in subiunctiuo secundum. Sed tunc quaeritur an hypotheticae conveniat definitio, & hoc propter particulam indicandam. Sed dicimus, quod particula haec neque excludit hypotheticas, neque includit. Nam qui tenuerit definitum, dicet, quod indicandam est asserendo, hypothetica vero asserit. Qui vero existimauerit oppositum, interpretabitur, quod sit indicatiua. Quamquam neque ita videntur excludi, cum plurimae sint hypotheticae indicatiui, ut Petrus currit, & Ioannes mouetur.

¶ **Q V A E R I T V R** sit ne idem oratione significare per modum indicatiui, & esse indicatiui videtur, quod non. Quia dicere significat per modum talem, insinuat non habere substantiam illius, sed modum, sicut aliud est substantia, & aliud habere se per modum substantiae, & aliud quantitas, continua, vel discreta & aliud habere se modo quantitativo. Sed existimo hic esse idem. Nam hi sunt quinque modi, in modis autem ipsis, quibuscumque non differ substantia modi, & modus, ut in modo quantitatis idem est habere se per illum modum, & esse illius modi. Ita idem est habere se per modum indicatiui, & esse modi indicatiui.

¶ **D E** istis quaeritur nescio loqui, nego consequentiam: ignoro lectionem, an sint negatiuae, pars affirmatiua probatur. Aequivaleret negatiuis. Etenim nescio lectionem, idem est, ac nescio lectionem, nolo papirum, nolo volo, ergo sunt negatiuae. Aequipollentes enim non possunt esse oppositae qualitatis. Dicendum esse affirmatiuas excepta priori, de qua postea. Etenim nolo significat actum positivum. Nolitio siquidem est quaedam volitio. Sed de hac nego consequentiam potest argui. In ea exercetur negatio, seu actus negandi, ergo est negatiua. Probatur antecedens. De formali verbum significat negationem, ergo significat eam in actu exercito. Proprium enim verbi

est referre suum signatum prout est in fieri, (id est) in actu exercito, ergo est negatiua, quia ubi negatio exercetur, non potest non aliquid negari. Respondetur significari illic, negationem per modum affirmationis. Affirmatur enim illic ipsa negatio. Ad probationem dicitur, quod quando exercetur negatio extra verbum, tunc est propositio negatiua. Quia exercitium negationis feretur in verbum quasi in obiectum, & sic negabit illum, verum cum intra verbum, minime. Negatiua enim est, cum negatur copula, illic non negatur copula. Praeterea in negatiuis etiam de verbo adiectiuo resolutis copula negatur. Ut non amo (id est) non sum amans, sed haec, nego, resoluitur sum negans, ergo est affirmatiua. Verum de ista, nescio loqui certe videtur negatiua, quia explicita est ibi negatio in compositione. Neque est par ratio de hac ignoro. Haec enim importat priuationem, & ideo non dicitur nisi de rebus potentibus scire. Verum haec paries nescit intelligere, verissime sonat. Secundo ad argumentum negatur illas aequivalere negatiuis. Nam sequeretur has consequentias esse bonas, ignoro lectionem ergo non scio lectionem, & contra, & ista nego consequentiam, ergo non concedo consequentiam, & contra, (nam inter aequivalentes mutua est consequentia) consequens est falsum. Nam argumentamur ab non distributo, ad distributum, & per ascensum datur antecedens verum, & consequens falsum. Praeterea haec non concedo consequentiam est vera me non disputante: haec autem nego consequentiam non nisi reuera negem, & disputem. Unde instantur istae non concedo consequentiam, ergo nego consequentiam, & non volo esse iustus, ergo nolo.

¶ **A N** diuisio propositionis in categoricam, & hypotheticam sit vniuoca, vel analogi in analogata. Quod est quaerere? an hypothetica secundum quid sit propositio vel simpliciter. Videtur non vsque adeo naturam propositionis participare. Primo Aristoteles dicit, quod vna est propositio absolute, alia coniunctione vna (id est,) ut exponunt interpretes antiqui, alia secundum quid propositio. Eadem enim videtur esse ratio propositionis, & vnius propositionis. Sicuti eadem est natura hominis & vnius hominis, & entis & vnius entis, (ut dicit philosophus in metaphisica) sed hypothetica non est vna absolute, sed cum addito diminuyente, ergo neque est propositio. Secundo non est



consonum, vt vna propositio sit pars alterius speciei sui generis, igitur hypothetica non est species propositionis. Confirmatur. Condicio nalis, maxime est hypothetica. Huic enim ipsa etiam etymologia nominis solūmodo patrociniatur. Est enim oratio, quæ ex suppositione significat, & tamen non significat simpliciter veritatem, vel falsitatem, sed diminutissime ex suppositione. Quinimo neq; disiunctiua quicquā certi refert, sed vnum vel alterum. Copulatiua debiliter. Ponit enim tantū coniunctionem partium. Analoga ergo propositio suis membris apparet. In contrarium est, quòd diuisio termini in complexum & in complexum censetur vniuoca, & illa in termino est ūmilis huic in propositione. Deinde propositio est operatio secunda intellectus, & nō minus hypothetica est cōpositio, & diuisio, quā cathogorica, neq; minus exprimitur iudicium in vna, quā in alia. Pro hac questione aduerte, quòd natura propositionis cōsistit in hoc, quòd est significare verum, vel falsum, & in tātum quodpiam participat naturā propositionis, in quantum significat vere, vel false. Et meo iudicio sunt multa vera, & falsa, quæ aptissime explicantur hypothetica. Nam quòd si Petrus currat, moueatur, est quædam veritas necessaria, quæ illa oratione optime explicatur, & alia similia sunt nō pauca. Præterea, omne antecedens syllogismi & demonstrationis est propositio hypothetica & tamen nō modo verum est, sed necessariū. Quinimo est caussa, vt hypothetica est (id est) secundum totum simul, & non singulæ partes seorsum veritatis cōsequētis. Vnde si perfecte est hypothetica necessaria, absolute est vera. Igitur si perfecte verum vel falsum significat, negari non potest quin sit propositio absolute. Neq; potest dici, quòd sit eiusdē speciei cum cathogorica, solumq; differant vt vnum & multa, sicut non differunt specie vnus homo & multi homines. Non enim sine forma & ordine cathogoricæ coniunguntur, sicut multi homines. Et ideo pluralitas cathogoricarum sic positarum constituit speciē hypotheticæ. Nam forma propositionis videtur esse copula, & copula hypotheticalis in ratione copulæ differt specie ab copula cathogoricali, igitur & ipsæ propositiones.

¶ AD primum argumentum respondetur, quòd Aristoteles non dicit hypotheticā esse vnā propositionem secundum quid seu cōiunctionem (absolute vna propositio est) sed

quòd non est simpliciter vna, vel vnum. Sicut exercitus vnus simpliciter exercitus est, non tamen exercitus est simpliciter vnum. Ita hypothetica quidem simpliciter est vna propositio, & tamen eius vnitas nō est absolute vnitas, saltē si referatur ad vnitatem cathogoricæ. Constat enim esse simpliciorē. Ait enim sic. Est autem vna enūciatiua oratio affirmatio, deinde negatio: aliæ vero omnes coniunctione vna. Et illico, est (inquit) enūciatiua vna oratio, aut ea quæ vnum significat, aut ea quæ coniunctione est vna: plures vero, quæ plura & non vnum significat, vel ea, quæ caret coniunctione. Vnde constat apud Aristotilem vnā esse orationē sine addito vtrāq; scilicet, & quæ vnum de vno, & quæ coniunctione vna, eandemq; appellat enūciatiuā. Dices, quòd posteriori loco hanc posuit, id nihil refert. Nam & tu asseris quòd negatio, & affirmatio sunt pariter species, & negatio est reuera posterior secundum se, & posteriori loco composita. Per quid autem vnitas propositionis pensetur & quomodo is textus intelligatur, varie sunt S. Thomæ & Boetij sententiæ, quas .i. per loco præfato vide. Mihi dicendum occurrit, quòd cum propositio res artificialis sit, in quibus vnitas ex forma colligitur, non ex materia, quæ sæpe non est continua, vt in exercitu, & oratione: & forma propositionis in asseuerando consistat, si vnum asseueratur vel affirmando, vel negando penes hoc vnitas recte trutinabitur, non penes hoc, quòd vnum simplex de vno simplici. Nā certe, & in cathogorica asseueratur vnum cōplexum quandoq; de alio complexo, vt Petrus, & Brunellus sunt animal, & viuēs, & ita neq; cathogorica est simpliciter vna. Sed fat existimare debemus, asseueretur vnum: quāquam hoc vnum habeat latitudinem secundū quod vnitas propositionis erit minor vel maior vnitas. Ad probationem concedimus eandem esse rationē propositionis, & vnus propositionis, sed nō propositionis, & vnus. Nam potest esse res talis absolute, & non absolute vna. Vt patet in exemplis rerum artificialium. Ad secundum respondetur, nō opus fore in his artificialibus, quæ cōponuntur ex multis rebus, illas regulas & similes etiam superfluo obseruari. Quæ nisi in prædicamento substantiæ, quòd est maximæ entitatis ferre non verificantur. Sed replicas, vna species nonquam cōponit formaliter alteram coniuersam: hypothetica verò componitur formaliter.



liter. Nam secundum formam suam ingrediuntur categoricæ. i. vt significant verè vel fallè, ergo formaliter. Confirmatur. Si elemèta secundum suas naturas manerent in mixto, dicerentur componere formaliter, ergo si categoricæ manent, formaliter componunt. Negatur consequentia. Neq; est idem componere secundum suas formas, seu manere secundum suas formas illic, & cõponere formaliter. Nam illæ formæ possunt esse materia respectu alterius, & ita ipsæ veritates categoricarum sunt velut materia relatæ ad totum. Et negatur etiam dicerentur tunc elementa formaliter componere: sed dicerentur manere formaliter, & possunt ita manere, & componere materialiter. Ad tertium negamus, non significari absolute verum & fallum, sed ly absolute, non opponitur conditionaliter, sed solum ad secundum quid. Nõ autem debemus arbitrari, vno tantum modo explicari debere veritatem, vel fallitatem. Adderim postremo, quòd in rebus dialecticis hæc doctrina deberet absq; controuersia suscipi. Quia certe in ratione propositionis cum tam differenter habeant se categorica, & hypotetica, iure absq; subtiliori examine diuersæ speciei cõfenda erant.

¶ **M A G N A** pars oceani sophistarum in materia inductionis, & ampliationis expeditur. Quod & si nos in summulis tantisper deludimus, in præseti adstringimur, id mare magnum, & pelagus vastissimum pernatãdo trãsmeari. Vtinam nõ saepe demergamur. Et quidem de inductione duo in vniuersali quæritur, primum de ipsa in genere, deinde de eius speciebus. Et præter ea, quæ de his duabus quæstionibus in 2. libro summularum, & 5. tradidimus, nunc multa circa singula, differenda sunt. Et primo de entitate inductionis quæritur, an sit species argumenti. Pro parte negativa arguitur. Omnis argumentatio est motus, operatioq; rationis, inductio non est motus illius, sed ad illud (est enim ab singularibus ad vniuersale) illa percipiuntur sensu, ergo est motus sensus tendens ad intellectum. Secundo, inductio reducitur ad syllogismum, ergo non est species diuersa, quia vna species non reducitur ad aliam. Tertio, in omni argumentatione antecedens debet esse notius consequenti, in inductione necessario antecedens est obscurius. Nam singularia minus nota sunt quàm vniuersalia, illa sunt antecedens, hæc consequens, ergo. Quarto, inductio

est ab singularibus. Ergo non est modus sciendi, quia scientia est de vniuersalibus, maxime scientia naturalis & suæ pedisequæ de rebus sensibilibus, vbi singularia sunt corruptibilia. Ergo neq; ad scientiam, neq; ad artem inductio prodest. De inductione legendi sunt Aristoteli. Topicorum. c. 10. 1. methaphis. c. 1. Plato in Phedone. Auerro. 1. priorum. c. 1. S. Tho. 2. post. c. 4. & 1. lectio 1. & lectio 3. & lect. 30. & Gaiet 2. post. c. 4. Inductio nõ modo species argumētandi est, sed omnium naturalissima homini, cuius omnis eruditio prius sensuua is est (vt ita loquar) ex sensibilibus per sensum collecta. Et sicut res cognitæ priores sunt cognitione particulares. i. quæ communes, & sicut in rebus singularibus duntaxat, & nõ alibi existunt realiter vniuersalia, ita & resolutorie, & vltimatè singularia & causã, & mensura sunt nostrarum disciplinarum. Vnde est inductio fons & origo omnium specierum argumētandi, vt pote prima species via generationis. Cuius proinde robur atq; efficacia non tam rationi, quam sensui, non tã formæ consequentiæ, quam experientiæ innititur. Deseruit quidem rationi inductio ministerialiter, sicut sensus species rerum offerendo, & sicut corpus ancillatur menti ad actus contemplationis. Syllogismus vero iã quasi proprius & intraneus, intellectus actus. Et cū eius utilitas sit maxima, eius natura simplex, omnia certe iuniores quidam inuertunt, dum plus quàm inductio valet, inductio valeat, conantur. Modus autem hominis adiscendi naturalis maximè adiscendi naturalia est duplex. Vel enim proceditur via inuentionis, aut doctrinæ. Aut (inquam) natura discimus, aut doctore viuo, vel scriptura docemur. Omnes quotquot disciplinas inuenerunt ab singularibus, & ab experientia exorti sunt. Ita enim doctrina inuenitur sicut cognitio, rerumq; notitia, & tamen sicut priora quoad nos singularia sunt, ita prius cognoscuntur, vniuersalia posterius. Inuentoribus ergo inductio ascensus profuit. Est enim duplex. i. ascensus, & descensus. Ille est ab singularibus ad vniuersale progressio, is vero è conuerso ab vniuersali ad singularia processio. Via doctrinæ ab vniuersalioribus inchoatur, quia non sequitur iam sensus, sed intellectus, & tamen via intellectus vniuersaliora sunt notiora nobis. Vnde Aristoteles in methaphisica asserit ex singularibus omnem doctrinam genitam fuisse atq; inchoasse, in primo vero phisicorum ab vniuers-



vniversalioribus inchoandum esse, vt pote à nobis notioribus. Nimirum, quòd in methaphisica de disciplinarum ortu, inuentioneq; agebat. Ceperunt (inquit) homines admirari, postea philosophari. In prologo phisicæ de scientia iam existenti sermo sibi erat. Quocirca philosophis nunc adicētibus subseruit descensus. Quo scilicet præcepta vniversalia, atq; definitiones per singularia examinent, atq; perpendant. Vt si motus dicitur ad diuisionem spatij, diuidi, ergo ille motus ad diuisionem huius spatij, & ille, & sic in aliquot singulares. Quod cum experitur, firmiter regulæ vniversalis consentit. Et deniq; siue iuueniamus, siue doceamur, vtraq; inductio omnino ad omnia prodest. Nam intelligendum est, quòd intellectus noster absensu dependet nõ modo quoad obiectum (sane quod per sensus ingreditur) verum & quo ad cognitionem. Nam & vniversale ab singularibus cognitis abstrahit, & postquam abstractum est, vt intelligat, suam cognitionem per ipsa phantasmata singularia regulat ac expendit & ipsa vniversalis rei cognitio per singularia cathetizatur. Et hæc est necessitas, atq; fundamentum quare oportet intelligentem phantasmata speculari. Non enim ipsæ species abstractæ opera intellectus agentis sic iustificet ipsam rem vniversalem repræsentant, vt abiq; singularibus intellectus possibilis naturam in cõmuni percipiat. Et sic inductio vbiq; operibus intellectus nostri admiscetur. Et ascensus in abstractione specierum, dum ex pluribus expertis vniversale colligitur, & descensus, quando omnis rei vniversalis cognitio, per ipsa singularia mensuratur. Vnde ad primum argumentum negamus minorem. Est enim motus rationis duplex. Et quia pars celsiva hominis capax est rationis, & nata illi obedire. Maxime, quòd discursiva est in homine corporalis circa singularia, quæ est per essentiam quædam species rationis corporalis & non tantum participatione. Et deniq; quia & descensus, & ascensus numquam abiq; intellectus motione fiunt. Nam inductio est ab singularibus, non prime intèntionaliter pro vt sensu percipiuntur, sed ab singularibus propositionibus ad vniversalem propositionem. Propositio autem singularis nõ formatur ab sensu, saltem non cognoscitur formaliter ab illo, sed ab intellectu, & multo minus vniversalis. Vnde inductio est semper opus rationis. Ex quo sequitur, nõ sumi hic singulare, & vni

uersale sicut in prædicabilibus pro specie, vel genere aut indiuiduo: sed pro propositionibus. Quæ tamen fundatur in illis. Nam subiectum propositionis singularis est indiuiduũ, & vniversalis est terminus communis: qui est vel specificus vel genericus, vel alius similis. Ad secundum dicimus materiam inductionis & satismediate, & multis medijs conuersionibus reduci ad syllogismum, formam vero minime. Et quia forma dat speciem, est peculiaris integraq; argumentandi modus inductio. Ex materia vero inductionis nihil prohibet, formetur syllogismus. Ad tertium negatur minor. Quia antecedens est notius quoad nos via sensus, & notius quoad nos vel via sensus, vel intellectus debet esse antecedens, quando quidem probatiuum est conclusionis respondentis. Sed replicatur. Singularia sunt infinita, ergo minus nota. Respondet aliqua esse nota, per quæ experta cognoscimus in communi ita esse in cæteris. Vnde incipit aparere, quàm naturam huius argumentationis destruat constantiæ positio: quæ est ostensio omnium singularium, & inclusio. Quis omnia ostendere potest. Replicatur. Ergo descensus non est utilis modus: ex quo ex vniversaliprocedimus nobis minus noto, quàm consequenti. Respondemus duo, primũ, quòd descensus est manifestatiuus falsitatis, & quoad falsitatem magis compertum est vniversale singularibus. Falsius nobis est, omnem hominem album esse, quam hunc, aut illum, vel dicendum, quòd in descensu potius consequens probat antecedens, quàm è contra. Sic enim argumentamur. Omnis homo currit, ergo iste currit, & iste, vbi ostendimus sedentes, per quos manifeste conuincitur antecedens falsitatis. Et demum non est opus procedat argumentum ex notioribus via sensus: alias nullus syllogismus, nulla demonstratio foret aptus modus arguendi, vt pote quæ procedunt prope semper ex ignotis ad sensum, manifestis aut via intellectus.

¶ **S V P P O S I T O** tamen vtilem argumentationem esse, queritur an sit efficax, & videtur debere saltem esse efficacissima. Nã si principiorum cognitio firmissima est: vt pote quibus (vt Aristoteles in posterioribus) efficacius, & firmiter ad hæremus, principia vero (vt patet) capiuntur inductione, non demonstratione, vt pote indemonstrabilia: ergo est forma ad modum efficax. Secundo euidencia maxime prouenit ex antecedenti:



## Argumenta

sed antecedens assensus est evidentissimum, scilicet ad sensum, ergo inductio est maxime euidēs. Pro alia parte agit quod inductio passim instatur, & in se & in similibus forma. Circa hęc quæstionem meditare quod aliud est certitudo euidentiæq; propositionum, ex qua argumentum constat, aliud efficacia illationis, & vis. Possunt propositiones euidentiissimæ componere consequentiam infirmissimam, & inapparētem. Vt si dicas omnis homo est animal ratiōale, ergo quatuor sunt elementa mundi. Hic non queritur de propositionibus inductionem componentibus, sed de inductionis illatione, vtrum sit efficax. Et per hoc resoluitur argumentum secundum. Ad hęc, aduerte, quod cum inductio sit ab singularibus ad vniuersale progressio, intelligitur ab singularibus propositionibus ad vniuersalem propositionem. Nam omnis argumentatio pangitur ex propositionibus. Vnde non potest maior efficacia in illatione inductionis reperiri, quàm sit connexio antecedētis & consequētis. Inter res autem singulares, & vniuersale ipsum, & vniuersalis & necessaria infallibilisq; dependentia, atq; sequela est. Impossibile enim est res quæpiam singularis existat, quin & vniuersalis eius vel species, vel natura, vel genus sit. Vniuersale enim in singularibus est & in singulis integrū. At inter propositiones singulares, & vniuersalē non est tanta propinquitas, tum propter distinctionem rationis vniuersalis, & particularis, tum ob distributionem propositionis vniuersalis. Vbi considera, quod duplex est propositio vniuersalis, prima, quæcumq; non est particularis, & sic indiffinita erit vniuersalis. Vnde philosophi frequēter indefinitis pro vniuersalibus vtuntur. Et quidem ab singularibus propositionibus ad indiffinitam affirmatiuē necessarissima, efficacissimaq; inductio perpetuo existit. Est enim arguere ab inferiori ad suū superius affirmatiuē sine distributione: quod nunquam non licet. Sed propositio de forma logica vniuersalis est, vbi subiicitur terminus communis signo vniuersali determinatus. Ad hanc duplex abstraculum est, nec sit generalis cōsequutio. Primo, quod singularia maxime substantiæ pluribus prædicatis substant, quàm vniuersalia, quæ sunt secunda substantia. Et sic multa prædicantur de singularibus, quæ non semper verificantur de vniuersalibus. Deinde propositio vniuersalis claudit distributionem subiecti, & sic de il

lo, imo de omnibus indiuiduis dicitur prædicatum, & tamen propter distinctionem rationis particularis & vniuersalis, nō quicquid competit alicui, vel aliquibus singularibus, cōpetit omnibus. Immo indiuidua debent inter se proprietatibus incōmunicabilibus differre. Vnde nulla est illatio, si tribus aut quatuor aliquid conuenit, iam congruat omnibus. Sed tantum, quando de singularibus aliquot eorum essentialia prædicantur. Tunc enim si quibusdam competant, omnibus etiā. Quia essentia illis nulla est alia, præter species, & genera, & differētias, quæ cunctis singularibus suis competunt. Et quoniam principia scientiarum, propositiones, scilicet immediatæ semper sunt prædicationes essentialis, & de per se, ideo ad principia indaganda & colligenda efficacissima species argumenti est inductio. Inter prædicationes accidentales, vbi accidentia prædicantur de primis substantijs, valde profecto debilis. Sed argues contra primum. Ergo hęc consequentia est bona. Hoc animal est rugibile, & hoc animal, & sic monstratis quatuor, & quinq; leonibus, quibus essentialis est forsam rugibile esse: ergo omne animal est rugibile. Dicitur, quod inter singularia & vniuersalia est ordo plurimum in ascensu obseruandus, sane vt indiuidua sint immediata speciebus imis, & hæ generibus, & sic vsq; ad supremum. Inductio ergo est & debet esse ab singularibus ad suum immediate vniuersale, non ad mediatum saltem efficaciter. Vnde non valet ab animalibus singularibus ad animal genus, si propositiones sint de tertio adiacenti, sed ad singulorum species, de secūdo vniuersalissime tenet. His & alijs (quæ loco præfato tradidimus, præsuppositis, respondetur, quod inductio non est consequentia formalis. Quia est ab singularibus propositionibus ad vniuersalē. Interquæ est maxima distantia, suntq; prædicta obstacula, nec valeat. Sed materialiter est bona in propositionibus, de per se, si sincerè, & candidè nulla fraude formetur, quas fraudes dudum insinuabamus. Sed cum inductio ad vniuersalia disciplinarum principia venanda primitus introducta fuerit, nunc dialectici eam ad suppositionem terminorū dumtaxat metiendam vtuntur. Ad quod proinde obtinendum auferunt prædicta impedimenta tot additionibus, quibus non potest quidem ad rerum naturas scrutandas (vt prius) prodesse: prodest tamen ad suppositiones



sitiones terminorum cognoscendas. Primo ad  
 aut singularibus signatis ly, & sic de singulis,  
 quod omnibus non numeratis, atq; ostensis  
 æquipolleat. Ideo enim in primis consequen-  
 tia formalis non est, quod omnia haud nume-  
 rantur. Et præterea constat iam illos, scilicet  
 esse omnes illius propositionis vniuersalis sin-  
 gulares. Sed hæc duo videntur sibi re ipsa op-  
 pugnant. V. g. iste homo currit & ille, & sic de  
 singulis, & isti sunt omnes homines, ergo om-  
 nis homo currit. Primo si tu ostendis iam om-  
 nes homines ut quid, et sic de singulis, inferi-  
 tur. Hæc particula enim eo subleuit, ut quia  
 singulares omnes ostendi nequeunt, sub intel-  
 ligantur. Præterea, quam nunquam in philo-  
 sophia is modus arguendi frugi esse potest,  
 nemini profecto palam non est, sed isti sophi-  
 stæ (ut dixi) omnes inductiones formant futi-  
 les, ac inanes, tantum, ut suppositiones termi-  
 norum rimentur. De qua re quia fusc locis ci-  
 tatis loqui sumus, superest, ut eis hoc in loco  
 solummodo disputationis gratia subscriben-  
 tes de inductione sophiste ea proponamus,  
 quibus se se vexet, tortura non intellectum  
 sed caliginem paritura. Qui non sereno, sed  
 tetro, obscuroq; gaudent cælo frui.

¶ IN HAC materia princeps quaestio est  
 de resolutione complexorum, cum vnicavel  
 plures accipiuntur: & terminorum supponen-  
 tiâ confusè. Circa primum cum regula plana  
 fit: ut is ordo in resolutione teneatur, quod  
 prius omnis terminus supponens determina-  
 te, deinde supponens distributiue, & ultimo lo-  
 co supponens confusè resoluantur, quædam  
 consequentiæ inueniuntur, in quibus cum ista  
 regula violetur, tenent. V. G. genitiuus huius  
 quilibet equus hominis currit secundum re-  
 gulam est post rectum resoluendus, & tamè  
 immediate licet descendere. Ut valet, ergo  
 quilibet equus istius hominis, vel sic de singu-  
 lis. Vbi & alius defectus committitur, quod  
 arguimus ab vnica distributione ad plures.  
 Præterea in hac, equus cuiuslibet hominis cur-  
 rit, genitiuus supponens distributiue resolu-  
 tur post habito recto supponente determina-  
 te, qui tamen secundum regulam prius resol-  
 uendus erat. Ut valet, ergo equus istius homi-  
 nis currit, & sic de singulis. Is ergo subtilissi-  
 mus est istorum labor, quando scilicet liceat re-  
 gulam illam transgredi, atq; violare. Nos aut  
 in summis regulam inuolabilem ea doctri-  
 na reddimus: ut descensus legitimus non ha-  
 beretur, si ascensus in eisdem terminis & sup-

positione non valeret: & è contra, quam cer-  
 to iudico verosimilimam. Maxime quod cū  
 secundum istos inductio sic formetur, ut an-  
 tecedens & consequens æquipolleant, & in-  
 ter æquipollentes videamur arguere (constā-  
 tia enim & sic de singulis pene ipsa propo-  
 sitio vniuersalis est) non video, cur non debeat  
 esse mutua consequentiæ. Deinde, cum iam in-  
 ductio sit quædam resolutio suppositionis: &  
 suppositio sit eadem, siue propositio sit ante-  
 cedens siue consequens, debet profecto eodē  
 modo resolui, siue ascendatur, siue descenda-  
 tur. Sed modo quando sententiam nostram  
 non sequimur, demus & hoc tempore, dicen-  
 tes quo pacto regula violari possit. Vbi pri-  
 mum fundamentum est, quod cum infringitur  
 bonitas consequentiæ, metienda est per regu-  
 las restrictionis, vel ampliationes (hæc enim  
 duæ conditiones sunt suppositionis) nec nō  
 & per distributionem, & omnino appellatio-  
 nis. Quo circa aduerte, quod distributio abso-  
 luta & completa est tamquam terminus su-  
 perior ad distributionem incompletam seu  
 dependentem. Est autem distributio comple-  
 ta seu absoluta, sub qua licet ascendere, & des-  
 cedere immediatè, dependes autem sub qua  
 ista nō licent. Ex quo primò colligitur, quod  
 ab distributione completa ad incompletam  
 valebit, dummodo alius defectus non com-  
 mittatur, vel commissus aliàs resarciatur. Quæ  
 duæ conditiones in omnibus regulis subijciē-  
 dis (ne sit opus toties eas repetere) subintel-  
 ligantur. Sicut valet ab termino superiori di-  
 stributo ad suum inferiorem affirmatiue, &  
 negatiue. Ut omne animal est sensibile: ergo  
 omnis homo est sensibilis, & sic de singulis,  
 contra vero non valet ab distributione incō-  
 pleta ad independentem. Est enim arguere  
 ab inferiori ad suum superius cum distribu-  
 tione superioris, quod non tenet. E conuerso  
 verò particularitas incompleta est terminus  
 aliquid vniuersalitatatis participans, completa  
 vero est pura, & immixta. Ideo ab incomple-  
 ta & independente particularitate ad com-  
 pletam valet, è contra minime.

¶ AD HAEC QVIA similes illationes  
 fundantur in restrictione, (nam ab magis ad  
 minus restrictum valet) necessario cognos-  
 cenda est vbilibet maior vel minor restrictio.  
 Et quidem ad eam cognoscendam in resolu-  
 tione copulatiua copula hypothetica omniū  
 singularium consideratur. Quoniam earum  
 veritas requiritur. In disiunctiua, vero verbali.





## Argumenta

cuiusuis particularis, cum veritas vnus sufficiat. Et in vtraq; non modo restrictio maior, vel minor expeditur penes suppositionem, sed multo melius in his resolutionibus penes verificationem. Haud enim (vt videbimus) pari passu semper suppositio terminorum, & verificatio totius propositionis currunt.

¶ **TANDEM** cum huiusmodi complexa accipiatur vnica & plures, & hic sit acceptio clarior, de illa prius nobis agendum est. Sed quadrisarie potest huiusmodi complexum, quoad suppositionem se habere. Vel enim nulla pars distribuitur, vel ambæ distribuuntur, vel prima distribuitur tantum: vel dumtaxat secunda. Quæ distinctio habet etiam locum in acceptance vnica tam in affirmatiuis, quam in negatiuis. Igitur quatuor regulas constituemus de complexis affirmatiuis, vbi accipitur pluribus, & totidem de negatiuis & sic de cæteris. Vniuersas nullibi gentium hactenus luce visas, nunc recens natas, & in gratiam sophistarum editas.

¶ **SED ANTE QUAM** hoc complexorum, & acceptioinum vepretum aggrediamur, operepretium fore credo aduertere, non tantoto cælo has acceptance vnica, & plures differre, quin quandoq; vel æquipolleant, vel saltem ab vna ad alteram illatio teneat. Nã quando neutra pars distribuitur, mutua consequentia est in affirmatiuis, velut inter æquipollentes. Vt equus hominis sedet, ergo hominis equus sedet, dum modo copula sit presentis temporis. Nam si extrinseci, maxime si determinatio terminus est cõnotatiuus, valebit quidem ab vnica ad plures, vt equus regis fuit albus, ergo regis equus fuit albus, sed nõ è conuerso ab pluribus ad vnica, vtpote ab non appellante ad appellantem, & ab minus ad magis restrictum sine distributione. Et si nudius tertius Petrus non esset rex, & haberet equum album, cras vero coronam adipisceretur, nullum album equum habens, antecedens esset verum, & consequens falsum. Secunda regula, quando pars (idest) determinatio accepta vnice distribuitur non totum, vel si totum distribuitur non determinatio, in affirmatiuis valet consequentia ab vnica ad plures, sed non ab pluribus ad vnica. Vt tenent, equus cuiuslibet hominis currit, ergo cuiuslibet hominis equus currit, vtpote à magis ad minus restrictum sine distributione minus restricti. Et valet itidem, quilibet equus hominis currit, ergo hominis quilibet equus

currit, ab distributione completa ad dependentem. Neq; reputatur hic inconueniens arguere ab confusa ad determinatam respectu determinabilis distributi, quia formaliter, & totaliter etiam determinatio distribuitur ab signo determinabilis, cum vnica acceptance feratur in totum. Hæc regula intelligitur pariter quando copula est intrinseci temporis. Quia de extrinseci tantum valet, quando determinatio distribuitur. Ab pluribus vero ad vnica neutrilibet licet. Vt non sequitur: cuiuslibet hominis equus currit, ergo æquus cuiuslibet currit, ab minus restricto ad magis restrictum sine distributione, & sine constantia ex parte determinabilis, quod in antecedenti supponit pro singulorum proprijs, in consequenti pro communi. Vnde si nullus existat, datur antecedens verum, & consequens falsum. Constantia vero non potest poni, quia non est ponenda consequentis, sed antecedentis. Sed de his statim.

¶ **QUANDO** vero vtraq; distribuitur siue pluribus, siue vnica sumantur, nec valet ab vnica ad plures, nec ab pluribus ad vnica. Nam si ab pluribus ad vnica, vt cuiuslibet hominis quilibet equus currit, ergo, quilibet cuiuslibet: arguitur ab minus ad magis restrictum affirmatiue sine constantia, & datur antecedens verum, & consequens falsum, hypothesis cõmuni, vel rebus vt nunc, vt nullus sit communis. Neq; tenet quilibet equus cuiuslibet hominis currit, ergo cuiuslibet quilibet, ab magis ad minus restrictum cum distributione non restricti.

¶ **DE ACCEPTIONE** plures, prima etiam prædictarum & quarta loquuntur, quãdo videlicet vel neutra, vel vtraq; distribuuntur. Sed quid si altera tantum dico, quæcũq; sit illa, ab pluribus ad vnica non valet. Vt cuiuslibet hominis equus currit, ergo equus cuiuslibet hominis currit, ab minus ad magis restrictum sine distributione. Neq; hominis quilibet equus currit, ergo quilibet equus hominis currit, ab vniuersalitate incompleta ad completam, & ab restricto ad non restrictum cum distributionem restricti ex parte determinabilis, & ab particularitate completa ad incompletam ex parte determinationis. Vnde regula generalis. Quoties aliqua vel aliquot distributiones interfuerint, nunquam ab pluribus ad vnica valet. Hactenus de affirmatiuis.

SE D pro negatiuis sit prima. Quãdo neutra distri-



distribuitur ab vnica ad plures, apud oēs valet. Vt equus hominis non currit, ergo hominis equus non currit. Si vero fingās cum non nullis genitiuū in his ab negatione distribui nō tenet ab pluribus ad vnica. Quia arguimus virtualiter ab non distributo ad distributum. Ego vero etiam quasi inter æquipollentes & hanc illationem admitterem.

¶ SI vero vtraq; pars distribuitur ab vnica ad plures non tenet. Vt quilibet equus cuiuslibet hominis nō currit, ergo cuiuslibet equus non currit. Instatur si rebus vt nunc nullus sit cōmunis & aliqui proprii currant, antecedēs est verum, per nō suppositionem in subiecti, cōsequens falsum, per resolutionem à magis ad minus restrictum sine constantia & cum distributione nō restricti. Ab pluribus ad vnica tamen valet, vt cuiuslibet hominis quilibet equus non currit, ergo quilibet equus cuiuslibet non currit. Locus est ab minus ad magis restrictum cum distributione minus restricti negatiue. Si vero non determinatio, sed determinabile distribuatur, ab vnica ad plures bene valet. Vt quilibet equus hominis nō currit, ergo hominis quilibet equus non currit: ab vniuersalitate completa ad incompletam ex parte determinabilis: & ab distributo ad nō distributum ex parte determinationis, è contra minime (vt in principio diximus.)

Hucusq; de æquipolentia harum acceptionū, etiam, secundum sophistarum sententiā. Nā nostra plura horum recideret, vt pote arbitrata (vt in summis explicui) nullam collectionem seu cōmunem possessionem genitiuo post rectum colocato magis referri, quā anteprolato. Que opinio vniuersas has distinctiones amputat, & instantias illationum subcidit. Cur enim hæc impugnatur? cuiuslibet hominis quilibet equus currit, ergo quilibet cuiuslibet, nisi quod in consequenti putant restringi rectum pro equis cōmunibus, quipe resolutione ab determinabili inchoante. Ego vero existimo semper determinabile ab determinatione dependere, ipsiusq; resolutionem expectare: hanc vero supponere independentem, ita vt perpetuo prius sit resolueda. Vt cunq; vero res se habet, horū tractatu peracto, resolutionem complexorum methodo præfacta differamus.

¶ PRIMA regula in his. Si nulla pars distribuitur, sub qua vis licet immediate vtraq; inductio siue descensus, siue ascensus, nisi aliquis defectus aliās committatur.

¶ SECUNDA regula, quando vero ambæ distribuuntur: cum semper difficultas sit de secunda (nam de prima regula generalis loquitur, quam modo violare querimus) sane vt ab ea resolutio incipiat, licet sub secunda ascendere, non tamen descendere. Vt cuiuslibet hominis iste equus currit, & sic de singulis, ergo cuiuslibet quilibet. Sed cuiuslibet quilibet, ergo cuiuslibet iste: nihil. Vt pote ab minus ad magis restrictum absq; constantia, & ab distributione dependenti ad singulares absolutæ. Instatur & casu sint singuli singulorum currentes, nullus tamen communis, vel si fuerit, quiescat.

¶ SECUNDA regula: Quando prima pars tantum distribuitur, licet ascendere disiunctiue sub determinabili immediate: descendere vero neutiquam. Vt cuiuslibet hominis iste, canis latrat vel cuiuslibet iste: ergo cuius vis canis latrat. Arguimus enim ab magis ad minus restrictum affirmatiue sine distributione, qui est locus arguendi. E contra non tenet. Cuiusvis hominis equus ambulat, ergo cuius vis iste. Arguemur enim ab minus ad magis restrictum affirmatiue, sine distributione, sine constantia magis restricti & sine distributione. Instatur, si omnes singulorum ambulent, nullusq; ab omnibus habeatur.

¶ QUARTA, regula, cum secunda pars dumtaxat vniuersaliter supponit, immediate sub illa potest quilibet ascendere copulatiue. Vt hominis iste equus currit, & sic de singulis, ergo hominis quilibet equus currit. Ab distributione cōpleta, id est, ab singularibus eius, ad dependentem. Descensus vero ideo nō valet, quod argueremus ab dependenti ad absolutam. Et instatur, si cum tres homines habeant singuli plures equos, omnes vnus currant, cæterorum equi iaceant.

¶ HACTENVS de complexis propositionum affirmatiuarum, de negatiuis iudicandum reor, & per affirmatiuas (vt par est) & per regulam vniuersalem contradictorium, & per illam, si ex opposito consequentis valeat ad oppositum antecedentis. Quæ tres regulæ eadem in sententia resident.

¶ SED nihilominus totidem formatur regulæ. Quando neutra distribuitur, licet descendere sub determinabili, non autem ascendere. Vt non valet, hominis iste equus non currit, vel sic de singulis, ergo hominis equus non currit: ab minus restricto ad magis negatiue, & sine distributione. Instatur, si sit so-



## Argumenta

Ius vnus homo habens equum currentem, antecedens verificatur per non suppositionem vnus signati (sufficit enim vna pars sit vera. Sed si ponatur constantia, vtraq; resolutio licet, sicuti in affirmatiuis.

¶ **Q V A N D O** ambæ distribuuntur, euidens est ascensum sub secunda parte nõ licere. Vt cuiuslibet hominis iste equus nõ currit, & sic de singulis, ergo cuiuslibet hominis quilibet equus non currit, casu sint tres equi cõmunes currentes, alij autem singulorũ sedentes. Sed an liceat descensus dubium est, & ambiguitas consistit, an in huius resolutione, cuiuslibet hominis quilibet equus non ambulat, liceat demonstrare equos communes. Vtrum (inquam) equi cõmunes sint, & possint dici singulorum. Si datur posse, tunc ad veritatem illius opus est nec cõmunes, nec singulares currant, & valebit descensus. Si vero non monstrantur communes, nec tenebit descensus. Vt cuiuslibet, nullus, ergo cuiuslibet ille non currit, datur antecedens verum, & consequens falsum, si singulorum proprii sedeant, cõmunes currant. Argumetur ab minus ad magis restrictum negatiuè, & cũ distributione. dicet quis, quare non possint etiam communes ostendi, cum si proprius est cunctorum, videatur pariter singulorũ. At cum inter monachos possessiones sint cõmunes, nemo tamen illorum absolute, & vere dicit hoc est meum, nisi cum addito prout sum pars istius cõmunitatis, vel cum alijs confratribus, & sicut hereditas antequam diuidatur, est omnium filiorum, non singulorum, ita videtur in præfenti philosophandum.

¶ **Q V A N D O** vero prima tantum distribuitur, non licet verè (idest) ab vniuersali ad sua singularia descendere. Quod est dictum, cũ constantia. Vt non valet. Cuiuslibet hominis equus non currit, ergo cuiuslibet hominis iste equus nõ currit, vel sic de singulis. Antecedens enim est verum, & cõsequens falsum, casu sint tres homines habentes tres equos proprios sedentes, & tres cõmunes currentes. Antecedens est verum, vt patet per legitimam resolutionem determinationis, & consequens falsum, vt pote disiunctiua, cuius quælibet pars est falsa. Sed neq; ascendere, vt cuiuslibet hominis iste equus non currit, vel sic de singulis, ergo cuiuslibet hominis equus non currit. Ex pugnatur, casu nullus sit communis, sed plures, particulares. Forsam cum constantia valeret.

¶ **Q V A N D O** secunda pars tantum distribuitur, ascensus immediatus est licitus, descensus prohibitus, vt hominis iste equus non currit, & sic de singulis, ergo hominis quilibet equus non currit. Arguimus enim ab singularibus vniuersalitatis completæ ad dependentem in descensu vero oppositus defectus comitatur, & si duo homines sint, quorum alterius equi currat, alterius sedeant, antecedens erit verum, & consequens falsum.

¶ **H A C T E N V S** de acceptione cõplexi pluribus. De vnica acceptis, supposita distinctione penes distributionem prima regula. Si nulla pars distribuitur, vtraq; resolutio sub quacumq; illarum immediate licet, quando certe indifferens est etiam vtraq; acceptio. AEquipollet enim equus hominis, & hominis æquus.

**Q V A N D O** vero vtraq; distribuitur neutra resolutio conuenit sub determinatione. Nam in descensu, vt quilibet cuiuslibet, ergo quilibet istius, arguitur ab magis ad minus restrictum cũ distributione minus restricti, & infringitur, si equi omnes cõmunes currat, pro quibus secundum istos sophistas solũmodo supponit in vniuersali, & proprii quicũq; dormiant. In ascensu arguitur ab minus ad magis restrictum sine constantia: & demum ab acceptione distributiua ad collectiuã: & ab singularibus vniuersalitatis cõpletæ ad dependentem. **Q V A N D O** vero determinabile dũtaxat distribuitur, licet descendere prius sub determinatione. Quia arguitur ab distributione absoluta ad dependentem. Nec incõuenit arguere ab vnica distributione ad plures respectu termini supponētis confusè. Quia ex parte verificationis disiunctiuè recõpèsatur defectus. Ascendere vero, minime permittitur. Vt non valet, quilibet equus istius hominis nõ currit, vel sic de singulis, ergo quilibet equus hominis currit, ab restricto ad nõ restrictum cum distributione non restricti. Instatur, si equi vnus hominis currant, aliorũ iaceant. Et hinc cernis, quòd cum genitiuus supponat confusè pro vno, propositio postulat, equi omnes, qui possidentur ab hominibus, currant.

**Q V A N D O V E R O** secunda pars distribuitur, ascensus non licet, sed neq; descensus. Vt equus cuiuslibet hominis currit, ergo equus istius hominis, & sic de singulis. Quasiatur, si equus cõmunis cursum agat, peculiæ res quiescant. Nisi dicas, licere sub resto in illis singularibus ostendere communem. Quod supra



supra improbauimus.

¶ **HACTENVS** de affirmatiuis. In negatiuis existimāt hi, distribui virtualiter determinationē ab negatione subsequēti. Vt hic equus hominis non currit, genitiuus supponat distributiue, propterea quod in contradictoria affirmatiua, quilibet equus hominis currit, supponit vltimo determinatē. Vnde totidem regulis respondemus. Quod quando neutra formaliter distribuitur, licet ascendere immediate sub determinatione copulatiue, quoniā supponit virtualiter vniuersaliter. Vt valet, equus istius hominis non est albus, & sic de singulis, ergo equus hominis non est albus. Neq; reputatur defectus argui ab pluribus determinatis ad vnicam respectu termini virtualiter distributi. Descendere vero non permittitur. Vt equus hominis non ambulat, ergo equus istius non ambulat, & sic de singulis. Aduersus hanc obliqui suppositionem virtualiter distributam alias argumētati sumus, vt pote quæ nobis ficta visa est. Quod sic uel euerit, dicturus est licere ascensum, & descensum disiunctiuum. Et demum sit pro his regula generalis, licere similes negatiuas resolueri sicut resoluuntur contradictoria affirmatiua. Quia in oppositis semper idem ordo resolutionis obseruatur.

¶ **SICVI** hæc regulæ vniuersæ plures visæ fuerint has pauciores subnectendas & breuiiores sumat. Prima, quando nulla est distributio, quomodolibet vnica vel pluribus determinatio, & determinabile capiantur, liber est modus, ordoq; resolutionis. A quocumq; libet, licet. Nā si sunt affirmatiua, æquipollēt vnica pluribus. Et deniq; inueniet quisq; sine labore eandem esse licentiam, & in contradictorijs negatiuis.

¶ **IN ACCEPTIO NE** pluribus affirmatiuarū, quomodolibet termini supponāt, potest quispiam prius ascendere sub determinabili, nunquam descendere. Hæc regula supponit, quod in hac, cuiuslibet hominis quilibet equus, licet ostendere tā communes quā proprios. Alias non valet, cuiuslibet hominis iste equus currit, & sic de singulis, ergo cuiuslibet hominis quilibet equus currit. Vt pote si in consequenti tantum pro proprijs supponat. In negatiuis vero semper ascendere, nunquam descendere licet. Excipitur hæc (aiunt quidam) cum sua contradictoria, quilibet equus cuiuslibet hominis currit. In qua neutrum licet. In acceptis vnica affirmatiuis semper li-

cet descendere subdeterminatione vt cumq; termini supponant, non tamen ascendere.

¶ **DVPLEX** est sophistis nemus in ampliacionis vastissimo cāpo. Primum in copulis dilucidandis, secundū, in defensione locorum, quæ multis obiectionibus impugnantur. Quo circa vt huius operis instituto satisfaciamus, necessum est, & nos has siluas arcu & pharetra deambulemus.

¶ **CIRCA** primum notandum reor, esse aliquas propositiones, quas dicunt de copula copulata, & de disiuncta copula, in quibus difficulter regulæ ampliacionū obseruatur. Vnde pro earum intelligentia notato ex lib. 2. c. 8. de qualitate propositionis. Quod copula principalis est duplex, altera simplex, vt in hac homo est animal, altera complexa, vt in hac homo est, vel fuit animal. In copula complexa qualitas propositionis attenditur, si hæc affirmatur, vel negatur, siue coniunctio negatur, siue non. Vnde si vtraq; pars copulæ affirmatur, propositio erit affirmatiua, si vtraq; negatur, negatiua: si tamen altera negatur, & altera affirmatur, formaliter mixtæ qualitatis. Exemplū primi, homo est, vel fuit albus, secundi, homo non est, vel non fuit albus, tertij, homo est vel non fuit albus. Et ex his propositionibus, quæ sunt mixtæ qualitatis, quædam sunt virtualiter affirmatiua, quædam virtualiter negatiua. Virtualiter affirmatiua est, quæ infert ex se vnā pure affirmatiuam. Vt homo est, & nō fuit albus, infert hanc, homo est albus. Virtualiter negatiua, quæ infertur ex vna pure negatiua. Vt hō est vel non fuit albus, infertur ex hac, homo non fuit albus. Secundo notato quod veritas istarum propositionum cognoscitur per resolutionē præcedentiū terminorū. i illæ propositiones nō sunt immediate reducibiles ad propositiones copulatiuas vel disiunctiuas, sed prius termini resoluuntur ratione quantitatis, deinde ratione cōnotationis, & postea ad copulatam, si fuerit de copula copulata, si vero de distincta, ad disiunctiuā. V. G. hæc propositio, omne album est, & fuit nigrum, resoluitur ratione quātitatis hoc modo, hoc album est & fuit nigrum, & hoc album est & fuit nigrum, & sic de singulis, ergo omne albū est & fuit nigrū. Deinde sumpta quacumq; singulari. Ratione cōnotationis hoc pacto, hoc est & fuit nigrū, & hoc est, vel fuit hoc album, ergo hoc albū est & fuit nigrum. Ad demum reducenda sunt in copulatiuas. Hoc intelligendum est quan-



## Argumenta

do subiectum est resolvable ratione quantitatis aut connotationis) aliàs propositio de copula copulata immediate est reducibilis ad copulativas. V.g. hæc præpositio, Petrus est & fuit albus, immediate reducitur in istã, Petrus est albus, & Petrus fuit albus. Et ista Petrus est vel fuit albus in istã, Petrus est albus, vel Petrus fuit albus.

¶ TERTIO cōsiderato prædicata istarũ propositionum supponere, sicut prædicata illarum ad quas reducuntur. Vnde ad cognoscendum quomodo supponant debemus consulere propositiones, ad quas reducuntur. V.g. prædicatum huius propositionis Petrus est vel non fuit albus, non supponit pure distributiue, sed partim particulariter, partim distributiue. i. in ordine ad primam copulam particulariter, in ordinẽ ad secundam distributiue. Hoc patet. Nam ista Petrus est albus, vel Petrus non fuit albus ad quam immediate reducitur, supponit in prima particulariter, & in secunda distributiue. Vnde hæc est bona cōsequẽtia Petrus est albus, ergo Petrus est vel non fuit albus, à parte disiunctiua ad totã virtualiter. Nec argumentamur ex parte de ly albus à non distributo ad distributum. Quoniã in consequenti etiam prædicatum in ordine ad illã copulam non distribuitur. Idem cõsẽto de prædicato huius propositionis, Petrus est, & nõ fuit albus. Neq; enim est verus modus dicendi quorundã, quòd in hac propositione, Petrus est, & non fuit albus, prædicatum non distribuitur, sed supponit particulariter, quia infert ex se vnã pure affirmatiuam formaliter in qua prædicatum supponit particulariter. Et in hac Petrus est, vel non fuit albus, prædicatum supponi distributiue. Quia infertur ex vna pure negatiua formaliter in qua prædicatum distribuitur. Nam eadẽ ratione possumus dicere in secunda supponere distributiue, quia formaliter infert vnã negatiuam, in qua prædicatum simpliciter distribuitur. Bene sequitur. Petrus est & non fuit albus, ergo Petrus non fuit albus. Et quòd in secunda supponit particulariter. Quia infertur formaliter ex vna affirmatiua, in qua prædicatũ supponit particulariter. Vt tenet Petrus est albus, ergo, Petrus est vel nõ fuit albus. Confirmatur, sequitur ex illa sentẽtia, quòd hæc consequẽtia non esset bona, Petrus est albus, ergo Petrus est, vel non fuit albus, quia argumentamur à non distributo ad distributum ex parte prædicati. Neq; ista va-

leret, Petrus est & nõ fuit albus, ergo Petrus non fuit albus: cum isdem defectus committatur. Sed dicitur nec supponi pure distributiue, nec pure particulariter, sed partim particulariter, partim distributiue (vt expositũ est). Quarto aduertito in propositionibus de disiuncta copula pure affirmatiuis, idẽ esse prædicatum præcedat, vel sequatur copulas. Vnde hæc propositiones æquipollent, Petrus est, vel fuit albus, Petrus album est vel fuit. Hoc intelligito quantum ad ampliationem, vel restrictionem. Nam in propositione, de disiuncta copula pure affirmatiua ita ampliatur tertri sequentes, sicut antecedentes. Quantum vero ad distributionem non est idem, sequatur, vel præcedat. Siquidem cum prædicatũ distributum sequitur copulam: illud prædicatum non est immediate resolvable ratione illius distributionis. Quoniã dependet ab illa particularitate, vel, & sic est distributio incompleta. Quando vero prædicatum distributum copulam præcedit, immediate est resolvable ratione illius distributionis. Quia illa distributio est independens & absoluta distributio. Qua de causa ista consequẽtia nihil valet, Petrus est, vel fuit omne album, ergo Petrus omne album est vel fuit. Argumentamur virtualiter à non, ad distributum. Violatur si fuerit Petrus omne album, & modo sint alij homines albi cum illo. Præterea est alia differentia, quòd cum prædicatum sequitur copulam in propositione de disiuncta pure affirmatiua, illa propositio est immediate reducibilis ad disiunctiuam, nisi aliunde committatur defectus. Quãdo vero præcedit copulam, & distribuitur, haud immediate reducitur, sed prius resoluitur ratione quãtitatis, & distributionis. Si autẽ propositio fuerit de copula copulata non est idẽ, quòd prædicatũ præcedat, aut sequatur. Nã sequitur restringitur ad id, quod est, & fuit, præcedens vero ampliatur ad illud, quod est, vel fuit. Propositio insuper de copula copulata non statim reducitur ad copulatiuam, sed prius resoluitur ratione quãtitatis, & connotationis. Verbi causa, hæc propositio, omne album est, & fuit nigrum, non illico reducitur ad copulatiuam. Aliàs daretur antecedens verum, & cõsequens falsum. Vnde non sequitur. Omne album est & fuit nigrum, ergo omne album est nigrum & omne album fuit nigrum. Frangitur casu sit Petrus nunc albus, qui antea fuerit niger, antecedens est verum, & consequens



quens falsum pro prima parte. Vnde illa propositio prius resoluenda est ratione quantitatis per ascensum, & descensum, deinde ratione connotationis, & postremo omnes singulares construendæ in copulatiuâ. In propositione etiam de disiuncta copula, aut de copula copulata mixtæ qualitatis idem iudicatio. Quibus suppositis statuitur prima regula pro materia copularum.

### Prima Regula.

**A**B PROPOSITIONE pure affirmatiua ad propositionem de disiuncta copula participantem cum illa ad minus in altero termino, in qua similis copula affirmatur, & altera pars copulæ negatur (dummodo prædicatum præcedat copulam, & non committatur defectus respectu illius extremi, respectu cuius arguitur, est formalis consequentia. Ut sequitur Petrus est homo, ergo Petrus currens est, vel non fuit. Ergo Petrus chimera est vel non fuit. Dixerim pure affirmatiua: quia non sequitur. Deus contingenter est creans, ergo Deus creans contingenter est vel non fuit. Bene tamé sequitur Deus possibiliter est creans, ergo Deus creans possibiliter est, vel non fuit. Item dixi dummodo prædicatû præcedat, quia non sequitur. Petrus est homo, ergo Petrus est vel non fuit currens. Interciditur: si Petrus antehac semper cucurrerit, & modo quiescat. Et dummodo non committatur defectus ex parte illius termini respectu cuius arguitur, quia non tenet. Omnis homo est albus, ergo omnis homo currens est, vel non fuit. Quia ex parte subiecti arguitur, à minus ad magis amplum cum distributione amplii. Instatur. Sic modo solus Petrus, & sit albus & fuerit Paulus currens: antecedens verû & consequens falsum, at quamquam hec regula nullius sit frugis aut momenti, ex illa sequitur secunda.

### Secunda Regula est.

**A**PROPOSITIONE de copula copulata, cuius vna pars est affirmatiua, & altera negatiua (dummodo prædicatum præcedat) ad propositionem negatiuam participantem cum illa in altero extremo, & in copula negata, est bona consequentia. Etiam si committatur defectus ex parte alterius extremi, respectu cuius argumentum non formatur. Bene sequitur. Petrus currens est & non fuit, ergo Petrus nullum currens fuit. Ratio huius regulæ

est. Quòd in bona consequentia ex opposito consequentis ad oppositum antecedentis. Vnde arguendo ex opposito consequentis huius consequentiæ ad oppositum antecedentis est bona consequentia. Valet Petrus currens fuit, ergo Petrus currens non est vel fuit.

### Tertia Regula est.

**Q**VANDO PROPOSITIO est de copula copulata, cuius vna pars affirmatur, altera negatur (nempe propositio mixtæ qualitatis) optimum est argumentum ab amplo, ad non amplum sine distributione amplii, & sine constantia non amplii. Ut tenet, Petrus albus est, & non fuit: ergo Petrus est, & non fuit albus, similiter etiam, Petrus albus non est at fuit, ergo Petrus non est, & fuit albus. In quibus consequentijs etiam si videatur, argui ex parte prædicati, ab amplo ad non amplum sine distributione, & sine constantia ex parte prædicati. Argumentamur tñ à magis ad minus ex parte totius propositionis quoad veritatem illius propositionis. Vnde arguendo opposito modo, nihil valent illæ consequentiæ. Scilicet, Petrus est, & non fuit albus, ergo Petrus albus est, & non fuit. Instatur, si Petrus sit modo albus, & non fuerit albus. Neq; ista valet, Petrus non est & fuit currens, ergo Petrus currens non est & fuit: ut pote si ille non sit currens, fuerit tñ currens. Ex opposito consequentis ad oppositum antecedentis huic regulæ tertiæ est optima consequentia. Bene sequitur. Petrus non est, vel fuit albus, ergo Petrus omne album non est vel fuit. Optime etiam. Petrus est, vel non fuit currens, ergo Petrus omne currens est, vel non fuit. Nam & si videatur argumentum formari ab non amplo ad amplum ex parte prædicati cum distributione, non tamen argumentamur, nisi à minus ad magis restrictum cum distributione minus restricti negatiue.

### Quarta Regula est.

**Q**VANDO VTRAQUE negatur in propositione de copula copulata ut in ista propositione Petrus non est & non fuit albus, prædicatû illius propositionis æque ampliatur, siue præcedat siue sequatur. Vnde nunquam committitur defectus ab amplo ad non amplum, nec è conuerso. Probatum ista regula. In sua contradictoria æque ampliatur omnes termini siue præcedant, siue sequantur, ut patet in ista, Petrus est, vel fuit albus, quæ est



quæ est contradictoria illius: ergo. Quinta regula est quando utraq; pars affirmatur, ut in ista Petrus est & fuit albus. Servandæ sunt regulæ generales ampliacionum. Quoniam nõ est aliã specialis difficultas. Ut infertur, Petrus est & fuit albus, ergo Petrus albus est, & fuit, per quartã regulã ampliacionum. E cõtra vero minime. Quia argumentamur ab amplo ad non amplũ sine distributione, & sine constantia.

¶ **ADVERTE**, quod ista consequentia non est firma Petrus omne album est, & fuit, & Petrus est, & album est, ergo Petrus est, & fuit albus. Nã si modo Petrus sit solus in rerũ natura, & albus, non tñ fuerit albus, diluitur, ratio est, nõ recte poni constantiã nõ ampli. Debet enim hoc pacto, & album, quod est & fuit album, est. Quia consequens pro tali albo restringitur.

### Contra locos arguendi, & in ampliacionibus & restrictionibus.

**HACTENVS** de copulis copulatis in cõmuni dixisse, sufficiat, ut pote cum mixtim in examinatione locorũ, quæ superiunt, plura inferturi sumus.

¶ **Loci** vero arguendi in hac ampliacionis materia (quos sophistæ tradunt) sunt nũme. sex.

¶ **Prima**, ab amplo ad non amplũ affirmatiuè cũ distributione ampli, & posita constantia non ampli formaliter sequitur. Ut omnis homo potest ambulare, & homo est ergo omnis homo, qui est, potest ambulare.

¶ **Secunda** ab amplo, ad non amplũ negatiuè cum distributione ampli etiã sine constantia, valet. Ut nullus equus potest esse lapis, ergo nullus equus est lapis.

¶ **Tertia**. Ab nõ amplo ad amplũ negatiuè sine distributione ampli, & cum constantia non ampli, tenet. Hæc sequitur ex prima.

¶ **Quarta**, ab non amplo ad amplũ affirmatiuè sine distributione ampli etiã sine constantia, valet. Hæc profluit etiã ex secunda.

¶ **Quinta**, ab amplo ad non amplũ sine distributione ampli nunquã, neq; affirmatiuè, neq; negatiuè. Ut Deus potest esse homo, & Deus est, & homo est, ergo Deus est homo.

¶ **Sexta**, ab nõ amplo ad amplũ cum distributione ampli, nullatenus. Sed libet paulisper cõtra has regulas imitãdo sophistas arguari.

¶ **CONTRA** primã. Hec est nulla, omnis hõ in omni loco possibiliter est, & hõ est, & locus est, ergo, omnis hõ in omni loco est, & argumentamur per illã regulã, ergo. Ad argumentũ cõcessa maiore negatur minor. Nam pro parte deley ens incluso in copula arguitur ab amplo ad nõ amplũ sine distributione. Sed cõtra. Etiã si distribuatur, consequentia nõ valet, ergo. Antecedens probatur. Ut hec, omnis hõ in omni loco omne ens possibiliter est, & hõ est, & locus est & ens in loco est, ergo omnis hõ in omni loco, omne ens est. Nã in simili nõ sequitur. Omnis hõ in omni loco omne animal possibiliter est, & homo est, & animal in loco est, ergo omnis hõ in omni loco omne animal est. Siquidẽ tãtũ sit vnus hõ & neq; sit, neq; possit esse aliud animal, antecedens est verũ, & consequens falsum. Ad replicã negatur sequela. Ad probationẽ cõcedito nihil valere, tñ negato, quod cum distributione nõ valet, si debite ponatur constantia. Quæ debet isto modo, & hõ est & animal in omni loco est, & ita sicut consequens est falsum ita & antecedens.

¶ **CONTRA** eandẽ regulã, nec ista, omnis hõ omne albũ imaginario est, & hõ est, & album est, ergo omnis hõ est albus, & arguitur per illã regulã. Respon. concedẽdo maiore, & negãdo minore. Quia arguitur à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter.

¶ **IN** eandẽ, hec est mala, omnis hõ est, vel fuit iustus, & hõ est, & iustũ est, ergo hõ est iustus. Instatur. Si vnus hõ hactenus fuerit iustus, modo sit iniustus. Et cũ illo vnũ angelus. Resp. cõmitti defectum ex parte prædicati. Argumẽtando, sine distributione. Contra sequitur istã non esse bonam. Omnis hõ est vel fuit iustus, & hõ est, & iustũ quod fuit homo, est, ergo hõ est iustus. Sequela patet. Cõmittitur defectus idẽ. Ad replicã concedito sequelã. Nã instatur, si vnus hõ fuerit vsq; adhuc iustus, & modo sit iniustus & Christus relinquat humanitatem.

¶ **IN** eand. Hæc consequentia est bona, hõ omne albũ possibiliter est, & hõ est, & albũ est, ergo album est homo. Tamẽ arguitur cõtra regulã. Ad argumẽtũ negatur maior, et instatur in simili. Homo omnis deus possibiliter est, & hõ est, & Deus est, ergo hõ est Deus. Ante incarnationem antecedens erat verum, & consequens falsum.

**ITIDEM**, ista, quemlibet equũ homo videt, & hõ videns equũ suum est, ergo quẽlibet equum



equum suū hō est, vidēs, & arguitur per regulam, ergo. Minor probatur. In antecedenti ly equus distribuitur pro omni equo, & in consequenti pro equo hominis. Ad argumētū negatur cōsequētia & minor. Argumētatur à cōfusa ad determinatā ex parte de ly hō. Contra, sequitur hęc nihil valeat. Quēlibet equū hō videt, & eiusdē hominis idē equus est, ergo quēlibet equū suū hō videt. Quia ratione cōstantiā tā determinate stat in antecedenti, sicut in consequenti. Quoniā in antecedenti ad singularizationē subiecti singularizatur ly hō ratione cōstantiā. Et ratio, quare in cōsequēti stat determinate, est. Quia sub termino includēte relatiuū reciprocum non licet descendere priuā sub antecedenti.

**CONTRA** eand. reg. ampl. hęc est bona consequentia, albū, quod est albū, nigrū fuit, vel erit, ergo albū, quod est album, nigrū fuit, vel album, quod est album nigrum erit, tñ arguitur contra regulā, ergo. Conceditur nō valere: instatur in simili, albū, quod est ens, nigrū fuit vel erit, ergo albū quod est ens nigrū fuit, vel albū quod est ens, nigrū erit. Casu quo Petrus, nec est albus, nec niger, fuerit tñ antea albus, & nō niger & erit niger, & nūquā albus.

**CONTRA** eandē reg. ampliacionis, bene sequitur, Brunelus albi equus est, vel fuit, ergo Brunelus albi equus est, vel albi equus fuit, tñ arguitur cōtra illā regulam, ergo. Negatur maior. Et instatur casu, Petrus sit niger & fuerit albus, & modo possidet Brunelū: qui nūquā antehac fuit, sed modo incipit esse. Si tñ dicas, Brunelus equus albi est vel fuit, quia tñ eadē est ampliatio quoad veritatē in cōsequēti, & in antecedenti valet.

**CONTRA** eand. reg. ampliacionis, hęc consequentia, nihil valet, omnis locus omnis superficies est, & locus est, & superficies est, ergo locus omnis superficies est. Probatur maior, calu maneat idē locus, varietur tñ superficies. Si aliquis dicat, quod ille terminus locus cū sit cōnotatiuus sit singularizatus, vt iste locus, qui significat superficiē in hac distātia, debet iterū probari ratione cōnotationis, & sic antecedens est falsum. Si ista superficies in ista distātia, quæ est superficies aëris, superficies aquæ est, vel fuit. Sed est argumentum, quod nō debeant isto pacto resolui. Quia tunc ista ppositio in illo calu esset vera, videlicet iste locus nō fuit locus. Probatur. Ista superficies quæ modo est, nō fuit locus. Propter hoc argumentū aliqui dicunt, quod arguitur à tenui

diuiso ad cōpositum. In eodem casu instatur illa regula à ppositione pure affirmatiua. Locus est superficies ergo, locus omnis superficies est, vel nō fuit, cōsequens est falsum, imo aliqua nō est, & fuit. Nā illa regula fundatur in hoc, quod vnū suppositū non potest successu tēporis esse plura. Et cum superficies & locus sint tā parua quātū, potest idē locus plures superficies habere distintis tēporibus, licet non habeat omnes simul.

**CONTRA** secūda reg. hęc est bona consequentia. Aliquod animal quod est rationale, nō est risibile, ergo aliquod animal non est risibile, tñ argumentatur sine constantia ergo regula nulla. Maior est nota, & minor probatur. Ly animal in antecedenti stat restrictē, & in consequenti non. Ad argumentū negatur minor. Quia in consequenti stat restrictē, sicut in antecedenti quātū ad verificationē.

**CONTRA** eand. reg. ista nō est bona. Omnis hō, omne albū possibiliter non est, & hō est, & albū est, ergo hō non est albus, & arguim⁹ per regulā. Sed instatur casu, sit vn⁹ homo albus, & ille sit contingenter. Et defectus est à magis ad minus amplum ex parte prædicati, quoad materiale, & quoad veritatem, quia in sua contradictoria stat pro necessario. Vnde si ponatur cōstantia: & hoc necesse est, erit bona. Dūmodo non distribuatur p̄dicatū, & iste est optimus defectus. Non tñ si dicas, argui à ppositione de copula particulari negatiuē ad suā de inesse. Quia sequeretur, quod affirmatiuē non valeret. I. omnis hō omne album possibiliter est, & homo est, & album est, ergo homo est albus.

**CONTRA** eand. reg. nō sequitur. Essentia nō generat, & essentia est, & generas est, ergo essentia generas possibiliter non est. Nam casu Deus creet, antecedēs est verū, & cōsequens falsum. Quod probatur. Quia cū sit negatiuū & p̄dicatū sit notiale, æquualet vni de omni. I. nulla res, quæ est essentia generas, possibiliter est. Respō. quod consequentia est bona, & cōsequēs protatur verū: quia sua cōtradictoria est falsa. I. essentia generans necessario est. Nā bene sequitur, essentia generans necessario est, ergo essentia generas possibiliter est. Rursus, ergo essentia possibiliter est generans, rursus ergo hęc est possibilis, essentia generat, consequēs tñ est falsum (quia est hæretica,) ergo & antecedens.

**CONTRA** eand. reg. ampliacionis, non sequitur. Aliquis hō non est albus, & homo est, ergo



## Argumenta

ergo aliquis hō non est vel fuit albus: tñ arguitur per illā regulā, ergo. Probatur maior, casu omnis hō fuerit albus, & modo sit niger antecedēs est verū, & cōsequēs falsum. Iā ex casu antecedens constat verū, probatur consequens falsum. Sua cōtradiētorīa est vera, ergo illa est falsa, Probatur antecedens. Ista est sua cōtradiētorīa, omnis hō est vel fuit albus, ista est vera, ergo. Resp. quod habet aliū maiorē defectū. Quia arguimus ab amplo ad nō amplū cū distributione ampli ex parte prædicati. Nam illa negatio fertur in illud, & distribuit.

**CONTRA** eand. reg. ampliacionis. Hęc consequentia nihil valet, hō non currit, ergo hō possibiliter nō currit: tñ arguitur per illam regulā, ergo. Respō. concedēdo maiorem, & negādo minorem, quia deficit constantia, & instatur in simili. Creans non est Deus, ergo creans possibiliter non est Deus, casu, Deus non creet.

**CONTRA** tertiā regulā. Ista consequentia nihil valet, omnis hō omne album est, vel fuit, ergo omnis hō est vel non fuit albus, tñ argumentamur per illā regulā, ergo, maior probatur casu, sit, & fuerit solus petrus, & fuerit albus, & modo niger. Antecedens est verū, & consequens falsum. Minor probatur. Quia ex parte prædicati argumētamur à nō restricto ad restrictum. Ad argumētū negatur minor. Defuit enim cōstātia. Quæ etiā si quando argumētamur negatiue, non requiratur, tñ hoc intelligēdū est, quādo argumētamur pure negatiue Contra sequeretur, quod è conuerso nō esset bona cōsequentia, quia argumentamur à restricto ad nō restrictum nō pure negatiue & sine cōstantia, & etiā cum distributione non restricti: consequens tñ est falsum, ergo & antecedēs. Solutio vera primi argumēti est, quod argumentamur à cōfusā ad determinatā ex parte de ly vel. Quod in antecedenti stat cōfusē in ordine ad secundū terminū, & in consequenti determinate in ordine ad primū. Et ideo è cōtrario est bona, quia arguimus à determinata ad cōfusam. Posita tñ cōstātia prædicati sic, & idē albū est, bona cōsequētia esset: vt ly idē referat ligilatim supposita de ly album in maiori.

**CONTRA** quartā regulā. Hęc consequentia nihil valet. Homo albus est, ergo hō albū erit, tñ argumētamur per regulā, ergo. Negatur minor. Quia argumentamur à disparatis. Cōtra sequitur, quod ista nō sit bona. Homo

albū non est, & hō est, & album non est, ergo hō albū non erit. Respondet, negādo sequellā. Quia arguendo ex opposito consequentis ad oppositū antecedētis est bona. Cōtra arguēdo ex opposito cōsequētis. & c. per nullū locum tenet, ergo. Respō. quod tenet ab amplo ad nō amplū affirmatiue cū distributione & cū cōstātia. Cōtra sequitur istā esse bonā. Nullus hō albū erit, ergo nullus hō album est. Consequēs est falsum. Expugnatur casu sit vnus hō tātū albus, & deinceps non sit. Et sequella probatur. Per te in hac, omnis homo, omne albū erit, & hō est, & albū est, ergo hō est albus, argumentamur ab amplo ad nō amplū. Respō. quod affirmatiue tenet ab amplo ad nō amplū sine aliquo defectu. Quoniā, etsi prædicatū nō ampliatur quoad materiale, tñ quia antecedēs non potest reddi verū, nisi pro vnico homine existente dūtaxat, qui sit albus, ideo supletur ille defectus a disparatis. In negatiua autē non supletur. Et ideo arguitur à disparatis, ex parte materialis prædicati, quoad veritatē, quo, non ampliatur quo ad eam.

**CONTRA** quintā. Bene sequitur. Homo est vel fuit animal, & hō est, & animal est, ergo hō est animal, vel hō fuit animal, & tñ arguitur cōtra regulā, ergo est falsa. Respon. negādo maiorē, & instatur in simili forma. Albū est vel fuit nigrū & albū est, & nigrū est, ergo albū est nigrū vel albū fuit nigrū, casu Petrus ante hac fuerit albus, & modo incipiat esse niger & nō fuerit aliqd nigrū, sint tñ alia alba.

**CONTRA** eand. bene valet. Hō necessario disputat, & hō est, & disputās est, ergo hō disputat, & tñ arguitur sine distributione, ergo. Præterea albū omnis hō vel fuit, ergo albū est hō, si concedatur, quia maior nō potest reddi vera, nisi pro vno supposito. Cōtra sequitur istas esse æquivalentes, videlicet, albū omnis hō est, vel fuit, et ista, omne albū omnis hō est vel fuit, cōsequēs est falsum, ergo. Probatur sequella. Quia etiā non potest reddi vera ista secūda nisi pro vnico supposito. Negatur sequella. Prima enim nō potest reddi vera nisi pro vnico existēti supposito prædicati: secūda verō subiecti & prædicati. Et illa consequētia nihil valet, & instatur sumēdo in maiori album & omne nigrum, casu sit vnus lapis tantum albus, & sit Petrus niger & fuerit Petrus albus.

Laus Deo.

